




**Lamberti Hortensij Montfortij Secessionum civiliu[m]
Vltrajectinarum, & bellorum, ab ann. xxiiij. supra m.ccccc
usque ad translationem Episcopatus ad Burgundos, Libri vii. :
consulibus & inclito senatui vrbis Vtraiecti : Accessit quoq[ue]
locuples rerum toto Opere memorabilium index.**

<https://hdl.handle.net/1874/427484>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

Historia Gentium
Fol. n^o. 542.





WIPOLIA DE
RIZIOTON
Hochensin G

108.

f.







N^o. 223. L.

LAMBERTI HOR
tensij Montfortij Seceſſionum
ciuiliū Ultraiectinarum, & bello
rum, ab ann. xxiiij. ſupra m. ccccc
uſque ad translationem Episco
patus ad Burgundos,
Libri ſeptem.

CONSVLIBVS ET INCLI
TO SENATVI VRBIS
VLTRAIECTI.

Accellit quoq; locuples rerum toto hoc Opere
memorabilium INDEX.

Ex Donatione Hub. à Biberich.

Cum Caes. Maies^t. gratia & priuilegio
ad quinquennium. 1546

B A S I L E A E.



11. 273 ✓

THE UNIVERSITY OF
CAMBRIDGE
LIBRARY

UNIVERSITY OF
CAMBRIDGE

LIBRARY

11. 273 ✓

UNIVERSITY OF
CAMBRIDGE

LIBRARY

UNIVERSITY OF
CAMBRIDGE

LAMBERTI HORTENSII MONT-
FORTII IN OPVS HISTORIARVM

ad Cofs. & Senatum inclytum urbis Vltraiectinæ,

PRAEFATIO.




NTER scriptores uetus celebratur dictum,
Respub. ac Democratias haud perinde à plebeis
atq; ciuitatum principibus, quiq; omnibus honori-
bus praestent, pessimè labefactari. Nam hi non so-
lum autoritate pollentes, quam perpetua domina-
tione sibi conciliarunt, uulgo sunt formidabiles: ue-
rumetiam opibus, & amicorū praesidijs fulti, quò
libido impellit, tyrānidis uia grassantur. Etenim cum nemo supplicij me-
tu uel obsistere, uel alium ad uindicandam armis praeda in medio relictam
Rempub. communem impellere audeat, malunt turpiter unius, aut certè
paucorum imperio regi, quàm periculose armis pro patriæ libertate de-
certare. Hinc accidit, quòd urbes olim nonnullæ, cum potentiorum rem-
pub. administrantium impotentem dominationem suspectam haberent,
priusquàm tyrannis stabiliri potuisset, solum exilij causa uertere consocia-
tis animis eos compulerunt. Laudatum exemplum postea in deterius tra-
ctum fuit. Quos enim uel gloria rerum gestarum inter suos conspicuos fe-
cisset, uel quibus uirtus claritudinē aliquam domi foris ue parasset (quia
socordibus & inertibus ea inuisa est) ingrati aduersus patriæ conserua-
tores urbibus pellere occæperunt. Et profectò Inuidia gloriae comes
semper est, & alumna rerum foeliciū: atq; ueluti ignis, summa petit. Quid
aliud Aristiden ostracismo in exilium egit, quàm cognomentū Iusti? quod
ambitiosa ciuitas, & moribus corrupta, æquis auribus ferre non pote-
rat. Quid Themistoclem euertit? nonne gloria uirtute parta, quā Athe-
nienses ferre nequibant? Eadem inuidia Cymonem, Milciadem, Clisibe-
nem, aliosq; rerum gestarum gloria claros duces, per speciem metus (quia
plurimum ob nominum claritudinem, & praclarorum facinorum memo-
riam parare posse uidebantur) exules fecit. Romana exempla, uel quòd
multa, uel quòd domesticis notiora sint, praetereo. Et tamē utcunq; ista ha-
bent, plebis tamen quamuis insanientis, aut stupentis potius, haud perinde
uitio, atq; summorū hominum insolētia, magnæ respub. euersæ sunt. Nam
cum uim & tyrannidis stabilindæ cupiditatem certatim auertere cona-
rentur, iudicio perperam & rectè factorum confuso, optimos quosq; fortu-
nis excusserunt. Versabatur ante oculos, quibus artibus delusa plebe fustis
bus armatos corynephoros ad corporis sui custodiam Pisistratus conse-
quutus, frustra reclamante Solone, tyrannidem inuaserat. Terreban-

tur exemplis Dionysiorū & Agathoclis apud Siculos, tēporibus quamuis discretorum: Phalaridis & Polycratis apud Samios: qui claras non solum urbes, sed florentissima etiam opibus regna deleuerant. Et dominandi cupido summos etiam uiros ab honesto & recto transuersos agit: eosq; maxime, qui summum magistratum gerētes, ad patriæ seruitutem in potestate perseuerant: quibus nihil difficilius est, quam libidinē imperandi semel indutā deponere. Quare P. R. ex leui affectati regni suspitione ultimo humanorum supplicio principes suos affecit. Sp. Melius, quod frumentaria largitione popularem fauorem emeruerat, in affectati regni fidem apertam uenit: quapropter ab Hala interfectus fuit. Ex simili suspitione in Manlium quendam per duellionis accessitū anquisuerunt. Tanta fuit semper liberis ciuitatibus democratiæ tuendæ innata pertinacia. Cæterum monarchiæ an democratia sit potior, disputari solet. Ego autem utrum affirmem, non habeo. Apparet mortalibus nihil esse periculosius, quàm unius hominis libidini salutem & fortunas multorum submittere. Hic licet sit optimus, ut cū laudatissimis principibus cōferri queat, in luxu tamen, & rerū affluentia, ac licentia impune quælibet perpetrandi corruptus, stulta persuasione principem supra leges esse, paulatim tyrannicum sp̄ritum haurit: fitq; non minus uicinis, quàm suis, perniciosus. Et quod omnium atrocissimum est, optimis quibusq; ut pestis & exitium, formidabilis est. Nam quid æquē principes, atq; alienam uirtutem oderunt? Iam flagitta, in quæ stimulantibus prauis cupiditatibus ruunt, quid attinet commemorare? Quid cædes amicorum, in quos familiariter admoniti, aut per calumniam offensi, rabie plusquàm beluina sæuiunt? Quid facultatum direptiones ob quamlibet quæ sitam occasionē? quid stupra? quid adulteria? quid bonorum exilia? tributa perpetua, & ea quidem non ferenda? Horum autem nihil in ea repub. ubi multitudo dominatur, rectis uiris potest euenire: quippe ubi iuris & æquitatis ratio, arctissimo communis reipub. uinculo habetur. Contrā, si reputes democratiam, profectò ea dominatio multo illaudatior uideri poterit. Quid enim populari dominatione turbulentius? quid multitudine incondita imperitius? cum ea nihil aliud sit, quàm belua multorum capitum? ubi sæpius id quod iniquum, quàm quod æquum sit, superantibus imperitorum per tumultum sententijs, magno reipub. & malo & damno decernitur, frustra reclamantibus ijs qui cæteris prudentia præstare uidentur. Vnde apparet, monarchiā democratia tolerabiliorem esse. Ea enim quæ princeps sancit, recto iudicio constituuntur: cum plebis uesane ingenium sit, rectè iuxta & perperam gerenda confundere. Non bona, inquit poëta, multorum dominatio est: uni imperiū defertor, Violenta scilicet res, & uecors, plebs est. At quan

to liberalius, quanto laudatius habetur (quando omnino alicuius imperio parendum sit) sceptro unius, quam dissolutæ multitudinis freno regi? maxime si ille in amicis habeat, non quibus cum suauissimè uiuat, sed sanctè, sed laudatè repub. gubernet? si leges condat æquas pariter & utiles, si optimis quibusq; honores mandet, detq; operam ne quis lædatur? sed & qui optimi principis munus esse arbitretur, magis affectibus, magis uoluptatibus, quam ciuibus imperare? Enimvero quis cordatus non malit in ea repub. censerì, in qua si bonus sit, nomen aliquod gerat, quam obscurus cum incondita multitudine sursum deorsum agitari? quæ hoc æquior existimanda sit, quo est facilius unius imperio, quam multorū decretis parère, eos uel colere. Hi ad annum imperium subuecti, antea priuati, rerumq; ignari, priusquam iura & publicas leges didicerint, magistratu suo defunguntur. Ad hæc, dum alius altum attentus obseruat, magnam reipub. negotiorum partem negligunt. Iam per ambitionem diuina humanaq; omnia miscentur. Cum habetur senatus, plus temporis rixando, altercando, & disceptando, quam consultando absumentur. Prætereo inimicitias, factiones, inuidiam, quibus tranquillitatem publicam certatim potentiæ auidè perturbant. Ab alijs, quibus in imperium succedüt, quiq; ipsis postea sufficientur, res malè geri, taciti apud animos suos precantur: adeo aliena foelicitate ægrescentes, priuatae gloriæ causa reipub. sunt pestilètes. Adde quòd administrant aliena: legant sæpenuero in concilium ad regni euerisionem maxime temerarios quosq;. Et coluntur in primis, non qui prudentia, sed qui eloquentiæ uiribus maxime polleant. Contrà, omnia in principe diuersa uideas. Hic et si natura imbecillior est, usu tamen & peritia rerum illis melior habetur. Negligit nihil: quandoquidem omnia & ad se pertinere, & à se geri debere, accuratè expendit. Non est, cuius eminentiæ inuideat: unum id sedulo agens, ut quam optime imperet. Nullum huic conuentus habendi tempus aut locus indicitur, ad consultandum: noctes diesq; ipse præsens disceptationibus de repub. interest. Vnum atq; eundem beneuolum animum per omnem uitam aduersus suos gerit, quos perinde atq; suum peculium curat. Deligit ex uniuersis prudentia consultissimos: eosq; in primis honoribus cumulat, qui laudatissimè se gerunt. Verum ego altius processi, quam institutū fuit. Sed democratiae forma minimè hac tempestate exoptanda uidetur. Quia neq; eius rectoribus suis habetur honos: neq; populus intestinam foelicitatem agnoscit: neq; ocium paratum ferre potest. Vt alias urbes mittā, Vltraiectum nostra memoria has ob causas ueterem reipub. formam exuta, in principis ius & imperium unius redacta est. Vrbis hæc quam diu populari dominatione administrabatur, incredibile dictu est, quam nullam quietem, aut ab intestinis


LAMB. HORTENSII PRAEFATIO.

motibus domi, aut ab externis armis foris aliquot seculis habuit. Ipse autē populus clarissimarū olim urbiū exemplo, aut rectores suos per tumultum in exiliū agere, aut cum episcopis certamina serere: donec ad postremum nostra tempestate per armatam secessionem pulsus ijs, qui multos annos uariē rempub. gesserant, uarijs bellorum casibus iactatus, sub Burgundorum imperium, restitans conferta manu sit attractus. Hoc igitur Opus uisum est nomine uigilantissimorum Cos. & inclyti Senatus urbis Ultraiecti in lucem emittere, ut apud omnem posteritatem regni ac ditionis uestræ monumentum extet, quanta rebus humanis eueniat uicissitudo & mutatio. Nunc quā uerissimè potero, rem aggredior.



LAMBERTI HORTENSII RERVM
VLTRAIECTINARVM

Liber Primus.



IVILIVM secessionum urbis Ultraiecti cōmentarios scripturus, & bellorū, quę populus Ultraiectinus à decessu Philippi Burgūdionis episcopi, ad translationem, ad Hollandorū Brabantorumq; principē episcopatus gessit: operæ preciiū fecero, si q̄ fieri potest breuissimē, prius de urbis ipsius origine, de situ, de populi moribus, religionis initijs, uaria deniq; populi fortuna, q̄ ē tenuibus rebus, ad quantos opū luxus religio creuit, altius aliquātò repetam. Res in primis memorabilis: & quæ memoriæ prodatur, digna. Nam Itali quidam docti, & ingenio clari homines, sed rerum nostrarum, locorumq; parum gnari, Ultraiectinorum res describere aggressi, errore Traiecti ad Mosam, huius non solum res, sed & episcopos, cum Ultraiectinorum permiscentes, altissimis nostras tenebris inuoluerūt: ita ut regionū imperitis, ē nominis similitudine procliuis pronusq; fuerit lapsus. Simul quòd nemo hactenus extitit qui de ijs separatim librum scripsit, ex quo domestica, perinde ut externa, nostris cognoscere licuit: adeò ut tabularum Imperatorum & regum magis, uitarumq; uetustissimorum episcoporum fide nobis sit nitendū, quam scriptorū testimonio. Quamquam non inficior, Tacitum & Ammianum, & præter hos, alios quosdam, ad uetustatem aliquod momentum adducere: sed quantulum hoc est: Simul ut constet, quantum ea quondam cū temporis celebritate, tum Imperatorum postea nominibus, inter inferæ Germaniæ florentissimas urbes claruit. Tum ut animaduerso presentis & priscae illius ciuitatis statu, quanta eueniat rebus humanis uicissitudo, cognoscatur. Sed cum ipsa res per se adeò obscura sit, ut nō solum difficile, uerū etiam periculosum operæ preciiū facias, ibi iudicium certū interponere, ubi inter authores nō tam uariatur, quàm quòd parū explorati inuenias: merebor propius in his fidem, quàm illis: nō modò apud nostros, sed etiam apud exteros: quod pleraque mihi, quàm illis, regionis huius, urbisq; in primis loca notiora fuere. Vrbs Ultraiectum ad ostium Rheni in ripa sita est. Rhenum autem ipsum, olim longè alijs alueis, quàm hodie, in Oceanum descendisse cōstat: id quod uadi partim uestigia, partim regionum quarundam uetusta monumēta, nomenclaturæq; palàm arguunt. Initio enim non Leccæ ripis mare intrabat, sed ad Dorestatum anfractuoso cursu in diuersum abiens, Ultraiectum alluebat. Inde reflexo in occidentem amne, Vuoerdam & Leidam, Hollandorum nunc oppida, sinuoso diuortio præterlabens, ad Catuicam uetustam Cattorū coloniam in Oceanum uasto gurgite fundebatur. Manet Catuicæ, ad Rhe-

num etiamnum hodie incolume suum nomen. Argumenta extant i-
 starum rerum non obscura. Nam unde ab Ameronga Ultraiectum i-
 ter uertit, uidere est adhuc pascua, quæ flumine intumescente, inter e-
 minentiores aggeres perfunduntur, quibus tum amnis excursus pro-
 hibebatur: ut adhuc fundum celeberrimi amnis agnoscas. Riuiulo au-
 tem, qui nunc per eandem regionem, tenuibus ripis Ultraiectum cursu
 petit, ueteris Rheni appellatio manet: perinde ut, ubi se inde reflectens,
 ad ipsum Oceanum usque, secum uetus nomen trahit. Quod autem o-
 stium ad urbem fecit, mercibus secundo Rheno importandis euehen-
 disq; celebre, manifesta extant uestigia. Portæ, qua urbem intrabat ad
 meridiem, à telonio publicanorum, à quibus merces accidebantur, du-
 rat suum uocabulum. In septentrionali urbis regione, ad diui Ioannis æ-
 dem, ubi forum cupediarium nunc est, uetustæ stationis nomen, atq; o-
 stij extat, quod patrio sermone Kynkens hauē dicitur: ubi ante aliquot
 annos, in effossis ueterum ædificiorum fundamentis, putria nauium ta-
 bulata, anchoræ, remi, naualiaq; omne genus inuenta fuere. Argumento
 quoq; est tota ea regio, ubi ædes diuo Martino tutelari dedicata est, quæ
 duodecim cubitos, à reliqua in dorso, ad piscarium forum, planitie emi-
 nentior, naualis stationis speciem mōstrat. Nostra autem memoria, cum
 in eodem cœmeterio contra septentrionales primariæ ædis fores, Deca-
 canus Ludolphus, minantia uetustate ædium suarum ædificia à funda-
 mentis restaurare uellet, terramq; quàm prius fuisset, altius moliretur, re-
 pertus lembus, uisendæ antiquitatis urceolis fictilibus oneratus, spectan-
 tibus admirationi fuit. Secundū diui Iacobi templum ab arenoso reflui
 fluminis uado, appellationē locus quoq; seruat, Het sant. Cæterum, qua
 nostra tempestate Dorestatum Batauodurorum, Culenbergam, Vien-
 nam, Schoenhouiam præterfluens, uasto alueo contra insulam Dordra-
 cenam mare ingredit, olim modicus admodū tenui aqua riuiulus è Rhe-
 no emanabat: unde Germanico idiomate, infra Vuikam, ab emanando
 Lecca incipit appellari. Verū temporum iniuria, ipsius Rheni faucibus,
 deficcatis, eiusq; ostia, harenæ aggere ad Catuicam præcluso, uiam uio-
 lenta strage per Leccā in mare cum nominis iactura fecit. De ciuitatis
 autem origine tam diuersa produntur, ut difficile sit, in tanta uetustatis
 caligine, aliquid pro uero astruere. Tradam ea quæ ex tablinis Ultraie-
 ctinæ basilicæ accepi. Sunt, qui à gigantibus eam cōditam, habitamq;
 ferant. Nōnullis placet, sub Nerone principe cœpisse, nomēq; illi Anto-
 ninam factum, ab Antonio quodam, qui eius tyrannidem fugiens, hanc
 exilij sedē delegerit. Sed cum apud scriptores huius Antonij nusquam
 omnino, uel tenuis (quod sciam) mentio sit, pro uano id & fabuloso re-
 pudandum duco. Quanquam non ignoro, L. Antonij cuiusdam Ger-
 manicæ, sed superioris præsidis, Sextum Aurelium, in uita Domitiani me-
 minisse. Apud omnes tamen constat, ab initio eam Antoninam fuisse ap-
 pellationem. Vero igitur propius est, ab Antonio triumuiro, qui Cæsaris
 omnibus, in Gallijs & Germania expeditionibus interfuit, urbi no-
 men

Anno D.
 CCC.LX.

men datum, qui oppida & arces alias etiam sui nominis cōdiderit. Ipsū tamen locum, cum ob soli ubertatem, reiꝑ frumētariæ copiam, tum propter situm, ad merces in Oceani insulas & Celticam secūdo Rheno peruehendas, iam sub Iulij Cæsaris in Germaniam traiectum, inter barbaros uerisimile est mercatu celebrē fuisse. Vnde Cattis & Vuiltis magnō inter se longoꝝ bello de loci imperio decertantibus, cum ad extremum illis in Oceanilittus pulsīs, Vuilti obtinerent, præsiðiū Vuiltenburgum in ripa ulteriori, colle edito (nostra tempestate fundamentorum rudera adhuc uidemus) posuerunt. Sed Romani, deuicta prælijs ultrō citroꝝ Germania, cum multas passim munitiones contra rebellionem supra & infra in ripa Rheni ad eius tutelam locassent, hīc quoꝝ statim aduersus barbarorum uim, in ipso penē fluminis alueo munitissimum præsiðiū, ubi nunc Paulinianorum sodalium cœnobium est, extruxerunt. ei regiōni urbis, & ponti in quem excurrit, nomen à ciuibus Romanis adhuc durat. Tum autem & alij, qui huic ad septentrionē proximū, & uia, à castris præsiðiariorum militum, qui ad omnem uim arcituendæ ibi depositi fuerant, remanet uocabulum. Mansit urbi nomen Antonina diu integrum. Sed ut nihil in rebus humanis est perpetuum, nomen postea mutatū est: sed quo casu, aut quo authore, uideo parum inter huius urbis antiquitatis inuestigatores bene conuenire. usus Traiectum obtinuit. Beda Gallica lingua sic appellatam esse prodit. Inuenio apud Ammianum in Iuliano Vtricesium: quæ uox ad germanicam appellationem propius alludit. Nec desunt qui opinentur, ab Vlpio Traiano ductum nomen: quem constat tum Germaniæ præfuisse, cum absens Romæ à Nerua adoptaretur. Restituit enim barbarorum clade labefactas aliquot ultra Iselam ciuitates, condiditꝑ sui nominis in eiusdem ripa arces aliquot: qua coniectura existimant factum, quod priori nomine exoleto, Vltraiectum nunc cuparit. Longè autem diuersa est eorum sententia qui pro uero affirmare contendunt, à Vuiltis qui Selanorū opibus & uirtute freti, urbem (structo in ulteriori ripa præsiðio) inuasere, Vuiltraiectū nomen factū. Sed & Gerardus Nouiomagus, tum clarus tum disertus Batauarum rerum scriptor, in uetustissimis codicib. ante annos sexcentos exaratis, Vltraiectū se scriptum repperisse tradit: tum autem & Vltraiectum. Qua equidem appellatione ego deinceps uel hoc nomine libentius sum usus, quod à re ita uocatam existimem. Nam quum ostium Rheni mercatorum frequentia esset nobile, compendio in Gallias & obiectas Oceani insulas, prono alueo inde soluentibus traiectus cursusꝑ patebat: qui postea in Leccæ ripam miliare ab urbe submotus, pristinum uocabulū & usum retinet. Ceterum cum ex Cæsaris diuisione, amnis Rhenus Gallias à Germania disterneret, ita ut ulterior leua ripa Gallicæ, dextera citerior Germanicæ ditionis iurisꝑ esset, in confesso est hodie (nam per id tempus duobus tantū brachijs in Oceanum effundebatur) nec Isela omnino, aut certe obscurus riuulus erat: ut mirerur quidam ausint hunc & scripto & pictura regnorū disternatorem

constituere, Rhenū inter Vuahalim & Iselā labentem, usq; ad Oceanum utraq; gentē distinguere: tametsi suos Germani iam olim limites transgressi, magnam Galliæ partem Rheno finitimam occuparunt. Itaq; Ultraiectum in Germanico solo ab initio conditum fuit. Quòd autem scriptores inter se digladiētur, ultrò ad Gallorum ne an Phrisiorum ius spectaret, equidem nihil miror. Galli enim militari gloria clari, cum transito Rheno armis omnia adorirentur, ciuitates ad continendum sub imperio uictos opportunas, præsijs firmabant. Harum Ultraiectū præcipua fuit, tum in ora ultima imperij Gallorum citra amnem (ut nunc) discriminatorem sita. Transit autem in Gallorum imperium sub Valentiniano Imperatore, qui Viltos, Saxones & Sclauos, omnia Oceanilitora fœdis populationibus uastantes, iamq; inde eruptionem meditates, in Francorum finibus oppressit, & insigni affecit clade. Mansit sub Gallorum imperio tamdiu, donec omnem earum regionum iurisdictionem Dagobertus anno LXXV. (si rectè tēpora digeruntur) Vuillibrordo, loci episcopo donaret. Enimvero incredibile dictu est, quantis barbarorum cladibus alijs super alias cum herbescente paulatim fide deinceps fuit afflicta, sed à nullis grauius quàm à Ratbodo Phrisiorum rege: quem mox paulo hinc eiectum Pipinus Caroli Magni pater in Phrisiam se recipere compulit. Ex his liquere opinor, initio inter secūde Germaniæ urbes opulentas hanc celeberrimam uiguisse: neq; Gallorū, neq; Phrisiorum imperio paruisse: sed quasi togatam, Romana usam libertate, suis legibus uixisse. Togæ uestigium in Cols. & duobus senatorum primoribus ad annum usque uigesimalimum nonum, supra mille quingentos, nostra ætate perdurauit. Mercatus celebritas itaq; effecit, cur barbarorum incurisibus prædæ exposita, à Gallorum regibus defenderetur. Quo tempore usque adeò eius florentissimæ opes fractæ fuerunt & accisæ, ut certamen cum Agripina Colonia de metropoleos dignitate iureq; susceptū mittere cogeretur. Iam uerò Ecclesia ipsa è tenuibus principijs, unde paulatim ad incredibilem splendorem ac luxum peruenit, ortum duxit, ut sunt res humanæ. Vrbe enim tota Vuillibrordi, eiusq; ex Angliā comitum institutione ad fidē ducta, Dagobertus Clotharij filius, Francorum rex, qui mutato prioris uitæ instituto, pietate clarus, & ad superstitionem usque religiosus fuit, ædiculam diuo Thomæ condidit, anno DLXXVII. quam reges posterij ditissimis rerū possessionibus paulatim cumularunt. Inuenio his duos annos subtractos apud Marcellinum in uita Suuitperti. Illis potius accesserim qui tradunt, ante Dagobertum locum episcopalem fuisse, simulq; religionē Christianam iisdem temporibus cœpisse quibus Gallorū reges fidei initiarentur. Argumento esse Clotharij patris Dagoberti, & Theodeberti regum, in eam ecclesiam profusam munificentiam: cuius mentio in Bonificij uita extat. Quæ cum ita sint, fuit igit Agrippinēsi & temporib. prior, & dignitate antiquior. Iidem produnt, contra barbarorum uim, præsidium Vuiltemburgum (cuius supra à nobis mentio facta est) à Dagoberto conditum esse. Sed

cum

cum nomen sit à Vuilts, qui aliquandiu castello posito, ea loca occupant. uero similis propiusq̄ uidetur, Dagobertum id ualidius multò fossa acuallo, relicto pristino nomine, muniuisse. Thomæ iam sacello paulò post à Phrisijs diruto, Vuillibrordus in proximo xx. inde passus, Oratorium crucis condidit: primusq̄ episcopus à Sergio Pontifice Romano declaratus est: nomenq̄ Clemens illi factum. Mox Ratbodo rege à Pipino inde in Phrisiam exturbato, collegium diuo Martino in eo loco institutum est, ubi paulò antè Thomæ sacellum, incendio absumptum barbari demoliti fuerāt. Exornauit id mortuo patre statim Carolus cognomento Magnus, contulitq̄ eò dona magnifica. Et ut à barbarorum incurſu episcopus tutus foret, regia ueterū regum (quod Vetus Palatium tum nuncupabatur) ei dedit. Addidit immòdica liberalitate, & magnificentia planè regia, opes magnas, quas posteriores reges prouincijs, decimis, tributis, portorijs & donis opulentissimis supra modū etiā cumularunt: tantū abest, ut ecclesiæ aliquid detraxerint, cum Henrici, Conradi, Othones Imperatores, tabulis eorū donationes etiā ratas esse iusserint. Tradita enim sunt earum regionum dominia, unde barbaros & tyrannos expulerant: ut ea ecclesia breuī tempore regum opes penè æquarit. At episcopi homines diu pietate & uitæ innocentia insignes, cum rebus diuinis magis, quàm profanarum rerum administrationi uacantes, negligentius sua tuerentur, undiq̄ alij alia loca, ut quæque oportuna erant, occupare. Hinc postea Brabantorum, Hollandorum, Gelrorum principes, Comitē item à Benthem, Cnick et Goer pullos fuisse tradunt, cum anno 1021. Adelboldo episcopo, coram Henrico tertio Imperatore, in præsidio Tulpico, religione se adstrinxerint, se pro iurisdictionibus mancipio acceptis, Præsuli Ultraiectino clientes in posterū in fide permansuros. De moribus autem & institutis eorum qui initio ecclesiæ rebus gubernandæ præficiabantur, quid attinet dicere? Tanta erat Collegij Crucis, ob integritatis ac sanctimonie apud exteros populos existimationē celebritas, ut non solum inde nostræ ecclesiæ episcopi renunciarentur, sed finitimæ etiam hinc exirent, à quibus res administrarentur. Bonifacius ordine secundus, & Gregorius in catalogo tertius ad Moguntinensem regendam lecti fuerunt. Albricus ad Coloniensem, Ioannes ex Herculanorum principibus, in postremis ad Leodinae gubernaculum emigravit. Hæc non obscura argumenta efficiunt, ut inducat subscribere hjs qui scriptum reliquere, usq̄ ad exitū Bonifacij, qui incidebat in annū DCCLV. metropolitico nomen hic eminuisse: sed Bonifacio cum quinquaginta collegis, & duobus pro fide, in pago Doekheimò à Phrisijs cæso, cum urbs ipsa hsdem temporibus scedè à Nortmannis & Danis uastata iaceret, Ultraiectini illud Colonienſibus detulere. Creuit inter hæc ecclesiastica res magnis successibus, cum barbari paulatim posita ferocia mitescerent, ad fidem, abdicato idolorum cultu, desciscerent. Iuuit hos successus haud parum, episcoporum pietas & insignis eruditio, ut ea tempora ferebant, usq̄ ad annum octauum supra

millesimum. Quo tempore iterū Nortmanni, quasi ecnephas subito
 erumpentes, sub decessum Ausfridi, in ordine xviii. primū Tylam,
 mox sequenti anno Ultraiectum ingenti mortalium clade & incendio
 deuastarunt: cuius opes sæpe antea afflixerant sub Vuillibrordo, dein-
 de post mortem Bonifacij, rursus Alfrico episcopo, qui in serie nonus
 est. Quibus temporib. multę etiam Germanici Galliciꝫ nominis claris-
 simę urbes unà excidio sunt deletę. Iacuit post hanc procellam barbari-
 cam per aliquot annos ciuitas, muris solo æquatis, ruinisꝫ deformis,
 donec Ratbodus xiiii. episcoporum, de migrando Dauentriam, con-
 silium agitare. Erat Ratbodus uir regum imaginibus clarus, miraculis
 simul & fatidico spiritu magnus, Græcarū Latinarumꝫ literarum iuxta
 eruditus. Arguunt id ipsius Syluę utroꝫ genere scriptę, quę adhuc ex-
 tant. At Danis ciuitate profligatis, Ultraiectum Dauentria redijt. Rat-
 bodo è rebus humanis sublato, Baldericus Cliuensis ob egregia in po-
 pulū Ultraiecti. merita, Pius cognomēto appellatus, uir excelsi ingenij,
 tum literis tum bellī artibus ex æquo mirabilis, muro rursus urbem cin-
 gere est aggressus, anno dcccxc. Hac eadem Nortmānica irruptione
 ne cum multos annos in Hollandia, omnis generis mortalium, foeda fu-
 ga, agri & urbes uastę incultęꝫ iacuiſſent, eius comitatus, Caroli Calui
 beneficio quidem, uerū cum insigni ecclesię Ultraiectinę detrimento,
 cœpit. Initium eius in annum lxxiii. supra dccc. incidisse prodūt scri-
 ptiores, Hungero undecimo præſule, anno ꝫ ecclesia condita fuerat,
 ccl. aut circiter. Interim creuerunt eius res (uti dicere cœpi) ad id tem-
 pus usꝫ in ocio, incredibili luxu, & quidē regum, Imperatorumꝫ egre-
 gia liberalitate, quamdiu ab episcopis religiosi & doctis regebatur. Ve-
 rum ubi pro innocentia impostura, pro glorię contēptu ambitio, pro
 eruditione incititia, pro humanitate superbia, pro frugalitate luxuria,
 pro liberalitate auaritia, pro continentia libido irrepſere, omnia in peius
 labi, bona à finitimis principibus occupari, bella moueri, omnia denicꝫ
 sacra profanaꝫ commisceri. In hac autem opum luxuriante affluentia,
 primi illi ecclesię moderatores, homines sancti ac piij, moderatē se tene-
 re, eas expendere in usus quos deo gratos arbitrarentur, templa ædifi-
 care, cœnobia condere, opima sacerdotia facere, ædes uetustate, uel stru-
 cturę tenuitate collapsas, sarcire: ipsi non solum monasticā religionem
 fortunis suis uehere ac iuuare, sed ornatū etiam induere. Siquidem Aus-
 fridus, in uico Turino uirginum collegiū, in Sacro monte ad mille pas-
 sus ab Amorfortia Benedictinorum cœnobium condidit: cuius religio-
 nis uestitum ipse quoꝫ sumpsit. Id ipsum exemplum postea sequutus est
 Godebaldus Bernulphus diuo Paulo ædem in urbe, translatis eò è mon-
 te Sacro Benedictinorū opibus, posuit. Diuo item Petro, & aliud Ioan-
 ni Canonicoꝫ collegia. Medius aut inter hos Adelboldus, diuo Marti
 no tutelari ædicula ueteri diruta, nouam basilicā refecit. Conradus Sue-
 uus in palustri loco diuę Virginij intra mcenia, Canonicoꝫ contuber-
 nium. Godebaldus extra muros urbis, ad ortum monachorū uirginūꝫ
 cœnobia

coenobia in paludib. cōstituit: qui Carcer Ordinis, propter seuerā professionem uulgò appellatus fuit. Idem Midelburgi regularium sodalium. Deserbuit hic ardor intra pauca annorum lustra, ut solent optima quæq; simul & ea, quæ speciem pietatis præ se ferunt, in deterius sensim degenerare. nam ubi armis sua tueri sunt coacti, iam non delubra amplius erigere, uerum sacrorum cura abiecta, arces, castella, præsidia in hostes condere adorti sunt. Godefridus Rhenanus Montfortiam & Vuerdam contra Hollandos, Horestam in Gelros, Vollenhoam in Phrisios excitauit. Conradus Sueuus ad Hollandorum uim retundendam, Iselmondanum præsidium collocauit. Nec desuerunt, qui excultissimis etiam monumentis ipsam urbem exornarunt. Alij alia, ut quisq; fuit belli quam pacis amantior, maximè ad res ab iniuria finitimorum armis uindicandas fecerunt. Excitarat iam dudum fatale penè dissidium inter episcopos Ultraiectinos & Hollandiæ principes, illa regnorum Galliae ac Germaniæ per secundas Iudithæ nuptias diuisio. Etenim cum ueteres reges & Imperatores ditissima rerum dominia in Hollandia (priusq; regnari ibi coeptum esset) & Phrisia, quorum reges funditus armis delebant, & Oceani insulis, unde tyrannos pepulerant, barbarorum crebris cladibus deserta, nullis designata limitibus ac pomœrijs, episcopis produdatis in messe uerbi laboribus donassent: ubi Calui iussu, pacatis rebus, in ea insule parte quæ Hollandia appellabatur, comites confedere, hi statim angustias regni ampliari, limites propagare, uirtute atq; arte ecclesiae opes, insulas, arces, ut quæque maximæ erant opportuna, occupare, bello Phrisiam sui iuris facere, multis secundis prælijs egregium nomen, summamque gloriam sibi parare. Horum fortunam post Carolum Caluum, reges Gallorum contra episcopos tueri, Imperatores uicissim maiorum donationes confirmare, ecclesiae iura & opes defendere, deniq; certatim sua potiora haberi uelle. Hinc odium inter utrumque populum seminatū, bellumq; perpetuum fuit: quod immortale futurum prospexerat Adelboldus XIX. in serie episcoporum. Huic cum à Theodorico quarto Hollandorum principe, rerum ablatarum prætextu, siue quod eo authore Phrisij defecisse dicerentur, arma essent illata, prælio superatum, Iselmondæ tres annos captum tenuit. Eum omni spe alioqui ad episcopatū reditus incisa deierare ad extremum compulit, nec se, nec posteritatem ullum in Hollandiam, nullum in Phrisiam ius usurpaturos. Confecte inde sunt tabule. Itaq; hoc scedere pace cōfirmata, restitutus fuit Adelboldus. Dissidentib. itaq; inter se regibus, Ultraiectina ditio, uicino hosti, tot uictorijs magis magisque indies ferocienti, prædæ relicta fuit. Ablata oppida, syluæ, insulæ, paludes, & ad urbis muros quidē iam Hollandorū limites propagabantur, nisi cardines paludū ad Goiolandiam constituisent, quos accolæ idiomate uernaculo Leuenpacl uocant, qui finis utriusq; regni esset. At Adelboldinæ cladis posteris episcopimemores, quisque pro se occasionem amissa recipiendi quærere, occupata recuperare, tantumq; postremò reliquum sibi tenere, quantum

ferro uindicare potuerūt. Quo factū, ut dum hinc pro Velania à Gelro adēpta, inde cū Hollandis, pro ditionis latissimis possessionib. & dominio sine fine certamen est, populus Ultraiectinus mitigatus ocio, pacisq̄ antè desuetudine bellorum assuetus, his rationibus, postea armis militiaq̄ longa animis efferatus, à bellis quiescere non ualuerit: indies factus ferocior, cum foris bellum nullum haberet, intestina discordia in sese mutuo ferrum uertere coepit. Senatus cum equestri nobilitate, aut religione certamina serere: homines potētes, factiosi domi, foris nobilitatis & imaginum magnifici ostentatores: fastuosi, luxui uoluptatiq̄ addicti: aliud promptū in lingua, aliud clausum in pectore habere. quo quidem nomine etiam apud exteros semper malè audiuerunt. magnis motibus factionum episcopos creare, principum exterorum cōmendationes contemnere, rarò concordibus animis episcopum creare, at multo rarius cum lecto bene conuenire. Aucta in tantum creuit nobilitatis potentia, ut non solum armis medio foro, ponteq̄ Romano & Castrēsi decernentes iuuicem urbe pellerent, uerum etiā cum hostibus iusto praelio in planitie congregarentur. Fuerunt, qui cognatorum opibus adiuti, diluculo occultis muri aditibus perfractis, urbē ingressi, in uico Pretorio cum episcopo confligere: & quidem sceleriter. Tradunt quidam scriptores, Cæsarem Guilielmum, Othonis episcopi nepotem ex fratre, cum incautus insidiarū securus obequitaret, iactu saxi deorsum è sublimi fenestra petiit. Episcopis portas claudere, cum alijs apertam simultatem exercere, illis bellum facere, alios captos intra muros in priuatis ædibus tenere, bello persequi, praelium inire. Processit tandem eò principum contemptus, ut sordidi homines priuato odio episcopos ferro exceperint. cum socijs ciuitatibus controuersiam haberent: eas, si pax esset, in bellorum periculorumq̄ societatem trahere: illæ contra Ultraiectinū populum exosum habere. Senatus, si quando nullum bellum foris esset, religionis libertate ægrescentes, eam uestigialibus, publicisq̄ oneribus oppugnarunt. Suffragijs primū clero liberis, in comitijs Pontificijs, postquam ambitione & largitionibus exterorū principum corrumpi coepere, magnis motibus reipublicæ intercedere conati, sacra, profanaq̄ omnia miscuerunt: certum aliquem dictare, quem renunciari postularent: sagati in comitia Canonikorū sodalium descendere. Itaq̄ dum neutris alteri cedunt, Burgundī armorum terrore episcopos iam obtrudere: sed quàm auspicate, uix est qui ignoret. Philippus enim eos à Diepholdij decessu, Dauidem filium, Brederodio Archidiacono abrepto, ductu Caroli recipere compulit. Illius tamen potentiam quantum ueriti fuerunt, uel illud arguit, quòd Dauidem postea intra muros oppressum captumq̄ factio Amorsfortiam relegarit: quanquā haud impunè. Nam Maximilianus Imperator graui obsidione pressos, relegatum reuocare paulò mox coegit. Fredericus Badensis Marchio post hunc episcopus, nihilo scelerius obscuris factionibus aliquandiu fatigatus, cum uideret se inter sacrum & saxum, medium uersari, Dauidis exēplo territus, simul ut reipublice quieti consuleret,

cōsuleret, homo placido modestoq̄ ingenio, pacis tranquillitatisq̄ amator, dignitatem in Philippum Dauidis fratrem, per id tempus maris præfectum reiecit. Sed ne hic quidem, quamuis pollentissimis aulæ Burgundicæ opibus & amicorum potentia fultus, omnibus placuit: uir pacis belliq̄ artibus iuxtâ insignis. Bellū enim quod Transiselanorum intestinum cum Carolo Gelrorum Duce, & Suollanis gerebant, cum neque componere, ut cupiebat, neq̄ Dauentriensibus ipse per tenues familiares ope auxiliū ferre, neque discordiam dirimere ualeret, nec spei quicquam ab aula Burgundica expectandū uideret, simul quòd frustra Ultraiectinorum opem expectaret, curis animiq̄ egritudine fractus, in grauem ualitudinem medio belli ardore incidit, ac paulopòst, pridie nonas Aprilis è rebus humanis excessit, anno **XXIII. supra M CCCC.** Porro quæ Pius de huius populi moribus scribit, affectibus magis quàm ueritati tribuenda duco: quamobrem non opere est ea persequi. Hæc igitur quasi præfatus quàm potui paucissimis, ad institutum opus accingor.

Morte Philippi uulgata, illico Gelrus peditum cohortem in Ultraiectinorum fines misit ad intercipiendum Hollandos qui nauigio Ultraiectum contenderent: obseditq̄ eam Rheni ripam, quæ inter Ganum & Iutfasium in traiectu media est. Attulit illa urbi haud mediocrem terrorem, uel eo grauiorem, quo erat ob Transiselanorum dubias res immaturior. Auxit præterea hanc consternationem metus, ne noui præfulis creatione armorum motus non solum non remitteret, uerùm intendere tur magis in dies ac magis, nisi Gelri nominis aliquis renunciaretur: ingens bellum cis Iselam se quoq̄ habituros. Huc accedebat Burgundionum formidabilis potentia recordatio, à quibus Philippum nuper contracto magno exercitu, reluctantes diu recipere compulsi fuerant. Habebant & per hos dies selectissimas peditum copias duce Guilielmo Turco, à quo Philippus grauius affici cœpisset, cōscriptas, circū Schoenhouiam in castris: quarū accessu nuperrimi motus memoria oborta multo maiorem trepidationem attulit. Dies habendorum comitiorum exemplo indicitur, in ante nonas Maias: ad quem, qui ab urbe tum temporis Canonici aberant, suffragiorū causa à suis quisque collegijs reuocarentur. In consules iam multo maior quàm antea cura reip. incubuit: his à senatu mandatum est (quando Gelrus & Burgundi utrinq̄ in armis esse allatum fuerat) uti operam darent, ne quid detrimenti respub. caperet. Excubiæ circa forum Palatinum statim duplicantur: uigilibus nocturnis in mcenibus, quinqueuiris uicos regionesq̄ urbis nocte explorantibus, numerus augetur. Stationes etiam circa portas è senatoribus haberi. Senatusconsultum inde addito edicto publicatum est, ut quisque, si signo ad arma conclamaretur, cum telo ad designatum *tribus* suæ locum, sub ductum magistrorum adessent: ut diuersoria peregrinorum hospitem nomina sub noctem ad quæstorem urbis scripto deferrent: dicta multa ijs qui edicto nō paruissent. In hoc reipub. statu, legati cum una peditum cohorte, Burgundionum Ultraiectum ueneret:

Episcopus

*1524 in aprili**historie iustice**in ante nonas maias**tribus*

Episcopus Panormitanus, & princeps Verianus, missi ab Erardo Arenburgenfi, Leodinorum tum episcopo. Et quia interregnum breue erat, priusquam plures cōpetitores superuenirent, senatus ecclesiasticus breui his audiendis datus est. Postquam autem in curiam intromissis dicendi potestas à primario decano facta est, Panormitanus homo prudentia cum pari eruditione coniuncta clarus, huiusmodi orationem habuit:

Si eadem temporū ratio & fides nunc foret quæ aliquando fuit, longè profectò alacrior ad dicendum in concilium hoc prodirem: nec legatus ad episcopatum petendū, armatus ad eam urbem uenirem, cui cum Carolo Quinto Ro. Imperatore Hollandorū Burgundionumq̄ principe omnia pacata essent ac tuta. Hoc ludibrium Deus ne aliquis an fortuna obtulerit, ut insolens ea sagorū species uestros mihi animos alienaret, satis certum apud animum meum constare non potest: ergo incusandum id magis à nobis est, quàm prohibendum. Lætor tamen amplissimi uestri ordinis senatum mihi datum, ut legationis huius consilium ut cunq̄ affecti cognoscatis. Sed quid sibi uult hæc armorum facies? Quid legatus? nullo (quod sciam) exemplo, cum sago ad urbem, cum qua fœderis perpetui necessitudo penè nobis hætenus fuit? Priusquam Bruxella proficisceremur, ex composito præmissi speculatores exploratū, num iter à grassatoribus tutum esset, (formidinem & metum dudum rumor fecerat) pavidè referunt, Gelrum exercitu tumultuario cōtracto, omnia itinera circa Ultraiectum locis ad peditum insidias aptis, insidere. Optarim mentem illi datam à Deo esse, ut ipse se intra septa sua contineret, & religionem sequutus, ab infestando aliena desisteret. Ibi uiatores Hollandi nominis, nullo uel ætatis uel sexus, nullo conditionis discrimine interceptos abducit: abductos in carceribus, dum se redimant, suppressit. Hæc ille in aliena, & uestra ad eò terra audet: loco nimirum, in quo sciat uos nullas stationes copiarum inopia ad tutandum ditionis oras habere: ut hinc exterorum principum legatos excludat, exclusosq̄ excipiat. Itaq̄ arma nobis magis ad corporum custodiam necessaria, quàm honesta aut decora, non ad inferendam, sed repellendam Gelri uim fuere. An aliunde homini uestra patientia abutenti huius licentiæ fiduciã euenisse arbitrari par est, quàm ex morte Philippi episcopi, excelsi uiri & uirtutis singularis comperta? Quo quidem uiuo ne publicam quidem pacem prior turbasset, tantum abest ut grassatorē in uestram terram immissurus esset. Sed quo rapior? Proinde antequam ad consilij presentis rationem perueniam, à uobis contenderim, ne aduertere tantisper grauemini, dum legationis nostræ occasionem exponam: hoc est, de Philippi episcopi decessu. Etenim nō constituo satis, nobis ne lugenda eius mors magis sit, an uobis publicitus dolenda: certè utrisq̄ acerba est & præmatura. Enimuero, si (ut uetustissimus ille Græcorum uates inquit) bonus uicinus res preclara est: contrà malus, pestis abominanda: quæ in exitium uicinatorum nata sit, non potest non dolor noster iustus esse: qui non solum bonum uicinum, uerum & amicum, ex clarissimo Burgundionum sanguine

sanguine prognatū amissimus. Amissimus & cum illo omnia ea commo-
 da, quibus regna affinia se foelicia uēditare solent: pacem foris, pacis pro-
 uentus omnes domi, nisi diuinitus subito lux melioris fortunæ exoria-
 tur. Vester luctus autem uel hoc nomine iustior est, quòd eiusmodi epi-
 scopum uobis fato sublatum amisistis, qui reipub. bello utilis, domi orna-
 mento extitit: nisi quod fati imputanda sit, Transiselanæ controuersæ
 fortuna: ad quam tranquillandā amicorū opibus haud dubiè adiuutus,
 se totum uertisset, nisi præmatura morte uos in rei expectationē erectos
 subito destituisset. Cum itaque & nostra referat, qualem gubernaculo
 rerum uestrarum principem præficiatis, par est ut uestris consilijs bene
 precemur: uotisq; omnibus ea, quòd fieri potest, manibus pedibusq; iu-
 uemus: ut Hollandorum res, non minus quàm uestræ domi forisq; mu-
 tua concordia lætè, insigniter florere pergant. Hoc enim pacto urbes, re-
 gna, pagi opidò opulescunt, & ad summā rerum luxuriam perueniunt.
 Contrà, quid ferox princeps, alieni cupidus efficiat, qui neq; ipse pacē,
 neque finitimorum tranquillitatem ferat, cui id obscurum est: Malorum
 Lernam miscet, exhaurit suos, uicinos bellis laceffit: semper est, quod
 moueat, quo ocium turbet. Ex quibus utrinq; ad postremum, & uictor
 & uictus nihil præter regnorum excidium, & uastationes funestis cladi-
 bus insignes referant. Quare rectè monet uetus illud uerbum, Aliquid
 mali propter uicinum malum. Constat clarissimas ciuitates nimis inui-
 cem uicinas, cū neutra alterius ferociæ cederet, mutuis bellis subuersas.
 Quorsum hæc tam multa: eo nempe, ut ad id aliquādo, quod proprium
 orationis huius institutum est, perueniam. Comitiorum dies à uobis di-
 ctus est, quo suffragiorum sortibus creetis aliquem, cui summus episco-
 patus splendor munusq; demandetur, qui ecclesiæ utilis sit, & cum uici-
 nis principibus amicitiam colat. Et credere consentaneum est, uestrum
 neminem esse in hoc amplissimo cœtu, cui non sit eadem consilij ratio, ea-
 demq; sententia. Quo magis annitendum est, ut affectibus alieni, & odio
 uacui in aximè, cum iudicio calculos mittatis. Si episcopatum petere san-
 ctum est & honestum (ut est) Erardus Arenburgus Leodiorum præ-
 sul, uir ter maximus, episcopus Ultraiectinus à uobis designari cupit. Ve-
 reor autem, ne si excelsum hominē suis coloribus quasi in tabula descri-
 ptum proposuero, & quidem quàm potest modestissimè, turpiter illum
 buccinari dicar: & arbitror minimè multos esse, quibus eius eximia am-
 plitudo uel fando non sit audita. Virtus ipsa tametsi per se sufficit, ut tibi-
 cine non egeat: excellentia tamen eius uel dignitas, quamuis laudibus il-
 lius maior non sit, uecta tamen in amorem sui stimulis occultis auditores
 accendit & rapit. Si stemma requiras, summorum principum imagines
 si non superat, certè æquat: si natalium illustrem splendorem, nulli supe-
 riorum episcoporum inferior est: si amicorum potentiam & opes, qui-
 bus imperia magna conseruantur, huius illustris familiæ apud suos pri-
 ma nobilitas, præterquàm quòd claros heroes, & in primis Montfor-
 tios contingat, pollutissimis uiribus clara etiam potensq; habetur. Fru-
 stra

stra aliquis his bonis se uenditet, cum resp. armis ab hoste sit uendican-
da, nisi argentaria opulentia priuatim suppetat: nerui enim rerum agen-
darum sunt, si uis offeratur. Erardo nemo opulentior, nemo cui plus re-
positarum pecuniarum sit, ut regum quemlibet, si necesse sit, bello geren-
do possit extrahere. Ecquis meminit huic bellum illatum fuisse? Argu-
it admirabilem episcopi opulentiam liberalitas profusa in excolenda lau-
tissimis monumentis urbe: arguit religionis tuendæ & exornandarum
ædium ardor. Possem hic immodicus esse, si singulas animi dotes ordi-
ne enumerarem: studium tuendę patriæ, pietatem in omnes, candorem,
affectum paternum in suos, clementiæ specimen: deniq; summa omnia
quæ in episcopo desideres. Verum cum cumulate, si nihil aliud, eum ga-
lerus uehat Cardinalitius (quo non nisi religionis columina à Pontifice
Ro. donari soleant) uel me sobrio commendatore, celsitudo uiri quanta
sit, satis liquere arbitror. Quamobrem si hunc tantum hominem legeri-
tis, reputate uobiscum, ut duos potentissimos principes uobis demere-
bimini. Arenburgorum gentem illustrem, & Burgundionum necessitu-
dinem, quorum amicitia & fauor uel eò impensius uobis emerendus est,
quo mutuis commercijs ob coniuncta regnorū pomceria magis opus
sit, propiusq; ipsi uobis immineāt. Et ne gratis episcopus iussus dicatur,
perpetuum ocium, & fœdus cum Hollandorum principe ulro offert.
& quidem ut appareant promissa, efficiet. Bellum quod adhuc Transise-
lanis integrum cum Gelrorum Duce ardet, intra annum interuallum
compositū dabit. Modica hæc sunt præijs quæ amplius pmittit: agros,
prædia, tributa, portoria, & quæ dominia rerū ultra Iselam adēpta (quæ
difficile est & periculosum armis restituere) in hostiū ius transuere, nul-
lo publico, sed suo sumptu, fidem facit, se ecclesiæ recuperaturum, ut est
opum diues. Ad reliquam autē eius magnificentiam hoc adijciendum ra-
tus sum, quibus immortalibus operibus plæraç; Leodij loca collapsio-
nibus deformata refecit, multaç; adeò noua ex pario lapide miracula ex-
truxit: eodem splendore, et fortassis etiam insigniori, urbem uestram ex-
colet. At mussant aliqui, quos tacitus timor incessit, ne hoc studio per
Burgundiones agatur, ut episcopatus ad se translataliquando imperio
potiantur: quo multis retro seculis falso uobis insidiosos calumniantur.
Alij qui metuunt, ut uobis authoribus renunciatus præsul, ipse summæ
rerum præesse poterit: proinde aut legati, qui episcopi uices gerat, impe-
rium tolerandum esse (id quod uobis insolens foret & nouum) aut colle-
gam asciscendum, qui gubernaculo admoueatur: itaque futurum, ut pro
uno duos patiamini. Illud autē metuentib. possem cum Gelrorū legatis
facetè respondere, Quid si cœlū ruat? qui in rebus tutissimis, ubi planè
nihil est periculi, stultè timent: quasi uero ullo seculo in Hollandorum
concilio ea de re disceptatum foret: aut hodie etiam disputetur, ut id con-
siliij aliàs notum fuerit, quanto quàm nunc ad id consequendum potio-
res occasiones olim fuerunt: quanto tempora aptiora, episcopi magis i-
donei: & quidē locis ad extundendū uis, quod isti fingunt, se arte amissu-

ros magis opportunis. Cum portā Catharinianā urbis præsidis tenerent principes Hollādici nominis, si quid stetisset, quid per gratias prohibuerat? A Badio oblatū religioſe reculauimus. Philippus quouis fortassis impelli potuiſſet, ſi huc Burgundionum conſilia ſpectaſſent. Maiorum noſtrorum res, quæ uaria utrinque fortuna fuerunt (ut ſunt principum offeſſæ faciles) quorū attinet mouere? Sed donemus id agi, quod iſti uolunt: donemus & ſi quid grauius addi poteſt. At quanto Leodinus epiſcopatus ſitu, ad propagandos tuendosque terminos opportunior: qui neque nominis celebritate, neque opū luxu ulli cedat: quid iſtud laborat: De collega uerò aſciſcēdo aut ſufficiendo uicario, commentū eſt ac ſomniū: quaſi uerò eū aſſiduò præſtò intra muros eſſe oporteat, ac non tantū iuris ex aliquanto interuallo, quantum præſens, & in conſpectu ciuū obuerſans, dare poſſit. Sēper enim habēdus aliquis è more eſt, qui ſummę rerum ſacrarum in eccleſiaſticis operationibus præſit: quare nihil neceſſe eſt de collega aut uicario perſuaſionem uanā induere. Quod ſi collibitum eſſet tempus dicendo hic extrahere, poſſem cōmemorare aliquot, qui utrique eccleſiæ cum ſumma gloria præſuere. uerū hi uobis notiores ſunt, quā ut ſit opus. Itaque Erardum Leodinorū cardinalem hominem excellentem ſin cerè cōmendamus, quia uobis utilis erit, hoc præfertim tēpore: quo ob aſperas Tranſiſelanorū res, quibus ad ultimum propè diſcrimen uentum eſt, tantus uir deſideretur, qui pacem faciat, & ablata recuperet, quanti queat. Conſido fore, ne quem huius uiri poeniteat, indiesque uobis charior ſit futurus, & uos rurſum à nobis, ut amicis populi Ultraiecti. omnia æqua in poſterū impetretis. Et in hanc quidem ſententiam ille multa & magna uerba fecit. Legatis benignè reſponſum: commendationem illam gratam eſſe, & eò quidem gratiorem, quo Burgundionum amicitia populi Ultraiecti. ad ſarciendam concordiam & pacem ultra Iſelam magis neceſſaria eſſet: non addubitare ſe, quin omnium ſuffragia in Leodinum inclinarent. Paucis poſt diebus legati Caroli Gelrorum Ducis Ultraiectū ueniunt. His quoque ſenatus ſodalitiorum eccleſiaſticorum ſolenni more indiſtus, in curia petentibus datur. Paucis hi legatione relata, epiſcopatū uni è tribus his popoſcerunt: Francisco Ducis Lunenburgensis filio, aut Erardo Leodinorum epiſcopo, aut alicui è Baſilicæ primariæ Canonico collegio. Addita ſunt ſplendida promiſſa, ſi per inita ſuffragia horum aliquis epiſcopus crearetur. Quicquid præſidiorum terrarum, oppidorum, eccleſiæ, belli iure ademptum teneret, uniuerſum ueteribus iniurijs exoletis redditum iri. Priuatum cum Tranſiſelanis diſſidium, ad publicum eccleſiæ negocium non pertinere: et ut pertineret, haud grauatè, quicquid eſſet uel odij uel ſimilitatis, ſe poſiturum. Inde fides principis & beneficia in pop. Ultraiecti. cum aliàs, tum bello Iſelſtenienſi cōmemorata, cum in nullo auxiliij ſpes, præterquam in eos uerteretur, legatis de propenſo in Ultraiecti. eccleſiam animo, & rerum promiſſarum magnitudine, gratiæ actæ. Benemerita in rempub. liquere, epiſcopatum autem ab incerto comitiorū euen-

tum pendere: proinde in eum sortem inclinaturam, cui deus dederit. Secundum hos postremi Colonia superuenerunt. Huius legationis princeps fuit Comes à Rennenburgò: ab his cōmendatur Henricus Palatinus è Bauarorum ducibus, Collega ecclesiæ Vormatiensis, Archidiaconus Aquensis, Canonicus Coloniensis. Dicitur non potest, quanto plausu omnium penè ordinum huius commendatio fuit excepta: siue quòd domestica & triuialis nobilitas contemptui ferè haberi soleat, ut ex claritudine generis exotica, potentiam opesq; uulgò metiantur: siue quòd fenestram ad occasionem alios excludendi sibi apertam uiderent. quo recipere retur is, à quo nullæ unquã iniuriæ in Ultraiectinos profectę essent. Sed ad Bauari plausibile nomen, accessit & præcipua Comitum apud plerosq; consulares gratia & authoritas, qui Burgundos & Gelros ex æquo impugnabant. Inter populares Gelrum facillè insectando inuisum facere: iniuriam in Transiselanos socios exaggerando uociferari, non amicitiam, non restitutionem ablatorum, non pacata, sed hostilia eum promittere, utcunq; dissimularet. Veterum certaminum item memoriam cum Hollandis refricare, nouas insidias & artes eorum uerisimiles comminisci, adeò ut auersis alienatisq; ab utrisque populi animis, si res senatorij plebei ue suffragij fuisset, iam omnium consensu Palatinus præsul renunciatus foret. Leodinum, ut ipsis inutilem abnuere: quod cum utrunque episcopatum pari cura administrare nequiret, futurũ, ut per collegam Burgundi sanguinis, uia Hollandis ad spem imperij cum perpetuæ totius ditionis seruitutis iugo panderetur. Tetigit hominũ animos ferocium quarundam denunciationum memoria, certamen de paludib. bellum magnum, immortale odium per iniquè asserta ecclesiæ bona, portæ Catharinianæ iniuria, memorabilis in uigilia Paschatis proditio: postremò, quicquid unquam contumeliarum ab Hollandorũ principibus acceptum esset, id tunc uulgò inter ciuitatis primores moueri. Exaggerabant hoc uetus odium recentia flagitia militum, quos legati adductos, à designatoribus mansionarijs per hospitia suburbana distribuendos curarant. Hi per ebrietatem efferatioris, multa conuicia impotenter in Ultraiectinos iacere, insolenter Imperatoris opes spirare, à Burgundis subigi posse ad suscipiendum quemcunq; obtruderent, arma minari, Philippi exemplũ ferociter exprobrare. Accedebant ad hanc effrenem uerborum perulantiam & facta iuxta flagitiosa, quæ potus uiolentia exagitati licenter designabant: in cupas ceruisarias pedibus insultare, ijs diffractis potum in solum effundere, uitreas domorũ fenestras postibus conuellere, his moribus odium magis magisque suis augere. Neque Gelrus quidem melius audiuit. Censuerunt legationem eius, ob insignem aduersus Suollanos perfidiam, reiiciendã esse: speciosa uerba, & promissa magnifica eò spectare, ut pari fraudulentia cū Ultraiect. ageret, qua cum illis egisset: nec pacem, aut rerum ablatarum restitutionẽ, sed armorum potius societatem in quam traherentur, expectandam esse. Quæ autem commemoraret merita, non pro meritis habenda, quæ precio emerentur.

tur. In id enim bellum quicquid impensarum factum esset, se fecisse: Duci liberaliter adeo suum persolutum stipendium, ut adhuc ab eo bello reipub. ære alieno laborantem haberent: nusquam ad id exemplum principes defuturos, qui eandem fidem ac societatem secum ad bellum gerendum ineant. Sed ne societatem quidem id nuncupari posse, quod magno redimatur: nec meritum aut beneficium commemorando eum amplificare debere, qui pro militari opera, stipendium in auctoratus fecisset. Tali plebs inter se tota urbe gregatim collecta serebant. Itaque tota ciuitate in Palatinum conuersa, religioni, quæ plus aliquanto sapere, quam hominum uulgi, aut ij, qui affectibus ducti transuersum abirent, consultando uidebatur. Leodinus uel hoc nomine placuit, quod per immensas opes, amissa facile ac tuto recuperare ualeret: simul ut per illum utrosque sibi grato & opportuno, nec minus reipub. utili obsequio demereretur. Hæc dissensio eò paulatim processit, ut Consulares multitudine insipientis uulgi, nisi aperte uim denunciarent, in Palatinum, quem senatus posceret, renunciarent: identidem occinentes, penes illos suffragiorum quidem ius esse, se uero penes urbis portas claudendi aperiendiq; potestatem fore. Hac animorum ferocia, timor ingens incessit collegiorum sodalitia: sed nullos æquè atque eos, quos pecuniæ plus quam uitæ periculum sollicitos habebat. Horum pars aliqua, ueriti, ne si quid plebis consilijs aduersarentur, prædæ dirreptioniq; forent, aurum, inaurataq; uasa silentio noctis in terra defodere, aut penes ciuem amicum occultè deponere. Tum demum compertum est, quàm parum spei in incertum suffragiorum euentum collocandum sit, cum populus armatus aduersus summam potestatem ius usurpantes, ita iubeant, ut illi fiant dicanturq; authores, ubi non plus iuris relinquitur, quàm multitudini uidetur. In confesso certe est, plerosque partim metu, partim tranquillitatis retinendæ causa, suffragijs commutatis, plus obsequitos plebi fuisse, quàm ex æquo & bono reipublicæ incolumitati consuluisse. Interuenit his populi in Palatinum consentientis clamoribus, triduo quàm comitorum dies adesset, malum, quod non modicum pauorem urbi intulit. Gelrus cum instructis copijs transito Rheno Burgundionum castra in uico Termeida opprimit. Capti multi, inter quos tribunus militum Guilielmus Turcus fuit: impedimenta omnia adempta. Aderat inter hæc comitij dictus dies, quo ad creandum conueniretur. Vetus consuetudo tenuerat, ne comitiali die conuentus in ciuitate agerentur, ne senatus item legitimus haberetur: si qui exteri principes, aut principum legati intra muros per id tempus essent, ad eum diem urbe excederent, quo ex concepti iurisiurandi formula, liberæ ac rectæ extra metum & gratiam suffragiorum sortes ferrentur. Contra nunc omnia acciderunt. Legatis trium principum candidatorum in ciuitate in futurum comitorum incertumq; euentum hærentibus, senatus per Coss. mane repente edictus, religioni ingentem terrorem fecit. Consules tum erant Ernestus Amerongus & Henricus Verborchius, Portæ clausæ tenentur: constituitur consentientibus sententijs omnium,

*cathedralis quædam ecclesia
suarum sodalium potestatem*

non ante senatum dimitti, quàm accepissent, quis episcopus designatus esset. Lictores armati curiam circumstabant: huc plebs cum telo, quòd trepida res nouarum rerum cupidis obuium obtulerat, tota ciuitate officinis & tabernis relictis confluxit. Ibi percontantur, quæ sit senatus sententia: eundem Palatinum se postulare uociferantes: ignotum laudibus uehere, Gelrum Burgundumq; paribus conuitijs insectari, bellum se habituros præsens, si in alterutrum illorum suffragia inclinarent. In basilica Martini maior fremitus uulgi in expectationem erecti audiri: globatim sese colligere. Secunda diei hora erat, cum religio adhuc in comitio sententijs uariantes, nondum inter sese conuenissent. Senatus qui in curia sedebat, ægre ferens mora se extrahi, frequenti hominum è plebe manu septus, cum Amorfortiorum legatis, consule præeunte, curiam egres-
sus, in comitium decurrit. Trepidè fores, quasi è cardinibus eas uellent conuellere, quatientibus respondetur, intus neminem è prisco instituto, quoad ferrentur suffragia, intromissum iri: si uim facerent, ferre decretum esse, utcunque cederet. Vbi aliquandiu clausis foribus, paribus animorum spiritibus disputatum esset, ad extremū multis blandimentis à consulibus datis, impetratum est ægrè, ut tres, aut ad summū quatuor intrò admitterentur, qui populi postulatū, senatus nomine exponerent. Quod quidem etsi præter ueterem comitiorum rationem esset, in præ-
senti tamen senatui obuiam eundem hac in re uel eam ob causam duxerunt, ut quod licuit, iram cupiditatemq; eorum compescerent: simul ut materiam, superbiam religionis (quod iuris consuetudinis que haberetur) calumniandi in posterum, è medio submouerent. Godefridus Vordius cum paucis intromissus, postquam in concionem uenit, ex senatus uerbis, quod è republica uideretur, benigniter contendit, ut propter sociorum ultra Iselam res afflictas, planeq; diutino bello fractas, bonum aliquem uirū crearent, qui ecclesiæ utilis, suis amicorumq; opibus pollens, amissa, græq; alieno grauata recuperare posset: ipsam non solum urbem, sed totam ditionem superā & inferam, authoritate & armis (si res dubiæ poscerent) ab iniuria & libidine cum aliorū, tum finitimorum principum tutaretur. Responsum ab Archidiacono principis ædis, eò collegia sodalitiarum conuenisse, ut summa animorum concordia, eiusmodi uirum renunciatum senatui populoq; traderent, qui pace & bello ex usu ecclesiæ foret. uel senatu ocio so, et ab armorum strepitu, animisq; quieto. Hoc dicto Vordius ira accēsus, magna spiritus ferocia, Haud satis (inquit) uobis liquet, quantum uobis reipub. salus curæ est, neque ocium uerò suppetit, id nunc disceptare: id unum interim sedulò date operam, ut ne quem alium renunciatis, quàm Palatinum, nisi grauius quid quàm animarum fumos experiri malitis: memores etiā atq; etiā perinde, ut uobis potestas designandi est, quæ uidetur, penes nos portarum custodiam esse. Concitatus ita è concione sese abripiens, cum reliqua utriusq; senatus parte in curiam rediit. Nec diu quidem hinc commorati, iterum cum plebis colluuiōe, multo grauiori fremitu, aperta q; uociferatione

tione comitia repetunt: sed frustra magna ui fores diu uerberantib. neq̄
 apertum, neq̄ respōsum datum est. Doluit haud medio critter senatui su-
 perba (ut ipsi interpretabantur) exclusio: sed in praesenti dissimulantes
 aegritudinem, à ui temperarunt. Regressi inde in proximam basilicam,
 ubi tota urbe plebs collecta, in nouarum rerum expectationē erecta sta-
 bat: multa ibi apud inconditam multitudinem de superbia & supercilio
 Canonicoꝝ questi, indignitatem rei, quòd intromissi nō essent, sed ne
 respondere quidem dignati fuissent, dolorem egregiè exaggerando am-
 plificarunt: ex composito uideri eos ad quartam horam usque suffragari
 do totum diem eximere: ut ita senatum & populum tædio morē domos
 quemque dispersum, facilius ludificarentur. Quin rectā consociatis ani-
 mis, ferro dictatum, quem senatus, quem populus iubeat, in comitium
 uaderent: Sequitur illicò ex omni multitudine uox consentiens, in pro-
 cinctu stante, uadendū esse. Accepisset ibi me hercule respub. triste uul-
 nus, nisi Comes à Renneburgo praesenti authoritate & oratione lucu-
 culenta furentium animos leniendo castigandoq̄ à ui prohibuisset. Erat
 per eam tempestatem Archidiaconus primariae aedis Philibertus Natu-
 rellus, è Burgundia oriundus, prudentia singulari & comitate eximia:
 ob id in Hollandorum conciliū non infimi subsellij lectus, homo ad pa-
 cem & concordiam concilianam natus, etate grandis. Author hic om-
 nibus fuit, itumq̄ in sententiam est, ut sortes charta à iuratis scribis exci-
 perent: ipse cognitoribus duobus, actotidē scribis adiunctis, penes quos
 fides constaret, hac ratione dein eas recognosceret, ut qui candidatorū
 suffragiorum numero alijs duobus foret superior, hic episcopus declara-
 retur. Dati sunt Archidiacono Decanus Seruatoris, & Decanus D. Pe-
 tri. Hi scribis adhibitis, catalogoq̄ suffragiorum in suas classes digesto,
 Leodino duobus calculis Palatinum superiorē inuenere. Et ad hunc e qui-
 dem modum Henricus Palatinus, episcopus Ultraiectinus creatus fuit.
 In quo principe, hoc mihi fatale fuisse uidetur, ut quemadmodum per tu-
 multum & arma episcopatum sortitus fuit, armis deinceps per omnes
 fabulae suae partes iactatus, tragica specie catastrophē clauderet. Vox
 totius concilij consentiens deinde sequuta, ratum Palatino episcopatus
 nomen firmumq̄ fecit. Mox Naturellus silentij fidem ab omnibus con-
 ceptis iuramenti uerbis pactus, ne comitiorum ratio in uulgus propala-
 retur, indicem in conspectu omniū combussit: eo pacto cauere posse ra-
 tus, ne deleta suffragiorum nomina, cui fraudi essent: sed ut mitigatis ple-
 bi animis, quod numinis nutu uotorum compotes fuissent, discordia i-
 ta sopiretur, si in reliquos cādidatos lati calculi in obscuro permanerent.
 Et profuisset consilium ad publicam pacem sarciendam, nisi inter se ipsi
 mutua simultate & odio laborātes, malum quod bene opprimi poterat,
 dimisso statim cōcilio, exaggerare perrexissent. Erant in Canonicoꝝ
 sodalitijs homines quidam ad factiones alendas fato penè quodam nati,
 amicorum Gelri nominis, sanguine illustres: alij item, quos contra aui-
 ta in Burgundos officia, inter suos, aduersus illorum potentiam publicè

Viri pultis
 duobus calculis

satis commendabant. Hi perinde ut è plebe homines, suam quique factio-
 nem pertinaciter annexi defendere, antea sese armis sæpe è publico fuga-
 rant: uim ex composito inuicem, contèpto senatu fecerant. Nulla hi per
 iurij conscientia icti, nullo religionis nomine moniti, postridie in om-
 nibus conuiujs, in circulis res comitorū inuulgauere: prodere in quem
 cuiusque suffragia inclinassent, inuicem linguis procacibus conuitiando
 insectari ac proscindere, utrique utrorumq; principū potentiam opesq;
 extenuare, pro se quisque alios uituperare. Iacobus Apeltanus Deca-
 nus primarius diuiso cœtu, sub hæc loco editiori, qui choro iunctus he-
 ret, conscenso, Henricum Palatinum è Bauarorum ducibus episcopum
 ad populū pronunciauit. Populus effusa lætitia ad eam uocem gestiens,
 illico acclamauit, quod foelix faustumq; sit populo Ultraiectino. Inde so-
 lenni sacrorum cæremonia, Deo præan decantatus, gratiæq; actæ, quòd
 comitorum euentus bene auspicateq; cessisset. Postero die collegiorum
 sodalitia iterum coguntur: ubi de legatione ad nouum episcopum Colo-
 niam mittenda actum. Legati dicti, Decanus primarius, Chorepiscopus, ^{apud hunc}
 Decanus ædis D. Petri, D. Gerardus Sukerodius. His additi no- ^{in hunc}
 tarij duo. Legati breui ex urbe profecti Coloniam peruenerunt. Princi-
 pi adeptum honorem gratulati magnificè excipiuntur. Adduntur dona
 uisendæ magnificentiæ, singulis pateræ inauratæ singulæ, pro nominis
 cuiusq; dignitate graues. Diebus aliquot largiter comessando ibi absum-
 ptis, multa de publico ditionis utriusque statu, sed ante omnia de bello
 Transiseleno cum Gelrorum Duce colloquuntur: docentq; uniuersam
 ditionē magno ipsius teneri desiderio, atq; adeò uel ob id cum impēsus
 desiderari, quòd Gelrus, ob repulsam tractum infestius bellum in socias
 ciuitates ultra Iselam nunc redeintegrare crederetur: spem certam esse, id
 per eum dirimi posse: & in gratiam noui principis quiduis se ab eo impe-
 traturos, si ipsius præsens autoritas adsit. Verum ad inaugurationē ma-
 turato opus esse, rem dilationē haud pati: alioqui si segnius se ad iter pa-
 ret, futurū ut castellorum ac præsidiorū quòd reliquum adhuc in Tran-
 siselanis esset, id uniuersum amitterent. Ultraiecti quoq; humilem obscu-
 ramq; multitudinem impotenter fremere, quòd socijs non feratur auxi-
 lium: bellum tantum Gelro mouendum uociferari: haud existimantes,
 quantum malorum sibi exoptent, ubi liceat ab armorum strepitu esse tu-
 tis. Iam inter populares suos per hunc proximū comitorum euentum
 factiones quoq; exoriri, aliud ex alio malum nasci. Contendere itaq; se,
 ut mora omni præcisa, quàm fieri posset ocyssime accederet. His legato-
 rum uerbis respondit Palatinus, se id operam daturū, ut quamprimū re-
 bus domi dispositis ad foedus faciendum, capessendumq; episcopatum,
 & quidem cum prima ætate adproperaret. Confidere (quia nullo suo
 consilio bellum conflatum esset) se utrosque firma pace consociaturum:
 maximè si huc gratia Ultraiectinorum, & preces hominum Gelri no-
 minis accederent. Legati breui post domum redeunt. Erat autem per id
 tempus respub. in eo statu, ut paulatim scintillæ quædam discordiæ in-

ter factiones per Palatini episcopatum orirentur. Ii qui à Gelro stabant, nullum comitorum genus in episcopum non torquere. Iacobę heroing stirpem scilicet reuixisse: accitum item è supera Germania strigosum capum ad saginam. Denique immodici esse inter pocula, in cœnis, in extenuandis principum Germanię opibus. Nec defuerunt aduersus hos calumniatores, pertinaces nouo principi defensores, qui festiuo ioco illorum sycophãtias sic eluderēt: Eiusmodi capum placere, à quo oua tam uisenda (legatorum inaurata pocula significantes) ponerētur. Illi uirum ut stolidum ac bardū uituperare: hi contrā magnificē uirtutes eius prædicare, humanitatem, candorem & gratiam apud populares uehendo amplificare: postremò simultatis hęc materia inter principes senatus, & Gelri nominis factiosos homines nata est, quæ repub. sensim grauius ad exitium usq; postea exercuit. Quicquid fando de Bauarorū ducum uitijs auditum esset, hoc non sine fucato commento egregiē exaggerando, identidē occlamare, et quasi uates infelices omnia infausa inauspicataq; denunciare. In hac animorum contentione & uario certamine quatuor plus menses labuntur. Itaque legati, ad eum diem quo Ultraiecti expectabatur princeps, è Transiselanis uenerunt. Miserunt eò & inferæ ditionis ciuitates, qui nouo episcopo aduentum gratularentur. Ingressus breui post urbem cum eo armorum apparatu, quo principibus mos est intrare, quando regna & imperia primis inaugurationibus suscipiunt, in curiam, ueterum episcoporum ritu armatus, ubi uetus & nouus senatus coactus erat, descendit. Ibi post honorificam gratulationem senatui populoq; Ultraiectino è more conceptis uerbis iurauit, se patrię patrem pro se prestaturum, defensorem ditionis, amissa ablataq; uindicaturum: hostes ditionis, suos duceret: fortunis suis & armis ad propagandos fines, & ecclesię opes constabiliendas augendasq; operam daret. Omnibus hic cæremonijs inaugurationis ex consuetudine perpetratis, in Ciuicum templum deductus, mox armis ibi positis, & ueste talari, & stola indutus, in Tutelaris D. basilicam solēni pompa abducitur: tantò dignitate conspectior, quantò turba equestrium hominum, senatorij item ordinis, & religionis cum plebe prosequentium augustior. Hinc in curiam magnam concessit: ubi prolatū in medium, libertatis ac priuilegiorum ditionis diploma, in trium ordinum confessu more maiorum, ratum sanctumq; esse iussit: ob signatumq; interposito iuramēto, confirmauit. Post paululum morę inde in ædem principem D. Martini Tutelaris deductus, in sedē D. Vuillibrordi collocatur. Laudibus Deo pro pastore sospite dato decantatis, turba procerum omnis ordinis prosequentium uenerabilis, in ædes pontificias se recepit. Et hæc quidem prisicę episcopos Ultraiectinos inaugurandi cæremoniæ fuerunt, cum soli utramq; iurisdictionem pari cura bello ac pace tuerentur. Illud autem non abs re fuerit addere, non plus iuris eos intra ciuitatum muros habuisse, quàm populi beneficio concederetur. Prætozem constituebant, qui iudicium decurijs præsideret, & in capitalibus supplicijs sententias rogaret. At possessio-

ne uerò iurisdictionis profanæ amiffa, is ordinatus constitutusq; est rei-
pub. status, quē hodie habemus quidē, at longē diuerfum ab illo quem
ea tempeftate tenebamus. Nec diu pōft religioni à præfule, ingenti ap-
paratu uereq; pontificali, Lautia in æde Seruatoris præbita est. Dies in-
de legationibus cū aliarum ciuitatum, tum Transifelanorum audien-
dis constituitur. Post honorificam hic gratulationem graues querimo-
nias superæ ditionis deferunt, quā atroci bello fefsi, confectiq; à Philip-
pi morte, à Gelro uicino hoste deintegro petantur: ut undiq; obfessi, pe-
nē de tectis ac mœnibus dimicantes, eum urbe ægrè abftinere cogant: a-
deò in portis, propemodum fe inter omnia inimica & infesta medios ca-
stra uidere. Ifelam interclufum præfidij, arces fibi ad defendendos fe ab
hoste opportunas, iam omnes amiffas, bellū diuturnitate graue ærariū
iam exhaustiffe, ut diutius id trahere nequirēt: fuiſſe nonnullā spē in Phi-
lippo, ſi fata eum diutius ſuperſtitē reliquiſſent. Nunc Transifelanarum
ciuitatum animos in nouum intentos principem, ab eo uel præſentem
ſibi opem polliceri, uel ipſum ad ſcœdus faciendū, redimendamq; quan-
tuncq; pacem, pro ſe annixurū. Epifcopus tametiſi legatorum precibus
& miserabili fortuna motus, ſuis auxiliū ferre cuperet, periculi bellorum
magnitudine territus, ad pacem faciendam, quā ad arma animo incli-
nator erat. De ſcœdere autem ſperari nonnihil poterat, ſed cum eò gran-
diori pecunia opus eſſet, quā ut unus ſoluendo ſufficeret: & ipſe tum
temporis gr̄is inopia per ſumptus magnitudinem in inaugurationem fa-
cti premebatur, cenſuit ad maturandum negocium, rem ad tres ordines
referendam eſſe: ſibi animum laborum oneribus æquatum fore, ſi ipſo-
rum conſilio adiuuaretur. Agitur paucis inter hæc diebus ordinum ſena-
tus: huc quoq; ciuitates ſociæ inferæ ditionis coguntur: ibi epifcopus in
frequentī concione aduocata, manu ſilentio indicto. Si per fata fieri po-
tuiſſet, ut lætius epifcopatus exordium (inquit) ſortitus eſſem, nihil pro-
fecto eſſet neceſſe ordines amplifs. ad uos de communis ditionis difficul-
tate maxima hodie referre. Tanta enim cura, tãta ſolicitudo mihi patriæ
conſeruandæ per uos cum nupera inauguratione inecta eſt, ut molis in
humeros ſumptę tantum non pœniteat. Itaq; ergo initio ſtatim unicē mi-
hi ſtudio habendū duxi, concordiam ſarcire, ubi diſſidium eſt: pacem fa-
cere & ſcœdus iungere, ſi aut bellum uſp̄iam ſit, aut animorum certamen:
ut in reliquū, ditionis ſtatum domi & foris cum laude adminiſtrem. Ve-
reor autem (quia de impenſis faciendis, non autē de ſumptibus circum-
cidendis agetur) ut perinde oratio mea ad animos ueſtros mihi in poſte-
rum conciliandos componatur, atq; ſi de re plauſibiliſiori uerba facerem.
Atque utinam uel fata uel humana conſilia dediſſent, ut his ſuperſedere li-
ceret, & proinde omnibus ſuprà infraq; pacatis lætius omen de me cape-
retur. De bello loquor, quod ſociæ ciuitates ultra Ifelam graue habent &
longum cum Gelrorum principe, & indies poſt paululum ſpacij uiolen-
tius redintegratur. Id autem quibus authoribus, & unde ortum ſit, qui-
bus ue initijs cœperit, haud libet percontari: conſtat enim, Finis autem
quis

quis sit futurus, in incerto fortunę casu positum est. Quartus iam ferme annus agitur, quod Ate nescio qua fatali Transiselanorū concordia bello intestino perturbari cœpit, atq; ita perturbari, ut discissa nulla ratione sarciri posse uideatur. Numinis tamē beneficio euenit, ne domestica illa lues infestius excluso hoste præserit, & animis consociatis aduersus eū bellum geratur. Gestū est cōmuniter, gestum est ipsorū impensis, absq; ciuitatum inferæ ditionis sumptu. Exhausto ad sæces agrario, opulentiores qui oneri ferendo sunt, pro se quisq; ad oppida, uxorem, liberos, diuina deniq; & humana ab hoste defendenda contulerunt. Multi item uoluntarij ex robore iuuentutis pietate in patriam suis impensis militarunt, ne aliunde externa auxilia implorantes, quenquam in belli societatem attraherent. Ancipiti fortuna belligeratum est. Sæpe exercitu in hostium agrum inducto, prosperè cum illorum insigni clade res maximas gesserunt: sæpe rursus in standi studio insequendiq; in insidias tracti, cū magna strage multis suorum amissis, retro in oppida compulsi sunt. Pons super Iselam factus, igni ab hoste subiecto cōflagrauit. Vt cunq; per multum tempus bellorum casibus uarijs ad hunc modum acti fuerunt, subinde tamen maioribus animis quàm uiri mole ea repararunt, donec castellis penè omnibus amissis, & aliquot oppidis per prodicionem perditis, cum undiq; præsidijs hostium obsidione conclusi tenerentur, ad ultimum, subsidium à Philippo peterent. Et spes ingens quidem in eo erat (uti accepi) nisi quorundam non sana consilia sequutus, priuatæ fortunæ augendę magis, quàm rei Transiselanæ tuendæ memor, transuersum abiuiisset: uir cætera egregius, qui pacis belliq; artibus (si fortuna tulisset) & gloria quemlibet superiorum æquare potuisset. Neq; uero propterea ad hostem sociorū defectio sequuta est, uerū rectius consiliū amplexi, maluerunt in fide & societate, extrema omnia fortiter sustinendo, permanere, quàm uersis uelis fidem uiolare, eoq; inclinare à suis deserti, prætenues uirium reliquias, quò fortuna uictoriã traduxit. Bellum etiam externum, intestinum, illo grauius malum, in quantum discrimen pecuniæ inopia Dauentriam penè adduxit: cum militum stipendia poscentium tumultu prædæ dirreptioniq; staret, iamq; ad iustā dimicationem medio foro peruentum esset, ni numinis ope ex improuiso præsens consiliū apparuisset. His igitur cum nihil ferme reliquum sit præter infelices animas, et moenia tectaq; hostium machinis deformata, reputate mecum, quo consilio susceptum tanta animorum pertinacia bellum continuetur: id enim opere precium est cognoscere: & magni quidem refert. Et haud scio, an illis ad pacem faciendam occasiones defuerunt (ob infidam & infirmam societate, eam nunquam recipere placuit) certè studio se ulciscendi magis quàm prædæ, ipsdem bellum quibus susceptum est animis, quamuis fortuna dispari, traxerunt. Pro aris ipsis bellū est haud perinde suis atq; communibus. Etenim si fabula ea consentanea est, qua Menenium Agrippam Pop. Ro. in secessione in sacrum montem, patribus reconciliaſſe, & animos eorum flexisse legimus, profectò bellum so-

cijs illatum, uim Transiselanis obortam, abactas prædas, castella adempta, uastationes agrorum, portas, flumina, saltus sacra profana que obfideri, tecta ipsa quati: & quicquid iniuriarum populo Transiselano inferatur, ad uniuersos pertinere existimandum. Membrum aliquod, quantumuis pusillum si corpori pereat, si pes uulnus accipiat, non conferuntur ociosæ manus, non os, non oculi, non cor, non ulla denique corporis pars stertit, quin alia condoleat, alia mederi opemque ferre annitatur: alioqui futurum, ut omnia simul tabo corrupta membra, cum illo uitioso, breui conficerentur, ac poenas non latè auxiliij luerent. Episcopum me, ut caput utriusque ditionis esse iussistis: atque utinam eum præstare possem, quem is apex postulet. Tot oppida, tot arces, labori ministerioque mutuo à maioribus tradita quasi per manus accepimus: & ea membra & uiscera non tuemur, sed committimus amputari, committimus ab hoste finitimo discerpi: & eo quidem hoste, qui per cuniculos interneccionem uestram molitur. Enimuero id spectat unum, ut dissipatis attritisque diutino bello Transiselanis, quos opportunos habet, uos posterius alios post alios adoriatur. Quid enim facilius? Utinam uanus habear, & falleret uaticinium, atque illa non insigni utriusque iurisdictionis calamitate in dies periclitaremur. Audio omnia ferè ab eo præsidijs teneri, præter Dauentriam, Suollam, Campos, tres præcipuas illius ditionis ciuitates, ut quartam eius partem, reliquis amissis, uix integram habeamus. Tenet ille uberri- mos episcopatus & ecclesiæ uestræ proventus: tenet terram frugum copia scaturientem, pascua, syluas, aquas. Hæc ego omnia repetenda esse censeo. De uia solum recuperandi, res in consiliū uenit. Scio uos à bello abhorre- re, ut par est, nec ego uobis author ero pacis quam habemus turbandæ: non enim is sum, qui post Philippi episcopatum, & tot annorum quietem, in pacatis rebus bellum quæram. Rationem itaque ineundam censeo, ut ære redimantur ea quæ bello ablata sunt, priusquam grauius deintegro in socios comparetur. Legati mittantur, qui de concordia & pace cum Gelro agant. At de ratione pecuniaria mouebitur disceptatio, unde argentum conquiratur. Equidem quantum ad me, utinam pecuniæ copia suppeteret, non recusarem meis impensis uel quanticumque adempta recuperare, & scedere sempiterno pacem Transiselanis firmare. Decernenda in hunc usum à uobis pecunia est, & ea quidem conficienda, quantum potest: ut utrinque ab armis discedatur. Scio amplissimis his ordinibus, in- suetum id uideri: nec dubium est, quin secum ita cogitent, nouum esse, nec sando ullo seculo auditum, onera ditioni imponi: Dauidi semisses singulos in iugera petenti olim negatum fuisse: hominum memoria non constare, nuper inauguratum episcopum nouo statim uectigali suos onerare occcepisse. Reputate hic mecum, qualis apud maiores uestra fuit respublica, qualis ditio, qualemque per manus traditam accepistis: & uicissim presentis tempestatis conditionem ac statum cum ueteri collatum, uidete num eadem sit: uidete num ullo seculo ita fuerit diuulsa, ut hodie est, cur hoc proponere esset necessarium. Illis, siue pax fuit, siue bellum habuerunt, agri, oppida,

oppida, syluæ, amnes, pascua, omnia fermè incolumia denique mansere. Nobis autem, quia usu uenit, ut magis id quod necessitas cogit, quàm quid consueuit, & è re ditionis sit, quàm ad exemplum allegandum facere uideatur, capessamus: reputare par est, primùm quid deceat, deinde ut uestræ existimationi ad posteros consulatis: apud quos perinde audietis, ut nunc res uestras uel fortiter tuemini, uel per ignauiam & socordiam dilabi patimini: latas olim & opulentas, nunc angustas & pretenues. Et ad præsentis tempestatis gratiam haud minus laborandum, ut pietas in patriam, in socios uestros iuxta clara habeatur, et neglecti officij turpitudoeuitetur. Itaque ponite ante oculos miseram eorum fortunam, quam deprecari facilius est, quàm euitare, cui nos in meliori constitutos consilio et reopitulari decet. Veniat in mentem innatæ omnibus mortalibus erga communem patriam, erga religionem charitatis: reputate efferentem nunc semagnam uestram scelicitatem, & illorū res uicissim aduersas, olim tamen dissimiles, ita (ut incerta casuum sunt omnia) in quo illi nunc discrimine uersentur, uos in par periculum aliquando præcipitari posse: memores casuum humanorum, fortunæ ludibrium, siue numinis uim potius suo arbitrio omnia regere ac moderari. Quo magis enitendum uobis est, ut afflictis illorum rebus auxilium feratur: id quod pium erit, & ecclesiæ iuxta utile. Hoc exēplo discant alij mortales, uel fortunæ in præceps abeuntium supplicium misereri. Sin aliud consilium uobis magis placet, nimisque illa quæ dixi grauiā uidentur, quæ communi negotio plus conductura arbitremini, quum ocium erit nouo ordinum conuentu separatim discipatote. Sic antistes Ultraiectinus. Postridie iterum conuentus ordinum habetur, in quo postquam diu, alijs aliter censentibus, sententijs est uariatum, ne omnino in suspicionem lati auxiliij arrepti, in belli societatem traherentur, decreta sunt principi quinquaginta aureorū milia ad pacem populo Transiselano redimendam. Facta pace, non antè Gelro de ea pecunia numeraretur, quàm deductis præsidijs, amissa ecclesiæ restituta forent. Et quo negociū maturaretur, quia dilationem non patiebatur, haud prius ab agendis ordinibus desisteretur, quàm pecunia, minima inferæ ditionis iactura conquisita foret. Huc contribueret, quicquid ecclesiastici profanisque nominis esset, omnis ordinis ac loci homines. Hæc quorata essent, principi tabulæ datæ sunt septimo Idus Octobris. Et quia id nunquam antea factum fuerat, opportuna maleuolis calumniandi materia oblata fuit: Episcopum nouo more, nullo exemplo sibi emptum: miseram Ultraiectinorū sortē, cum alibi nobiles homines episcopatus non sine largitionibus candidati petere soleant, se uerò contra, episcopum precio redemisse. Inter hæc Dorestatum abiit, uetus Batauodurorum præsidium. Tametsi, quod ab initio uenabatur, nunc consequutus erat: haud modicè tamen de pecunia contrahenda sollicitus, breui ordines & ciuitatum legatos ad se accersit, ut uia iniretur, qua minimo ditionis onere illa conquiretur. Disceptatum hinc est omnium primùm ingenti animorum certamine: alijs in alios onus reijcientibus, quisque se à contributione immunem

in octobri 1524

immunem contra tabularū, quas dederant, fidem pro se asserere annite-
 bantur: publica tamen sollicitudo omnibus, nullo trāquillitatis incom-
 modo summam conficiendi inerat. Equestres uniuersum onus in domo-
 rum rusticarum, aut focorum urbicorū censum depellere: hos contra-
 tueri acriter homines senatorij: identidem ocllamantes, ut (quando iu-
 gerū numerus in expedito esset) agrarius census ageretur, quo plebs ex-
 tremæ classis & operæ solæ immunes essent. Erant qui magna uī annite-
 bantur, ut in homines ecclesiastici nominis urgeretur. Reuersi itaq; lega-
 ti Ultraiectum, rem ad frequens ordinum consiliū referunt: ubi consi-
 mili pertinacia certatim sententiæ sunt defensæ. Senatus ciuium ius tue-
 ri, nobilitas quæ procul ab urbe in agris uillas suas habitabant, sibi con-
 sulere, ne quid largirentur: religio equestrium partes iuuare: in quam ad
 postremum utrinque magno studio summam uniuersam auertere sunt
 adorti. E diuerso, hī religionis nomine nixi, libertatem suam uindicare,
 iura impigrè ab utrorumque iniuria asserere. Medijs his diebus præsul
 Amorfortiæ è more inauguratur Idibus Octobris. oppidum ingressus,
 statim curiam conscendit, ubi reipub. iura & libertatem more maiorum
 tabulis rata esse iussit, iurauitq; sancta ea se habiturū, tutaturumq; quoad
 eius fieri liceret, aucturum etiam cum daretur. Senatus rursus suam ob-
 seruantiam nulla iuramenti religione sponondere. In presentis rei fidem
 princeps ordine senatorius data dextra in hospitiū deducitur. Et ut speci-
 men aliquod beneuolentiæ erga nouum principem daretur, duo uisen-
 dæ magnitudinis inaurata pocula sub coenam illi sunt donata. Aliquot
 hīc inde diebus cōmoratus, Amorfortijs pro humanitate gratijs actis,
 Dorestatum redijt. Mox paulò Sesti pulsu campanæ inauguratur. Est
 autem Sestum uicus uetustissimus totius ditionis inferæ, miliare ab Ul-
 traiecto ad ortum. Veteres cæremonia nouorum episcoporum tenuer-
 ant, postquam in sedem episcopatus collocati essent (quia in urbibus
 nullum imperium nullumq; ius habebant, præter ius dicendi prætorem,
 ut dictū est) ut iurisdictioni suburbanæ inaugurarentur. Sesti motu cam-
 panæ eius imperium inire consueuerant. Vnde ad bella iturorum prin-
 cipum, arma, dato per agros signo, plebs rustica sequi cogebatur. Atque
 id sibi uoluisse quidem Sestianā inaugurationem accepi. Ceterū operæ
 præciū est, quàm potest paucissimis, hīc perstringere mores & studia or-
 dinum, maxime autem eorum, penes quos ea tēpestare reip. administra-
 tio erat, antequam cœptam narrationē quanta difficultate milium quin-
 quaginta promissorum summa contracta sit, unde mox ingentes seditio-
 nes sunt exortæ, persequar. Vtile in primis, nec minus necessarium sci-
 tu, quo perspicuū sit, unde postea tanta totius ditionis calamitas, & qua-
 si ex tenui riuo, ingens inundatio profecta sit. Nullus itaque habendo-
 rum conuentuū sex plus menses finis fuit: nec solum in medium consul-
 tando disceptandoq; de ratione contribuendi nihil rati decretum est, sed
 indies incertiora, indies iniquiora proposita, magnum certamen inter or-
 dines, ueteri factione & simultate recrudescēte, pepererūt. Senatus cum
 plebe

per tota ab hys data

plebe in apertum fremitū effusus, negare se ad largiendum teneri, quod abundē sat uectigalibus, alijsq̄ oneribus, ut non magis, grauaentur: penes religionem, opes copiasq̄ uniuersas esse & luxum, penes hos uillas, agros, pomaria, fundos, syluas, aquas, à plebe paruo empta, & quidem per fraudem possideri: eam ab illis nexam tota urbe teneri: hos delicijs et uoluptatibus suarum rerum prodigos turpiter diffluere. Vilem contra humilemq̄ multitudinem operarum, rerum familiarium inopia, & annonæ caritate, iam triennium famē confici: adeoq̄ uix operibus manuarijs atram uxoribus ac liberis famē posse depellere: nocte his in muris, in uigiliarum nocturnarū stationibus excubandum: illos omnia contra habere: dies totos & noctes perpetuas perpotando continuare: ignauos ociososq̄ uentres ad fruges tantum consumendas & uinum perditum strenuos, in multam lucem stertere: crapula perpetua crudos, uix dum posse uel citra uacillationem decorē incedere, uel pedibus consistere. Petulantibus denique cōuitijs scēda memoratu mussitare. Principes senatus per id tempus erant tres homines gentilitijs familijs potentes, Euerardus Soudenbalchus, Godefridus Vordius, Henrici filius, & Godefridus Rodenburgus, consilio & prudentia non solum domi, sed foris etiā apud exterarum nationum de fama illustres, autoritate in tantum apud suos pollentes, ut nec in senatum operarum comitijs quisquam legeretur, nec Coss. renunciarentur, nisi quos ipsi iuberent: nec decretum, nisi his consentibus, in senatu ullū fieret. Soudenbalchi uerò in repub. tantus erat nominis splēdor ob eximiam sapientiam, cum paritum eloquentia tum seueritate in criminibus capitalib. puniendis cōiunctam, ut principib. finitimis modò non esset formidabilis. Quamdiu is rexit repub. nunquam ausus fuit quisquam ad res nouas consurgere. Mutare uolentes aut corrigere urbis statum, sat habuit eos, tanquam tranquillitatis publicæ turbatores ita notasse, ne in posterum temerè in senatum legerentur. Maximas sæpe seditiones dubijs tempestatib. sua præsentia & blaridimentis cōposuit, ut pollebat autoritate. Bello enim Iselsteinensi, cum soluta obsidione, externa equitum peditumq̄ auxilia domum reducta, improbis clamoribus ante curiam stipēdia poscentes omnia miscerent, huncq̄ unum tum latitantem (nam per impensas in bellū factas, æris inopia respub. laborabat) ad supplicium deposcerent. Is fortè trepidis nuncijs amicorum monitus, ut sibi consuleret, in eum solum militarem furorem exardere: Libet (inquit) experiri hanc rabiē, utcunq̄ cedat. Dehortantibus cum lachrymis amicis, ne se in præsens discrimē, ubi nihil opus esset, temerè conijceret: Ibo obuiam (inquit) frementi armatorum multitudini, periculum facturus, plus ne inanes minarū militis fumū ualeant, an ego dicendo: non enim committam patriam mihi charissimam id sua ruina luere, quod meo unius capite expiari potest. Inter hæc domo sese abripiens, postquam ad curiā uenit, sedatis clamoribus fit repente silentium. Ibi ille exorsus, multa primū grauius de quorundam improbitate queri, quos tanquā seditionis concitatores, cēsos potius quàm super-

stites oportet. Multis blandimētis militi datis, & spe perfoluendi stipendiū facta, in hospitia quisque sua mitigati abiure. Itaque hi, quos dixi, supra quam memorari potest, cum amicorum, tum popularium hominū ē plebe, factione semper potentes, perpetuum certamen cum pleraque nobilitate & religione habuere. Cum autem illi, quisque in suo ordine ita censerentur, ut neque religio, neque equestres, magistratus legibus tenerentur: hi in utrosque par ius et imperium cum ciue usurpare laborantes, nulla in re alteris concedere uolebant. Seuerē tueri leges, delicta acriter corrigere, in ciuem ob leue admissum capitis iudicio animaduertere, metu magis populum quam amore sub imperio & in officio continere. Qua ex re facile erat plebem nouis subinde uectigalibus, ne opibus nimis luxuriaret onerare. Poterant ista quidem odium uerius, quam amorē consciscere: sed erat quo se plebi rursus commendabant. Si belli materia à finitimis in populum Ultraiectinum quæsitā esset, ea prudentia ac consilio discussa, in ocio rempublicam conseruabant. Et quia obscurū uulgus fato nescio quo hominibus religiosi nominis ferē infestum est, hi dissimulatis prudenter priuatis affectibus, publicum negocium prætexentes (quia plebi gratum sciebant) illos in publici oneris societatem ad ceruisarium uectigalurgere, optimatum factionem impugnare. Tanta ars excellentibus ingenijs inerat, tantum prudentiæ, qua ciuem regerent, & metu eum pariter et amore sub legibus constringerent. Quod si posteris rempub. Ultraiectinam uel his moribus constitutam tradidissent, uel ipsi paululum de seueritate remittere uoluissent, poterant cum clariss. urbium rectoribus extra controuersiam conferri. Patriæ amor nimius, fastus ac contemptus ab inimicis uocabatur: pro seueris crudeles, pro libertatis assertoribus domini, pro legum uindictibus tyranni appellari: inter ciues clari, apud equestres et religionē, superbi haberi. Contrā, optimatum factio, quorum illi parētes et propinquos, sed senatu authore, urbe pepulerant, quorum dā ē plebe profligatæ audaciæ presidijs muniti, nullū segnitiei locum intermittebant, quo se suosque, opportunitatē nacti, insigniter ulciscerentur. Metu plebis tamē nihil infelicitate tentare audebant, quamuis clientelis & amicorum opibus septi, aliquam spem in armis & manibus habere uidebantur. Itaque hos facinorosos, quos dixi, consularibus, partim ob ignominiam publicē acceptam, partim tēdio diuturnę tranquillitatis infestis coenis, largitionibus, pollicitationibus amplis cōsciscendo, ad res aliquando nouandas animare, se adiutores daturi, cceperant. Similitudo ingeniorum contrahit celeriter factiosos. Fortē tunc ita res inciderat (quia per decretam pecuniam pertinaci animorum certamine se quisque à contribuendo immunem uolebat) ut ansa turbandi omnia daretur: optimates, ne præteritarum iniuriarū gratuita insolentia esset, crebra cum plebeijs illis consilia agitare aggrediuntur: his ob oculos deformem ipsorum seruitutem statuūt: mancipia eos uerius esse, quam ciues: ludibrium principibus ciuitatis et materiam, in quam pro libidine suam illi exercerent tyrannidem; sanguisugos suppliciorum à ciue exactores: ciui quam

hosti

hosti semper inclemētiore extitisse. Vbi per eorum peculatum, inexplēbilemque auaritiā aērarium exhaustum esset, illicō quārī aliquem infontem, quem captata occasione, ad uiuum degluberent. Ne id quidem factis esse, nisi indies rerū uectigalia & precia crescerent, quō plebe per inopiam oppressa, dominationem suam stabiliant. Si ipsi nunc uiri sint nomine Ultraiectino digni, se indignam eam contumeliā nunc tandem aliquando prohibeant, neque ferant se diutius piacula publica haberi. Penes illos omnes honores, dignitates esse, magistratus inter se homines nouos partiri, ē senatu mouere, allegere quos libitū esset. Dudū summos uiros & primæ nobilitatis in exilium egisse: alios indies bonis multare, ut soli dominantes, nullo metu mores ciuitatis pro libidine constituent. Nunc etiā periculum esse, ne quinquaginta milia tandem in plebem illorum artibus inclinētur, quamuis per speciem patrociniū eorum partes tueri appareant. Quod si secū nunc ad nouandas res cōsurgant, promittere se non tantum uectigaliū immunitatē, uerum etiam remp. ab omnibus pensionum oneribus liberam: & opportunos quidem iniurijs illos esse, si humile uulgus libertatis pariter ac commodorū præmijs ad arma sollicitetur, consularibus à nuperrima seditione frumentaria etiamdum abundē infestū. Auxiliū spem nullam illis, nisi in paucis com-potoribus esse: se contrā omnia habere, quibus opus ad eam rem foret: arma, opes amicorū, clientelas, uirtutem, socios homines ecclesiastici nominis. Se ductores & euentus participes fore. Hęc & id genus alia, eodem spectantia seditiosa nobilitas apud facinorosos, quos dixi, ingētia pariter de se pollicendo, iactitant: creuitque paulatim intestinum malum per decreta nouo principi quinquaginta milia. Cæterum tum temporis ceperē homines quidam ē plebe antea ignobiles & obscuri, quorundam Canoniorum res nouas inceptantium consuetudine, uulgo innotescere, quos paulatim sua audacia clariores fecit: sed maturitas temporis expectanda erat. Interim hi alios atque alios sui loci & ordinis asciscendo, nocturnos cōuentus facere primū ceperunt. Et quū aliud malū malo superueniret, publicē à Consulibus comitia poposcere: ne diutius tempus altercationibus magis quam consilijs de redigendis milibus absumeretur, ut habendorum conuentuum finis aliquando fieret. Mouerunt inter hæc operæ ueterem querimoniam de releuandis uectigalibus, maxime duob. numis tollendis, sed incassum. Et quō impotentius fremerent, & comitia poscerent, eò acrius principes senatus conatibus eorum obtinebantur, uincula minari & carceres: ac ni desisterent, inuenturos infortunium. Efferauit indies magis agitato plebis spiritus insolens superbumque illorum responsum, quā domuit erexitque multitudinē in spem remissioris licentiæ. Nunc ad institutam narrationem redeo.

Tenebat per id tempus Gelrus in Transiselanis Genemudam & Lagam. Has deintegro, quasi bellum reparaturus, uallo & fossis ualidius firmabat. Ademerat episcopo Enschedam oppidum, Diepenheimam, Conerdam Druentonum munitissimum presidium. Rechteram in Suolla

nos opportunam. Nouo armorū apparatu Transfelani territi, iterum legatos Vltraiectum ad maturandum negocium de pace redimenda mittunt. Variantibus in ordinum conuentu aliquandiu sententijs, placuit ad postremū, quatuor milia aureorum, quantum posset, ex domorum rusticarum recensu contrahi: ut dimidium in Calend. Nouembres, reliquum in octa. Calen. Ianu. solueretur. Fuerūt tamen nonnulli Vltraiectini Amorfortijq; nominis, quibus apertē iniquus hic cēsus uidebatur: qui censerent, ut ad eius pecuniæ dimidium, aut ut minimum, eius quadrantem, fundorū domini nullo discrimine ordinis tenerētur: iniquum esse, uniuersum onus in agrarios homines imponi. Huc cum ab aliquanta eorū parte, quibus saniora iudicia erant, discederetur, religio, hac sententia discussa, priorem obtinuit, ut agraria ædificia censerentur. Censura sunt illicò. sed quo pecunia minor erat, eò in redigēdo minus est laboratum, breuiq; ad præstitutum diem confecta est. Proficiscitur, dum ista geruntur, episcopus, inaugurationis ergo in superam ditionem. Concilium ibi ad disceptandum de regni eius statu indicitur. Conueniūt frequentes. Et quia terror publicè omnibus iniectus erat nuncio, Gelrum omnia expedire, quibus ad bellum opus esset, simul quia pecunia nondum confecta erat, placuit statim, priusquā hostilia is moliretur, legatos ad illum mitti, ad exorandum induciarū spacium, & diem indicendum, quo de fœdere & pace facienda conuenirent. Rebus itaq; omnibus hic utcunque ad tempus compositis, per Amorfortiam (ubi propter serum diem pernoctauit) Dorestatum circa anni principium, reditum maturauit. Instabant Vltraiecti comitia consularia, quæ urbi terrorem magnosq; motus allatura uidebantur. Nam præter causam cœptam inter factiosos aduersus senatus principes moueri, alia circa hos dies opportunè exorta illis inuidiam auxit. Vetus consuetudo tenuerat, ut mensē sub comitorum diem, festis diebus homines senatorij conuenirent, consultaturi quos nam potissimū quæstores in sequentē annum designarent (nam is magistratus, ut alij, annuus erat) Ab initio enim nō nisi summi uiri, quibus fama integra propter peculatus probum esset, creari solebant. Qui mos quamdiu in republica illabefactatus fuit, minus licentię esse, multum authoritatis senatui uigere, nihil existimationem dignitatis consularis imminui. Postquam autē ambitio, auaritia, factiones facinorosorum hominum præsi dijs circumseptæ ciuitatē exercere cœperunt, quæsturas, quas optimi quicq; ob perpetuas curas et miseras fugiebant, homines sordidi, qui laudatam famam pecuniæ posthabebant, ambientes, consulares secū præcipites traxere. His enim, quibus dixi, diebus conuenire eos solitos, penes quos ius dicendi quæstores futurum erat, à candidatis competitoribus prehensari, ad symposia conuocari, coenīs magnificis excipi, muneribus etiam occultè corrumpi: nulla fame, nulla pecuniæ ratio haberi: deniq; nihil illi pendere, qua uia ad eum magistratum obtinendum grassarentur. Horum ut quisq; profusissimè liberalis esset, quantum uis uel ære alieno grauatus, uel ad magistratum ipsum in-

eptus.

eptus, ita maximè illos sibi obnoxios ad dignitatem obtinendam habue-
 re. Hoc ipsi dedecus ioco uernaculo, fabas macerare nuncupabant. Ad
 hunc ambitum itaq; immodicum constringendum plebs tota intenta e-
 rat. Sed quamdiu quieta respub. sub dominatione Soudèbalchiana me-
 tu magis quàm amore in officio continebatur, eam fugillare quidè, sed
 inuiti tolerare: nec corrigere audere, priusquàm illo ex oculis emoto, ad
 secessionem armatam concurreretur. Clàm istas uoces criminādo mus-
 sabat nobilitas: iactare autè palàm, nemo ausus erat. Principium anni
 uigesimali quinti agebat. episcopus interim magna cura de reliquis XLVI. 1525
 milibus anxius, Ultraiectū uenit: ordinibus conuentum indicit: ad eos
 de residua pecunia, et rebus sociarū ciuitatum ultra Iselam à se inspectis re-
 fert. Cæterum, utrum pecuniæ obtinendæ magis, an pacis maturandæ
 studio rem tātoperere urfit, pro uero nihil ausim affirmare. In tabulis prin-
 cipi datis, clarè expressum erat, tum demum eam conquistum iri, ubi pa-
 cem inter Gelrum & populum Transiselanum fecisset: in qua etiam infe-
 ra ditio continebatur. At hic inter ordines nulli in mentē uenit percon-
 tari, quī res Transiselanæ haberent, quibus uel conditionibus pax facta
 esset: nulli item, qui censuit dilatione ad eam rem opus esse, aut deliberan-
 dum amplius. Sed principium & extremum huius consilij iuxtā fuit: ma-
 lum initium similis exitus sequutus est: præceps enim & immaturum in
 re tumultuaria decretū pop. Ultraie. & utriq; ditioni catastrophes plus-
 quàm tragicæ exemplum peperit. Decretum in præsentī communibus
 omnium suffragijs est, ut primo die ratio conquirendi pecuniā iniretur.
 Conuentū deinde est frequenter, multiq; dies altercando exempti: alijs
 aliam uiam magno certamine, magis ex priuato usu, quàm reipub. com-
 modo approbantibus: relatisq; crebrò in conciliū sententijs, eò tandem
 uecordiæ res processit, ut conuictijs & sycophantijs disputādo, totos di-
 es eximerent. Defatigati ad ultimum habendis indicendisq; conuentib:
 huc omnium sententiæ consensere, ut indiceretur dies, ad quem quisque
 quod optimum, & è re omniū uideretur, referret: inde ex plurimorum
 sententijs, una aliqua deligeretur, quæ ad cōficienda milia minimum in-
 commodi ditioni esset allatura. Hic nulli fraudi foret libera sententiæ ra-
 tio, quæ scripto exhiberetur. Dies consilij indictus, à frequentibus ordi-
 nibus obseruatur: eum & nobilitas longè ab urbe in agris habitantes ser-
 uarunt: cura enim ingens omnibus, diuersas sententias conciliādi sede-
 bat. Exhibuit religio, suo queq; sodalitiō in abaco (sic ipsi uocāt) scripto
 sententiam: inde equester ordo: in postremis senatus et ciuitatum legati.
 Singulorum ibi recitata iudicia (quia toto cœlo dissidebant) sacra profa-
 naq; citius mixtura, q̄ conciliari posse apparebant: maximè autem cum
 pertinaci queque uisu à suis authoribus defenderentur. E religione sode-
 litorum, sententiæ Basilicæ D. Martini, Petri, Ioannis, cum pleraq; no-
 bilitatis equestris parte huc consociatis animis consensere, ut pagi & præ-
 turæ omnes suburbang, palustres, aruales, compascui insularesq; fundi
 æquabili æstimatione ad contribuendum tenerentur. Hi neminem exci-
 piebant,

piebant : exprimebantur enim mortales utriusque nominis religiosi & profani : urbanos item & quantum hominum ruri agros coleret. In horum sententia comprehensa quoque erat plebs urbana, secundum fortunarum ex mercimonijs estimationem. Quæ quidem (quia nullum mortaliū excepit) quamuis æquissima esset, eam tamen principis atque ordinum arbitrio stare placuit. Et licet per omnia sibi haud constaret, præcipua tamen eius capita conueniebant. Restabant è religioso nomine, collegia Seruatoris & diuæ Virginis. Hi cum hominibus ordinis senatorij & reliqua nobilitate, in longè diuersa ratione ac sententia fuere: cui & accesserunt Amorfortij, Vicani et Rhenani, ut agrarius census ageretur: antiquitus ita fieri consueuisse affirmantes, quoties grandis pecunia publicè decreta esset. Ad hanc largitionem agrariam tenerentur omnis ordinis mortales, intra extraque urbes, præter infimæ classis humilem uilemque multitudinem: unde uulgo illa gratior fuit & magis popularis, quòd in diuites à pauperibus, hoc oneris inclinaretur, & proinde locupletioribus infesta, peperit nouam in reliquum altercationem. Ad hunc modum rixando extracto die, ita dimittitur conciliū, ut in proximum conuentum domi quisque suæ reputaret secum, utra sententia ditioni utilior foret. Videbatur autem ea sententia obtentura, quæ non tam numero suffragiorum, quam quæ celebrioribus authorum nominibus uicisset. Instabant inter hæc comitia, quibus operæ in suum quæque comitiū per uiatores cogi consueuere. Multi ad id tempus qui timerent, ne gliscens certamen, & factio aduersus Soudenbalchum armata, ciuitatē in graue discrimen ac dimicationem aliquam traheret, alij aliò dilapsi, in pacatam urbem fugerant. Senatus, horum fuga cognita, absentium rationem habuit: edicto cauit (uetus is semper mos fuerat) ne quis comitorum die ab urbe abesset: poena exiliū erat. Legibus nemo solui poterat, nisi quos grauis ualetudo lecto fixos palam detineret. Habentur interim comitia, sed omnium spe quietius, non tam charitate ciuium, quam metu, & presentium senatus principum autoritate. Renunciati Coss. Godfridus Rodemburgus & Gerardus Semmius. Tribuni primarij creati, Matthæus Blockius & Theodoricus Ægidius Lanus. Quæstores, Theodoricus Montanus, & Theodoricus Vuolfius nominati. Horum aliquam partem, magis consentientis multitudinis iussu, quam pro fortuna & loco, ad aduertendam tumultuandi licentiam, emerendumque fauorem popularem Euerhardus Soudenbalchus creari passus fuerat. Verum ubi factum dominatur, frustra ibi ars, frustra consilium & prudentia res humanas moderatur. In magnis ad id tempus usque bellorum & intestini tumultus tempestatibus ille uersatus, egregie consularia munia obiuerat, ut domi eum sua prudentia uenerabilem, foris admirabilem fecisset. Hoc uerò subrepens negocium sensim, quamcunque uiam ingrederetur, neque consilio, neque ratione regere ualuit. Equestres homines ab initio (siue id acciderat ob antiquam nobilitatē, siue ob sua in patriam merita, siue ui, siue per aliorum negligentiam) ad nullam contributionem, neque agrariam,

operæ gill.

riam, neque ad censum domorum rusticarum tenebantur: ut in uetustis rationibus, et publicis tabulis perscriptum adhuc uidere licet. Quoniam autem nunc sententijs dissidentes, ex tabularum tenore se quoque contributuros aduertebant, cum in omnibus alijs agrarijs collationibus semper in residuis perscripti quidem, tum autem in censu domorum rusticarum nusquam liberi reputati essent, at nunquam contribuissent. Hac autem cura equestribus iniecta, ne si in hanc sententiã uasissent, ipsi in fraudem per imprudentiam inciderent: huic animis consociatis, ad suum ius tuendum obstitere. Atque hanc potissimum ob causam eos Euerhardus Soudenbalchus acerrimè impugnavit, quod illi censum in ciuitates, in operas dilatarent: ueritus, ne si plebs ad pecuniarum repositarum & fortunarum æstimationem compulsa esset, res ad seditionem armatam erumperet. Ea igitur sententia ut discuteretur, senatui ueteri ac nouo author fuit, ut diuersam de agraria collatione, in inuidiam inimicorum uindicarent. Contrà, illi uociferari, si conferrent, locum iniuriæ dari: semel uiolata libertatem, ansam in posterum ad seruitutem datum iri. Proinde honestè se de libertatis suæ iure contendere. Aliam iactabant causam, præter secessionis metum, cur longè infestissimè inimicorū conatus Soudenbalchus impugnet. Prouentuum ex ærario, & possessionum, atque ædificiorum intra urbem apprimè diues erat: si id obtinuissent illi quod urgebant, is in memorabili damno futurus erat. Consul ex bonorum consilio senatum cogit, postulat senatusconsultum fieri, quo plebis partes aduersus potentiam optimatū tueretur. Interrogatis ordine sententijs, fit huiusmodi senatusconsultum. Quoniam autem constat Remp. Ultra ære alieno onerata, quod & ciui & externo singulis annis peditur: magnis item impensis grauari indies, quæ in publica ædificia sarcienda fiunt, quibus nocturnæ uigiliæ, quibus diurnæ portarum custodiæ cōseruentur: ut mittantur ingentes sumptus, qui in machinas bellicas, in impedimenta, in puluerem tormentarium indies parandum fiunt. Tum autem quia mercimonia frigent, nec plebi quæstus ullus est, præut olim fuit, ut ad fæces penè sit redacta. Proinde senatus nouus & uetus in ea intentus, quæ ex usu reipub. sint, ut decreta episcopo pecunia, quam minimo potest detrimento ditionis conquiratur: decernit eam pecuniam ex collatione agraria redigendam, & quidem in ditione infera, è more, ut in granibus id genus tributis fieri ad solet. Huc quoque ut simul conferant ciues opulētiores, et qui in numero aliquo oneri ferendo sint, haud aliter, atque ij, quorum omnes fortunæ in agris, in pascuis sitæ sunt. Huic senatusconsulto nemo intercedito. Videri poterat hic finis totius controuersia esse positus, sed cum religio, & equester ordo, plus quàm honestum erat, ac æquum, apud principem ualere (ex huius ordinis primoribus, in intimo is consilio habebat) factum breui, cur ipse parum sanæ consilij documento, & rempub. & se funditus uastarit. Cùm enim ad pecuniã, quam ad publicam quietem attentior esset, indignè ferens, spe eius consequendæ se per tot perpetuos menses extrahi, dubiumque euentum metuens, ma-

gno clarissimi nominis sui dedecore iussit id ratum esse, quicquid eque-
 stres cum altera religionis parte nuper censuissent. Ad diuersam uero &
 ad senatum, quibus illa sedebat sententia ad pacē concordiamq̄ fortasse
 potior, literas stomachi plenas ē suorū consilio dedit, acerrimē expo-
 stulans, eo nomine, quod ex composito ab ijs extraheretur, ac ludibrio ha-
 beretur. Summa literarum hæc erat, id darent operam, ut aut desisterent
 aduersę factionis sententię aduersari, ac in eam concordēs uaderent, aut
 quisque sui periculi admoneretur: se maiestatis imminutę memorem fo-
 re. Lectę literę in senatu, recitataęq̄ sunt sodalitiō eiusdem sententię reli-
 gioso: sed tantum abfuit ut hinc impetratum sit aliquid, ut etiā obfirma-
 tiōres postea suam sententiā tueri sint aggressi. Hi separatim habito con-
 uentu, legatos communi sociarum ciuitatum & senatus Ultraiect. suoq̄
 nomine (periculum illi metuebant) ad principem mittunt, qui literarum
 ad senatum, præsentibus earum authoribus, quæ principis nomine scri-
 ptæ allataęq̄ essent, se suosq̄ & causam suam defenderent. Etenim consta-
 bat à quibus illæ profectæ fuerant. Admissi ad principem legati, multa
 perspicuē de ijs quæ rerum perperam harum ingnaro persuasa fuerant,
 differuere. Inde proposito quasi in tabula ob oculos periculo ac detrimē-
 to, quod ex diuersa sententia, in speciē plausibili, si eam ingrederetur, sup-
 pullaret: tantum intestinum incendiū erupturum, ut neq̄ consilio id,
 neq̄ uiribus humanis restingui posset. Eò se uehementer mirari, cur po-
 tiore sententia & uia tuta reiecta, diuersam, & eam quidem reipub. ac di-
 tioni perniciosam, adde et exitiabilem sequi iussisset. In huiusmodi perple-
 xis negocijs, nudē ac simpliciter, nullo fūco rem agi oportere: ne malum
 consilium, ex affectibus priuatis natum, immedicabile uulnus, cui fru-
 strā post mederi annitaris, faciat. Alterius factionis autē sententiā, de in-
 dustria confusam, nihil habere certi, nihil firmi, quo niteretur. Exprime-
 re illam quidem ad contributionem eam quinque collegia, cœnobia, &
 homines in uniuersum equestres, oppida, uicos, præturas. At ita genera-
 tim hæc proposita, obscura omnia, dubia & incerta promittunt, neq̄ id
 disertē ponunt, quod præcipuum est, hoc est, capita ex fortunarum cu-
 iusq̄ uel amplitudine uel tenuitate, sed ne classiū ullam æstimationē qui-
 dem aut censum faciunt, quo ad summam contrahendam compendio
 perueniri posset: futurum proinde, ut per eam omnia sacra & profana
 miscerentur. Sed ne tum quidem eum id consequuturum, quod nunc
 post paululum moræ facillimē obtineret ea uia, quam duo collegia, sena-
 tus Ultraiectinus, & tres sociæ ciuitates censuissent: quamuis id segnus
 procederet, mora opus esse. E consuetudine ditionis esse, & iuxta recen-
 tium tabularum fidem, neminem hic exceptum iri. Illos autem diuersę fa-
 ctionis quosdam, hoc est nobilitatem, fraude in suo censu ludere: scili-
 cet ut in residua perscripti censi dicerentur, re autem liberi forent, ut sole-
 bant. Suam utilem cum ex æquo omnibus, tum ciuitatibus esse senten-
 tiam, & minus tumultus inuecturam, & nullam aliam ob causam se tueri
 eam. Sin altera magis cordi esset, petere se certiores fieri, quid ad concilium

lium referrent. Ad ea paucis episcopus: Ignarus (inquit) sum patrij moris, nec id mirum: quippè hospes dudum in hunc episcopatum perueni: non difficile ergo fuit falsa persuasione quemlibet me ludificari. Ita mihi à quibusdam persuasum est, at rem ipsam tam perspicuè nunquam audiui disputari. Quare rem propius de integro deliberandam, reliquum est ut in consilium mittam. Legati Ultraiectū reuersi, respōsum retulerunt. Ordinum hæc inter se altercatio non iam continuū se intra curiam, sed in factiones diuulsa, totam rempub. bifariam discidit. Plebs hæctenus spectaculo certaminis intenta, malis artibus à factione interim corrumpi cepit. Senatorij honorū præsidio muniti, nauiter suas partes contrā tuentur: & ut quisque concordiaē amantissimus, rempub. saluā magis, quàm labefactatam uidere malebat, ita ad coniurationē facinorosorum opprimendā diligentissimè suam fidē persoluebat. At plebs famelicā, ad quamlibet auram mobilis, non intellecta suorum pro se cura, capita factionis è religione & nobilitate, unde quæstum faciebant, sequuta, ad nouas res animos applicuerunt. Cum autem illi, quod de censu molirentur, aduersus senatum diffiderent se posse obtinere, plebem pessimis artibus consciscendo, aliam rationē ad eos impugnādos ineunt. Hanc (ut secū stent) ab illis alienare adoriuntur: quippe quæ clamoribus plus, quàm ipsi consilio effectura uideretur. Itaque hos sportulis inuitant, manibus prehensant, honores ultrò deferunt, iubent crebro se inuisere: denique inter familiares habere. alios, quibus res lautiores domi, et fortuna splendidiore esset, rectis coenis excipere, prodiga liberalitate sepe habere, mussare, capita cōglomerare, manib. ac nutibus in tēplis, in foro rem, de qua cōtrouersia esset, exponere, conglobatim in publico de ea disputare. His esse admirationi, horum plausu uehi: deniq; id unum agere, ut Everardo Soudenbalcho, & Godefrido Vordio ciuitate pulsīs, & rempub. & contributionem ad arbitrium constituerent. Intermissa igitur ad tempus demilibus redigendis, altercatione, toti in hoc erant, ut cōciliata inuidia illos in perpetuum exules facerent. Prætextus ergo in speciem plausibilis excogitandus erat. Fuit per eam tempestatem respub. non ferendis uectigalibus ceruisiarijs grauata, ad quæ leuanda proximis annis, incredibile dictu est, quantum laboratum fuerat. Plebis postulatis obstiterāt Soudenbalchus & Vordius. Binos numos grīs oneri demi efflagitarant, sed frustra. Tantum autem laxamenti cum exorare non ualerent, & ferox præterea responsum indignitatem exaggeraret, minus æquū animum in eos gessere. Hac actione nobilitas iuxta, cum parte procerum (ut dictum) ecclesiasticorum, per allectos & sibi obnoxios facile inconditam multitudinem ad exposcenda extraordinaria comitia sibi dari perpellunt, aperte exules nobiles reuocari postulāt: aut si ista negarent, aliqua saltē uectigalium parte releuarentur. negatū id quoq; animo obfirmato est. (nō enim fugiebat eos quid per inimicos agitabatur) Si ad comitia peruentū esset, aliud ex alio malum prospexerant exoriturum, releuāda uectigalia, exules reuocandos, acta annorum aliquot rescindenda, rationum ærarij recognitionem,

7^o maio 1525

cognitionem, comitiorum denique habendorum licentiam, in effrenem secedendi rabiē euasuram, excidio ac subuersioni reipub. fore. Soudenbalchus cernens inimicorū gratiam indies apud plebeios crescere, regio natim tota urbe globatim coetus haberi, maximè autem ferijs, cum à manuarijs opificijs uacarent, reputansq; identidem, in quantā calamitatem ciuitatem conijceret, si plebem uotorum compotem fecisset: ipse autem neq; inimicorum potentia terreri, neque bonorū precibus flecti ualuit, ut tantulum concederet. Tantum uel unus autoritate in rempub. pollebat. Rodenburgus consul publicè perduellionis pœnam minatur, qui ad res nouas confurgerent. Accidebant hæc circa xv. Calen. Maias. Satis autem constat, Soudenbalchum pensitatis suis & inimicorum uirib. armis medio foro cum illis contendere paratum fuisse, nisi urbem à cæde seruare, quàm eam in ancipitis pugnae euentū ponere, maluisset. Sed ubi diu secum ancipitem pugnae euentum expendisset, si ad dimicandum armis inimicis suis obuiā processisset, ut uictor esset, multo sanguine eam uictoriam sibi staturam: sin quid aduersi cecidisset, quantum malorum sibi atq; suis immineret. Hæc identidem reuoluens, cedam urbe potius, inquit, quàm patriam hanc luce mihi chariorem, in certamen præsens et dimicationē conijciam: ut eum, quem iam trigessimū propè annū in oculis suis ferunt (quæ res uel ipsa satietate minus uerendum me fecit) absentem suo malo desiderent aliquando: id quod futurū est, si urbe excessero. Ferratur magistro orbata nauis sursum, deorsum tempestatis arbitrio, dum mihi ingratos ciues meos, meritas stultitiæ suæ pœnas dantes, in tuto spectare liceat. His curis interuenit ecclesiastes, domesticè illi familiaris (Simoni ei nomen erat) hic eum obtestatur per communis patriæ salutem, per omnia quæ haberet charissima, ne de fuga omnino cogitaret. Eo enim urbem egresso, extemplo in dissolutam rabiem populū exarsurum: rempub. in medio relictam, prædæ ac direptioni futurā. Veniret in mentem, quantum periculū senatui, quantum amicis, quantum omnibus bonis instaret, cum eo præsentem, à rebus nouandis & inimici & operæ certò essent parsuræ, quantumuis improbè nunc uociferarentur: gloriæ immortalis fore, rempub. seruasse, ignominia autem, eam turpi fuga deseruisse. Patriam ei chariorem esse debere, quàm ut eam quorundam maleuolorum insidijs posthaberet. Nullis ille his, alijs uè eodē spectantibus uerbis permotus, ea omnia se scire respondit, patriam charam, amicos, adde & liberos: sed pigere ingratitude illius, quam toties conseruasset, & ex hostium manibus extortam consilio magis quàm armis tutatus esset. Si se pulso & alijs reuocatis, respub. melius constitueretur, fore quod gauderet: sin omnia secessionibus & armis misceretur, ex ingratitude pœna gaudium, quamuis parum honestū, at meritum tamen item se capturum. Nono Calen. Maias operarum præfecti cum aliquanta multitudine tota urbe collecti Soudenbalchum adeunt. Hi expositis blandè plebis postulatis, petunt senatusconsultū de restituendis exulibus, acto senatu fieri: aliud item de releuandis uectigalibus. Ea si negetur, operas po-
scere

scere habendorum comitiōrum facultatem sibi dari: plebem ni impetra-
ta hęc referantur, inuito senatu, ipsoq̄ adeò spreto, cum telis armatam se-
cessuram, diutius compesci retineriq̄ non posse. Ad ea ille, Me uel sua so-
re, uel impulsore hostes reipub. à senatu indicati non reuocabuntur. re-
uocent eos qui uolent: at ubi per Albanam portā intrasse eos nuncio ac-
ceperim, per aduersam exiliij causa solum uertā. Nec uectigalia leuabun-
tur me quidem authore: intercessi haftenus, quo minus bini numi æris
cupæ sint detracti. Secedite, currite ad arma, per me liberum uobis erit,
quando omnino sic stat sententia: non enim aduersus ingratam & bene-
ficiorum immemorem multitudinem sua sponte ad excidium properant
tem, arma induam, quando per me patriæ factum est satis. Sed quia fato
quodam in exitium uestrum clausis oculis ruitis, cedam urbe, cedam pa-
tria, cedam inimicis. erit quum multos nouę reipub. pertæsos mei absen-
tis desiderium tenebit, meq̄ reuocatum uolent, sed frustra. His è concio-
ne indignabundus domū abreptus, circa crepusculum paulò quàm por-
tæ clauderentur, obnupto capite, ne agnosceretur, cum Godefrido Vor-
dio Henrici filio, ex urbe abiit. Postero die, illorum fuga cognita, sena-
tum ingens terror, optimates & pleramq̄ religiosi nominis factionem
incredibile gaudium cepit: publicè denique, quasi urbe magna seruitute
liberata, omnib. lætitia est iniecta. Consul pro magno negotio habens,
ne in his diuersis animorum affectibus, quid detrimētī respub. caperet,
portas clausas teneri iubet: senatum utrumq̄ illico non legitimum in se-
xtam horam trepidè indicit. Ad quem tumultuose conuocatum tumul-
tuosius de exulibus reuocandis refertur, qua de re senatusconsultum ad
motus maturè comprimendos fieret. Negantibus nōnullis senatuscon-
sultum dici posse, ad quod metu armorum adigerentur, Consul tempo-
ri cedendum censuit, & ad seditionem prohibendam morem optimati-
bus gerendum esse. Alijs hoc magis placebat, edicto cauendum capitis
periculo, & bonorum publicatione, ne quis nouarum rerum author in
ciuitate foret: dandum quinqueuiris capitalibus negociū, ut unum aut
alterum ex seditionis concitatoribus arreptum in uincula ducerēt, haud
dubiè quieturos reliquos. Dum in curia ad hunc modum tumultuose di-
sceptando magis quàm consultando horas aliquot eximunt, homines
è plebe factioni nobilium dudum consociata, relictis tabernis et officinis,
in basilica Martini in euentum erecti stabant, quiduis exoptantes, quàm
pacati aliquid: dum quis adiutor aut dux adesset. Fortè ibi tū aderat au-
la pontificiæ præfectus Iacobus Mindenus haud ita pridem à principe
Dorestato Ultraiectum ad res ciuitatis inspiciēdas sopiēdasq̄ missus:
hic non tam perinde se disceptatorē inter nobiles partim inimicitias præ-
buerat, quàm suorum & popularium & cognatorum partes sequutus,
illas auxerat magis etiam. Hic (ut globo armatæ è plebe multitudinis &
equestriū septus stabat) agite, inquit, quid si illi consultando totū hunc
diem eximentes, nos in serum diei extrahant, an censent nos supplices, ut
amici, ut parentes, ut cognati nostri ab exilio reportent, illis ad curiā ad-
futuross

fron. de balch. consul

mind. de turbul. consul

futuros: coepta res est, signum ad arma dator, inuadamus forum Palatinum, priusquam illi nos occupent, uosque me ducem sequimini. Neque uanus fuit hortator. Illi è templo in curiam pontificiam sequuntur. nec diutius ibi Mindenus commoratus, quam se ad pugnam raptim armarit, in forum stipatus agmine armatorum omnis ordinis citato impetu irrumpit. Inde misso qui ad arma signum moueret, tota turbe cum telis, ut quæque obuia erant, concurritur, tabernæ officinæque cum fragore clausæ terrorem auxere. Matronarum ac puerorum iustus clamor & concursus in aedes sacras, passim religionem, cui sacrorum cura deman data est, abruptis omnibus, templis exciuit. Senatus qui adhuc mcestus in curia consultabundus sedebat, dubij abire ne an manere uellet, ad signum datum excitus, alij aliâ occultis uis domos suas dilabuntur. Multi quibus populare erat ingenium, qui in neutram partem inclinati, concordie conciliandæ authores semper fuissent, ut positis utrinque inimicijs, exulibus reditus in ciuitatē concederetur, plebi se immiscuerunt. Consul Godefridus Rodēburgus trepidè per posticam curie elapsus, dū lictoribus cinctus domū properat, fortè in medium tumultū incidit. Hunc per plebis confertam multitudinem modico interuallo, casu obuius Michael Pistor, homo extremæ audaciæ & facinorosus ira inflāmat, ut uidit, Hic est, inquit, ille uir, qui Soudēbalcho et Vordio authoribus, summo loco natos uiros, nostros amicos urbe pepulit, & extorres fecit, qui in suo consulatu nunquam ciuium sanguine expleri potest. Hic ille est, qui de mea multatitia pecunia, quam nihil commerito expressit, iam pridem ædiculam Virgineam posuit: nunc dñi iniuriarum uindices iniuriam ultrò adeste. Consul Pistorium stricta spatha in se uadentē modico interuallo intuitus, fuga se, neglectis consularibus insignibus, in proximas Antonij Bessandij eades abripit: ibi pauore attonitus, comitali ictus morbo in uestigia humi concidit. Ceterum post paulo frigida suffusus, ubi ad se redijt, bono animo esse iubetur: nihil esse, quod ipse periculū uereatur, penes quem haud perinde magna culpa esset, ac uulgo dicere. Ut esset, quod ad ipsum iniuriarum à plebe abolitionem esse iussam. Æquo solum animo ferendum esse, quod eo die cum uniuerso senatu se magistratu abdicare cogeretur. Atque ibi custodiri iussus, non ad uim aut ad pœnam, sed ut à nefariorum licentia rabieque defenderetur. Populus iam tota urbe in Palatinum cōuenerat, partim metu plebis magis, quam ad factionis partes confirmandas: partim lætitia, ob urbem à superba illorum dominatione liberatā: sed multo plures extremi subsellij, quos uel inopie, uel æris alieni uis domi urgebat, spe magis & consilio diripiendi aliorum domos, quam ad opes partium aduersarum iuuandas. Consentiens interim in hac prima seditione omnium clamor erat et fremitus in profugos, quod maledictis ac conuictis prosequerentur: sed nulli impotētius quam illi, quos paulò supra dixi è plebe, omnium primos cœnis ac sportulis huc aliquot antè mensibus inuitatos, quibus lingua ex æquo prompta erat, & manus ad pugnam haud segnes, Horum principes ductores erant, Michael

chael Pistorius (ab opere questuario sic dictus) Henricus fusor æramen-
 tarius, Alphardus nauicularius, Henricus Spicardus, Gerardus Rho-
 dius carpentarius, Sloi fratres scriniarij, Iodocus Eikius argētarius, Fre-
 dericus Hackius, Petrus Coppius: multi præter hos alijs, homines sordi-
 di, è textrinis, tonstrinis, fabrarijs tabernis, è pecuarijs carnarijs & por-
 cilibus exciti, antea obscuri, & uulgo de nomine uix cogniti, quos hæc
 prima seditio, & deinceps alię sequentes, egregiè nobilitarunt. Abroga-
 to itaq; consulib. magistratu, interregnū ad hunc diem fuit. Ceterum ha-
 buit eo die respublica interreges, homines utriusque ordinis, religiosi &
 equestris, magno postea ipsorum detrimento, & cum populi sugillatio-
 ne acerba, D. Amelium Niueldium, Gerardi Niueldij exulis filium: D.
 M. Vuesium, D. Hadrianum Rhenescium: Canonicos basilicæ Marti-
 ni: D. Stephanum Ruemelerum, ad D. Joannem et Jacobū Mindenum,
 aulæ Pontificiæ præfectum. Postquàm hi se interreges, populo in præ-
 senti cōniunte, dixerunt, armati extemplò curiā conscendunt. Ibi Min-
 denus grauem ac uehementem orationem ad populum, eò tota ciuitate
 congregatum habuit. Quoniam autem huius uiri mentionem fecimus,
 locus postulare uidetur, ut pauca (quã deinde tribus insequentibus an-
 nis res maximæ in republica ab eo gestæ sunt) de loco, ingenio, & mori-
 bus eius disseramus. Genus huic fuit ex nobili Sulenorū & Amstelorū
 familia, materno genere Gerardi Niueldij exulis nepos: uir præter acre
 ingeniū & sublime, ad res maximas gerendas natus, si honestior materia
 quæsita esset: uirtus summa, authoritas cum apud populares suos, tum
 apud principem. nec temerè inceptauit facinus, quod non cesserit illi ex
 sententia, consilio iuxta ac manu promptus: eloquentia, qualem homini
 literarū rudi contingere posse, uix credere par est: ualido corpore & pro-
 cero, egregièq; compacto: membris teretibus, colore subnigro, superci-
 lijs subductis exporrectisq;. uox erat neque omninò acuta, neque pror-
 sus obscura, sed clara, cum uiriligravitate coniuncta. homo inimicorum
 suorum impugnator acerrimus. ad ea accedebat summus honos apud
 principem, & gratia. uir absolutus, nisi ad suam factionem constabilien-
 dam à præclaris dotibus paululum degenerasset. Cæterum, quoniam
 de eius eloquentia memini, libet hic orationem adscribere, quam eo die
 ad populum armatus, è sublimi curia, medijs inter interreges habuit. Ea
 autem fuit huiusmodi. Scio uobis insolens uideri ciues, quòd huc ar-
 matus ad dicendum conscenderim, cum nostra memoria à nemine con-
 stet id factitatum esse: & proinde tacitos uaria suspicari, quasi hic armo-
 rum terror uel ad rempub. uel ad uos pertineat: quippe quem ut amico-
 rum opibus potentem, fortassis uobis fingere possitis formidabilem.
 Sed longè alia mea est sententia, mihi credite, longè aliud consiliū. Sæpe
 equidē optauī ad uos de reip. nostræ statu uerba facere, in qua multa mi-
 hi & corrigēda & obliteranda uisa fuere: at nō licuit per eos, penes quos
 hæctenus uestræ dignitates, uestri honores, tribunatus, quæsturg, consu-
 latus, uestra munera fuerunt: in quibus ipsis re ipsa nunc comprobastis
 d multa

multa esse, quæ in uniuersum omnibus displiceant. Etenim tanto consen-
 su hodierno die secedere cœpistis (quod foelix faustumq; sit) & nobis au-
 thoribus quidem & ducibus, quanto per metum magis quàm per igna-
 uiam, illos, si non regni affectatores, insolentes certè ciuitatis uestræ prin-
 cipes pro libidine regnare passi estis: quos tam diu ferre oportuit, quam
 diu uis omnis penes illos fuit: nec dominationis pertæsis, quod displice-
 ret, prohibere licuit. Gratulor itaq; mihi, hanc opportunitatē per uos mi-
 hi datam, pauca de communi repub. hodie uobiscum differendi. Noli-
 te existimare, imò fingere uobis eundem à me terrorem, quo illi uestros
 animos domi semper oppressere: alia nunc longè ratio est ciues. Remp.
 uobis ademptam, libertatē expressam hodie restituimus. Dicam igitur
 primum de ijs, quorum partim mutanda, partim exolescenda uestro iu-
 dicio uidebuntur. Deinde quæ ad repub. de integro constituendam
 faciēt: ita ut uos sciscatis, nos uerò authores simus. Postremò quæ ad me:
 & hæc omnia quidem paucis. Etenim si uerum est, quod uulgò sæpè di-
 ci audiui, Tales ferè esse ciuiū mores, quales ipsi sint principes & rerum
 publicarum gubernatores, minime mehercle uestra secessio uituperan-
 da uideatur. Quis enim non fœda dedecora, quibus nomen Ultraiecti-
 num, quibus patria, quibus sacra, uxores, liberi apud exteras nationes
 infamantur, maturè uel sublata, uel emendata certè cupiat, priusquàm ea
 contagione omnes corrupti, nihil sani in toto corpore relinquunt? Fuit
 ea olim magnis & excellentibus rebus pub. licentia laudi data, si quando
 plebs per contumeliam à primoribus oppressa, uel publici mores depra-
 uati summè essent, quod libertatis prius, si non experta dulcedine, certè
 fando audita, ad pestes eas è medio tollendas, à patrib. secederent: & cen-
 sores, qui probris castigandis, qui uitijs notādis præessent, sibi crearent:
 notatos ob flagitium, aut mores sordidos, aut uitium aliquod, è sena-
 tu submouerent, aliosq; allegarent. Rectè illi quidem, mea sententia, nam
 insolentia quæ ex imperandi libidine nascitur, nisi à plebe retusa esset, im-
 peria, quæ eius erant, per uim inuasissent: & quod publicum erat, in pri-
 uatum dominandi ius uertissent. Exemplorū ingens uis in historijs ex-
 tat. Idem ne uobis accideret, & tempestiue & prudenter, nobis impulsor-
 ribus cauistis: quos ego diu ac uehementer miratus fui, Soudenbalchi et
 Vordij superbam dominationē tot annos tolerare potuisse, quibus tan-
 tum in uos exercere licuit, quantū libuit: ut tantum nō seruitutis iugū uo-
 bis iniecerint, si nō iniecerint. Non possum mihi tēperare ciues, quin ea
 quæ oculis, quæ animo meo doleant, dicā palàm. An nō per illos uobis
 flumina, maria, itinera, mercatus interclusi fuerūt? nam dum nō conten-
 ti sunt domi uos oppressos metu tenere, etiam Hollandis eundem terro-
 rem, per factum & contemptum facere student: uos, uestraq; merces
 pro uectigalibus & portorij, à quibus Comitum beneficio estis immu-
 nes, superioribus annis occupatè publicè fuerunt. Profectò sic est, Prin-
 cipum stultam libidinem plebs insons semper luit, cum ipsis, quod sibi
 accersunt malum, suo iumento rectius luendum foret, quàm ijs à qui-
 bus

bus omnis culpa abest. Quod si fieret, uel minor honorū cupido, rarior ambitio esset, & moderatius illi se gererent, quā gerunt: minus inuidiā, plus autem gloriā sibi & charitatis apud populū conciliārēt. Nunc autem uidete, quantum malorum agmen ab his uobis sit profectum: quæ tamen si me tacente ipsi satis tenetis, commemorando tamen fient nobiliora ac illustriora, & eorum simul memoria recentior. Bellū illud magnū ad quod paucorum uenit memoria, ex quā paruis inītijs in quantum incendium perrupit? Sed per deum immortalē, per quos tandem? nonne per horum parentes? At ueteribus omissis, ueniam ad recentiora. Bellum Iselsteinense, cuius memoria est non solum recens, sed uomicam deformem uestræ etiam reipub. immedicabilem reliquit, unde inītiū turbandi omnia duxit: an nō ex priuata horum libidine? His, his inquam, omnia illa accepta ferēda sunt, quæ inde ad uos accesserūt, incendia suburbana, extra quatuor urbis portas, tot ciuium in obsidione foeda laniena, tot uiduas factas, liberos parentibus orbatos. His debetur nupera seditio frumentaria, ex annonæ caritate orta: his imputandum æs illud alienum, eodem bello conflātū, quo adhuc rempub. grauatam habemus: quod utinam aliquando nullo publicæ tranquillitatis turbandæ incommodo dissoluere liceat, et in libera ciuitate, omni onere leuatos in libertatis dulcedine uiuere: cuius quidē rei spes nulla affulsit, quamdiu omnis uis penes primores illos fuit. Studiō hic omitto, quanta dedecora nominis Ultraiectini fuere, quā turpiter reip. munera, honores, quæsturas, non dico quibus uisum fuit, largiti sunt, sed quasi prædas uendiderunt. Quot rectis cœnis, quot comotationib. ea uenalia habuerūt? ut quisq; largiebatur profusissimē in mediū, ita erat emptor optimus. His artib. & similibus, sub speciosis nominū suorum umbris, fures aluerūt quā plurimos, & homines opicos ac propudiosos, non ad amplissimos tantum honores, uerum etiam luculētam fortunam prouexere. Hi propolas cum aliarum rerum, tum frumentariæ ditauerunt: penes hos annonæ precia augendi facultas fuit: constituendi, quos libitum esset, publicanos: decimandi frumentum, arrodendi uectigal piscarium, decidendi deniq; omne penu & annonam. Adeo ipsis hactenus impunē hæc fuere, ut si quis ea uel reprehendere, uel contrā mutire esset ausus, illi apertæ inimicitiae indicerentur. Vectigalia autē illa ingentia, quò sunt collocata: nonne uel eorum oscitantia direpta, uel auxilio turpiter decocta perierunt? cum alioqui remp. lo cupletissimā & ærarium diues hodie habuissemus. Itaq; peculatus gratuitus fuit. Quo motu abhinc biennio, ob precij annonæ frumentariæ magnitudinem, ad arma profiluistis: an non ex composito ad inediam uos compulerant, cum uix precibus propolę frumentum uenum pecunia, è cumeris & granarijs producerent? Arguit id planissimē eorum consilio factum supplicium ciuis, quem prætextu alterius criminis minus speciosi paulo post arreptū, sed in fontem, percusserunt. constabat enim eum, muliebri habitu inter primos seditionis concitatores, multitudinem ad expugnandum domum Doienburganam exhor-

tatum fuisse. Homunculi quanti fuistis. Trita uox est, magno constare, quod precibus ematur: at multò pluri redimitur, quod & precibus & pecunia comparatur. Poterant edicto, quantū frumenti tota urbe erat, precio tolerabili ē tabulatis uenum extrusisse. Sed eorum facta & dicta iuxta comprobarūt, uoluisse uos strigosos, famelicos, inopes sub imperio continere, ne saturitate ebrij frenū ferocios excuteretis. Fastus & amentia plena illa uox fuit, quam aliquādo ab Euerardo iactari auditum fuit: si omnium fortunæ ciuium æquè lautæ forent, neminē eorum præferocia ingenia edomare posse. Taceo cædes ciuium, taceo exilia nobiliū hominum, & multa tragice tyrannidis exempla, quæ commemorare piget. Iam me huius uitæ tædet, quoties misera uestra conditio mihi in mentem uenit: remp. ab ijs oppressam, qui conseruatores, qui custodes esse deberent: ab ijs hostilia perpeti, qui sacra & profana tuerentur: domus hospites, non expilatores essent: ab ijs religionem, equestres, plebem, principum finitimorum odio propinari, quorum opera uestre res florent, quosq; pacis ac foederis conciliatores foecialesq; haberetis. Circumspicite amabo uicinos uestros, quàm equo, quàm beneuolo in uos sint animo. Hinc Gelrus per hos uestris socijs ultra Iselam infestus est. Illinc Burgundiones, quem animum aduersus uos gerunt, loquuntur rebus ipsis. Nam aliquot annos reditus uestros injecta manu publicè, non alieno, sed suo nomine possident: nimirum declarantes, se omnem uobis foelicitatem ex animo precari. Certamen non nuper ortum de paludibus, & identidem motum, non dubium scilicet amicitia argumentum est: præsertim quoties eas non ad urbis uestre incenia, uerum sub ipsa turri Martiniana se propediem effosuros minitantur: & facerent, si diuturnior Soudenbalchi esset dominatio. Atque horum populorum ac principum gratia præclaris illis uiris debetur: id quod nusquam illi tacitum habent. Nunc autem, quia hesternò crepusculo urbe furtim dilapsi, rempublicam à metu sui liberatam uobis reliquerunt, cauendum etiam atque etiam, ne id iuris in uos, quod amisere, aliquando reduces recuperent: lex aduersus illos feratur huiusmodi, ut Euerardus Soudēbalchus, Godefridus Vordius Henrici filius, Godefridus Rodenburgus, in perpetuum exules quinq; miliaria quaqua uersum ab urbe esse iubeantur: si quis aut cōtrā ierit, de ijs retulerit ue, aut se his defensorem dederit, eandem poenam in se paratam sciat. Sed de illis satis. Cæterum quantum ad remp. attinet, sic decreui, ut prima ratio, si non in totum sustollendi, certè leuandi oneris ceruissarij habeatur. Placet binos æris demptum iri: & si dii propitij uitam mihi sospitent, spes est, breui futurum, ut omni onere releuimini. Et quo id celerius fiat, præter consuetum uectigal ciuis aliquādiu in cupam binos æris: qui publicis uero hospitij coctam uenalem habent, trinos pendent. Iam ut æs alienum bello Iselsteinensi conflatum dissoluatur, dispungantur rationes, lata et accepta recognoscantur: quæstores qui abhinc retro ad annum undecimum ærario præfecti fuerunt, ad calculum uocentur, rationes cum syngraphis acceptorum et expensorum

penforum referant: publicani item, quos illi ob enormem uectigalium licitationem releuauerunt, rationes ad ærarium referant. Illos autem qui è gradu equestri per id tempus ærario præfuerunt, lubentes paratosq; dabo ad uicenos quinos rescribendum, quos pro laboribus ab ordinibus decretos, accipere. Creentur singuli ex operis, à quibus illæ recognoscantur: à quibus peculatus postulati, populi iudicio publicè damnentur, multentur ue: eaq; pecunia quæ inde redigetur, æs alienum dissoluitur: exulibus cuiuscunq; loci ac nominis reditus in ciuitatem decernatur. obærati item & nexi, quiq; ob uim grassatores solum uerterunt, reuocentur, præter parricidas, quas pestes ac probra à repub. procul abesse conuenit. Religio supra legitimum numerum, ex æquo uobiscum stipendium ad ærarium pendet: sic enim comparati sumus, ut nō solum in parte reip. profimus, uerumetiam eam breui redemptā, et ab omni seruitute liberatam, posteris nostris per manus tradamus. Et ne grarium amplius pensionib. nouis obnoxium reddatur, cauendū erit in reliquum: ne ue in capita usurariæ pensiones è repub. assignentur, neq; ciui, neq; peregrino. Dolus ut absit & fraus omnis, signum quo tabulæ id genus obsignari soleant, in oculis operarum comminuitor. Cras primo mane, opere in suum quæque comitiū, ad novos magistratus, qui è repub. erunt, creando conueniant. Ex equestri ordine nemo in senatū, ex lege legitor: nec ius fasq; sit inde ad plebem, ut magistratum aliquando gerat, aliquē transire. Iam ut ab hostium iudicatorum metu securi sitis, excubiæ in muris, custodia accurata in portis, & præsidia noctu in turribus disponuntor: clauium cura penes duos primariarum operarum senatores, & sedecim novos tribunos, qui creentur, esto: ad hos ut sub occasum solis deferantur, curanto. Huc qui cooptabuntur, enixè dabunt operam, ne ad alienum, unde periculum reipub. sit, diuertant. Consules enim, in quorum tutela asseruari solitæ essent, suspectam suam fidem reliquere. Annonæ non minor ratio habenda est. placet igitur, ne in reliquum uel pistor, uel coctor ceruisiarius, ex alijs operis, quam suis, in senatum legatur: ne ue a deo omnino quidē in alienis profiteatur. Statim quā magistratus creatus erit (stat enim, ciuitatem à perniciosis uitijs, quæ uobis dormientibus irreperunt, quantum dabitur, repurgare) noui senatores, quæstores dicent, homines nulla ambitione infames, nec probri unquam notatos. A rebus nouandis deinceps in uniuersum quisque abstineto, ne cum domi forisq; pacem habemus, intestina tumultuandi licentia, res nostræ aliò dilabantur. Criminum cognitio senatui defertor: prætor et senatus (ueluti consueuit fieri) iuri dicundo, controuerijsq; finiendis præesto: questiones rerum capitalium et anquirendi ius penes suum magistratum permaneto. Moribus ciuitatis præclare constitutis, dabitur opera, ut concors resp. senatui plebiq; sit, quò opes uestræ domi floreat, & quæstum operæ faciant maximum: foris fama clara nomen Ultraiectinum uehat. Ad ordines consociandos & immortalis fœdere iungēdos, annitetur religio sum nomen: iuuabit equestris nobilitas: laborabit senatus: dabunt deni-

que operam, quantum bonorum tota ciuitate hominum est, adueruntque armati ad senatus auctoritatem tuendam, quocumque uocentur. Porro autem, quod ad publicanos, tribunorum iudicio id stabit. Superest una difficultas, que maximos motus peperit: ea est, que uia sit potissimum ineunda, ad residua quadraginta sex milia conflanda. firmam interim spem concipio, intercessoribus. e medio sublatis, rationem inuentum iri, qua sine magno certamine contrahantur. Cætera quæ ad remp. pertinent, ad nouum magistratum deferentur. Quorum exemplum, ne quis leges ignoret, ante curiam in tabula scriptum suffigetur. Et hæc quidem satis mihi de rep. dicta uidentur. De me autem, ne multa commemorando et admonendo uos maiorum meorum beneficiorum, ego pro his gratiam repetere uidear, id solum dicam, Quando nulla mea in remp. merita extant, aut certe tenuia (ingentia de me erubescere polliceri) opto à Deo opt. max. materiam mihi dari aliquando, qua ubertim uos liceat demereri: quod quo segnus continget, plenius hoc emerendum erit, & cumulatius. Adiuuabit hunc meum animum, adniteturque eodem, quantum hominum nobilium intra muros, quantum ruri procul ab urbe degit. hodie enim per uos redditi ipsis sui parentes sunt: amici, cognati, per uos ab exilio reuocati. quo beneficio nullum antiquius, nullum maius in se posse conferri ducunt. Nec unquam aliud ante facinus æquius à uobis perpetratum esse iudicant, quam hodie perpetrastis, quod eodem iudicio inimicos damnastis, quo illi olim nostrum genus per summam iniuriam pepulere. Sed longè pulchrius est, quod idem, uelint nolint, nostros in columas in ciuitatem uestris humeris clario deorum hominumque plausu reportatos audire cogantur: quod foelix faustumque nobis & reipublice sit, precor. Postquam ille dicendi finem fecit, cum armatis collegis in Palatinum forum abiit. Plebs effusa lætitia, ob partam libertatem gestiens, absentes inter se certatim superbiæ criminari, eorumque tyrannidem maledictis insectari. Exaggerabat his odium recens rumor, Vordium superiori nocte Dorestatum cum Episcopo colloquia serere uisum fuisse, eumque monere, ut Ultraiectum maturaret, operas ad seditionem spectare, easque de eo excludendo acturas. Plerique credebant, hunc rumorem à Mindeno in inimicorum inuidiam sparsum. Postridie habita sunt comitia à meridie, quod antea nunquam factum fuerat, cum mane ad creandum conuenire solerent.

» Sed inter arma leges antiquant: ubi, non quid equum, quid decorum, quid gloriosum, quid e consuetudine sit, sed quid cæca libido dicat, pro utili ac honesto habeat. Creati Coss. Fredericus Regius & Adamus Diemenus: quorum hic eloquentia clarus, unus in rep. maximos motus sedare ualebat, nisi nomen, quæ par erat, popularius fuisset. Noui senatus nomina in catalogum missa, Mindeno cognoscenda illico traduntur: à quo quasi censore, qui uidebant uel submoti, uel allecti sunt, ut à suis partibus, uel inimicorum eos stare suspicio fuit. Populi iussu plebiscitum factum, ut exules per literas reuocarentur: quod illico factum. Operæ in suum quæque comitium, sub uesperum iterum armati conuocantur: metu, ut apparebat, ne exulum pulforum

pulsorum amici, ad res novas confurgerēt. Crepusculo diei Stephanus Sulenus, Æmilius Mindenus, Jacobi frater, Gerardus Niueldus, exules urbem intrant. Rediit & Borrius Amerōgus, qui à temporibus Magni belli, annos propè quadraginta factionis inuidia ciuitate pulsus, perpetuo exilio populi iudicio damnatus fuerat. His omnium gratulatione occursum est: acceptisque in urbem, luxuriosa letitia per totam noctem in curia Hasenburgana comessando publicè epulis indultū: ignes in palatio totaque ciuitate regionatim accensi, insolentem quidem, sed breuem lætitiā arguere. Nec minus à plebe tota illa nox perpotando, cantuque strependo in lucem absumpta est. Huic publico gaudio, circa mediū noctis princeps cum duabus turmis equitū urbem ingressus, superuenit, incertum quo consilio. Scio fuisse, qui suspicabatur, ob id eum in urbem maturasse, quod tum ueteri senatu magistratu abire iusso, ac nouo ex Mindeni arbitrio, creato, speraret, quantum milium reliquū esset, facile potiturum: maximè si multitudinis consensus eò accederet. Nec deerant qui contenderent, seditionis fama motum, Ultraiectum properasse, ut præsens sua autoritate licentiā tumultuandi coherceret. Siue hæc causa igitur fuit, siue illa subiti eius in urbem aduentus, cum tædis ardentibus ac funalibus ad portam illi occursum, deductusque à nouis ipse consilibus & nobilitate equestri est cum magna gratulatione in aulam Pontificiam. Hic de reipub. statu paucis collocuti (ne rerum actarum & præsentis concordie ignarus esset) domos quisque suas, ut hora intempestæ noctis postulabat, discesserunt.

LAMBERTI HORTENSII RERVM
VLT R A I E C T I N A R V M
Liber Secundus.



EXTO Calendas Maias, postridie quam nouus senatus creatus esset, rebus omnibus ex populi factionisque sententia (ut apparebat) cōpositis, principem ille conuiuio, luxu magnifico apparato, in edibus Palatinis ex cepit: fuitque is dies propter illius hilaritatē, tota ciuitate festus ac celebris. Nec minus gaudium publicum priuata hilaritate celebratum: plebs enim regionatim ad symposia conuenit, productaque ea est in serum diei comessatio. Verum breuis illa immodica lætitia, & non diuturna inter plebem & factionē, cuius impulsu ad intestinam uesaniā exarserat, concordia fuit. Etenim libertatis dulcedine multitudini ostentata, cœpit plebs in omnem licentiā per æqua & iniqua grassandi sibi uiam aperire. nullis consiliorum habenis retineri, nullis blandimentis ut ab armis discederet, induci: non principis maiestate, non senatus autoritate, non religionis reuerentia ab effrenata nefariorum inceptorum rabie compesci potuit. Processit autem paulatim eod
d 4 usque

usq; debacchãdi impotentia, ut contẽpto senatu, cerdones, textores, pel-
 liones in cõsules, in nobilitatẽ pro libidine cõuicia impunẽ iacerent, con-
 tumelias dicerẽt, dictarẽt quid decerni placeret. Senatus plebi inuisus es-
 se, nec ullus postea legitimus habitus, sed in dies ferẽ indici cœpit. Fece-
 rat in oratione sua ad populũ mentionẽ tenuiter Iacobus Mindenus, de
 religione, par uectigal cum populo ceruissariũ pensura, donec romp. ab
 omnibus pensionũ non ferendarum onerib. liberatam haberent. Iusserat
 & quæstorũ ad annum retro undecimũ, rationes ad ærarium referri,
 eorumq; accepta & expensa recognosci. Plebs legum latorum non imme-
 mor, ac tota cum in libertatem, tum occasionem perturbandi omnia in-
 tenta, spretis cleri promissis in speciẽ præclaris, tabulas ob signatas in pro-
 missorum fidem poposcerunt. At religio, homines callidi, aduertentes
 quantum seruitutis iugum se maneret, si tabulis datis illorum libidini fi-
 dem suam obnoxiam fecissent, habendis conuentibus ludificando ope-
 ras aliquot dierum hebdomadas extraxerunt. Accessit & alia contentio
 ad hoc religionis negociũ, quæ nobilitatẽ cum plebeijs quibusdam com-
 misit. Indignabantur plebeijs quæstores, et ediles, equestrium opera fieri,
 quod nunc demum post tot annorum spacium ad referendum postula-
 rentur: in primis autem illi, quorũ rationes uel parum integrẽ relatae fue-
 rant, uel quibus syngraphæ relatorum expensorumq; temporis inter ca-
 pedine per negligentiam deperierant. In nobili quodam iurgio casu alter-
 catio cum ad conuicia usque exarsisset, ac quidam e quæstoribus plebeijs
 denunciasset ærarios coactores, qui trium ordinum nomine per id tem-
 pus ærario præfecti fuissent, reos peculatus se acturum, ut omnes illi pro
 inde pari lege ad collationem acceptorum et expensorũ apud nouos tri-
 bunos plebis tenerentur: Lubbertus Vualanus, qui ex equestri ordine
 eam præfecturã aliquãdo gesserat, Quantum ad rationum mearum sub-
 ducendarum dispunctionem attinet (inquit) nihil laboro, ut etiam para-
 tum me offeram ad stipendium x x v. renumerandum. Hinc nouũ mo-
 tum negocium utriusq; nominis hominibus, qui e tribus ordinibus gra-
 rij præfecturam gesserant, ut pari lege cum urbis quæstoribus ad referen-
 dum tenerentur. Contrã, illi obfirmatẽ contendere, nullis populi legib.
 se teneri, frequentes cõuentus aduersus plebem agere. Mentionem item
 iniecerat Mindenus, dudũ restituendẽ ab oneribus, libertatis, redimen-
 deq; reip. Destinarunt itaq; tribuni, iussu plebis, præter pensiones publi-
 cas & usurariam pecuniã quæ quotannis ex grario pendebantur, agros
 compascuos pignori pro usura oppositos, nõnullos pro tertia parte da-
 tos, bonaq; prædia, quæ per Cols. quæstores, & pleramq; nobilitatem
 et primores procerum ecclesiasticorum reip. (ut credebatur) tantũ non
 adempta, in aliorum possessionem & ius fiduciarium transissent, multa-
 titia pecunia, quã immensam fore credebant, in uniuersum redimere, ac
 populo restituere. Et hæc quidẽ causẽ noui tumultus paulo pòst fuere, cur
 secundum per secessionem in cœmeterium D. Ioannis se armati effude-
 rint. Sed dum hæc plebs ex composito adornat, episcopus qui tunc præ-
 sens

anni redditus.

sens in urbe aderat, nihil prius habuit, quàm suum negocium persequi. Apparebat autem minus laboris ad promissum consequendum restare, quàm minorem quatuor milium summam pridem nactus esset. Pulsis enim consularib. quorum intercessionibus uia ad reliquū pecuniæ conficiendum maximè præclusa fuerat, cum nouum senatum, equestrem ordinem, & bonam religionis partem consentientes haberet, è manib. prædam uix elabi posse arbitrabatur: nec plebis intercessionem magnopere timebat, quippe quam approbando legem de exulibus nouis latam nullo sibi negotio conciliaret. Itaq; mox q̄ in ciuitatē uenit, rem de integro ad ordines retulit: apud quos multa questus est de lento eorū consilio, de mora ac pecuniæ dilatione, qua ingens periculum socijs Transiselanis à Gelro ingrueret, qui se promissis sine effectu uanis extrahi, ludibriisq; haberi passim quereretur. His relatis statim Dorestatū, relicta ad horrendam tempestatē repub. abiit. Itaq; conuentui dies quarto Calen. Maias extemplò indictus, acciti eò sunt Amorfortiorum aliarumq; ciuitatum legati. Ibi orsus principis legatus, graui oratione in eos inuectus est, per quos stetit, quo minus tot conuentibus actis, quid in episcopi tam arduo negotio promotum esset. Nunc illis eiectis, petere se, ex collegiorum equestriū senatusq; sententijs rationem decerni, qua pecunia expediretur. Duo uero collegia, quæ nuper à reliquorū sententijs cum senatu dissensissent, induci posse ut in aliorū iudicia pedibus discederent. Rogatæ inde ordine à Decano primariæ Basilicæ sententiæ, concordēs huc suffragatæ sunt, ut religionis & equestrium census teneretur. soli Amorfortij suam sententiam uindicantes, in agrario censu, qui è ueteri ditionis consuetudine esset, perstiterē: identidem clamantes, ne quid nouaretur: alterū censum inusitatū iuxta, & ditioni perniciosum fore. Verūm his frustra aliquandiu reclamantibus, ac domum amplius deliberatum abire iussis, ad postremū huiusmodi sit decretum: Quando multis superioribus conuentibus, de quadraginta sex milibus conficiendis consultando, intercessionibus quorundam, qui à diuersa sententia deduci non potuerunt, frustra est laboratum, adeò ut rebus in magnum discrimen adductis, princeps se per ludibrium extrahi existimari: sic enim lenta consilia ferè interpellationibus maleuolorum disturbari solent. Placuit igitur ordinibus (ne plurium dierum contentione extrahatur, ne ue res ad disquisitionem populi deducatur) in hanc formam decretum de assignatis milibus fieri. Census quadraginta sex milium imperabitur pagis, uicis, præturis: huc contribuent utriusque nominis mortales, qui eò spectant. Conferentur autem ad eum diem, qui censui condicetur secundum æstimationem bonorum æquabilem, ex cuiusque tenuitate opumq; magnitudine: siue eæ sitæ sint in pascuis, in aruis, paludibus, siue in sulis, alluionibus, & quidem ordinū principisq; arbitratu. Iam qui rem pecuariam, quiq; pasturam boariam exercent intra extraq; urbem, agrarij item & agricolæ intus foris ue agētes, molæ, uectigalia utriusque nominis, ex fundorum rationibus, & in quibus nullum est ædificium, iuxta eorum præ-

cia. Tenebuntur huc quoque municipia, exceptis ijs qui ob fortunæ tenuitatem, in quatuor suburbijs, & ruri habitantes, in nullo numero censentur: quos à contributione immunes esse placet, si his neque pascua sint, neque insulæ, neque paludes, aut ullum denique possessionis genus. Ciuitatum sociarum rectores, ciues quique suos & municipes censento: tum autem qui pecuariam exercent, simul in eos qui soluere grauentur, ius exequentur, ac cum ipsis lege agunto quoad imperatum exoluerint. Ad hanc contributionem possessor in bessem, fundi uero dominus in quadrantem tenetor. possessor persoluito. dominus fundi (cum uidebitur) decidit. Huic censui agundo presunto uiri graues ac cordati, quos Antistes censes, unà cum ordinibus, dicet: penes quos iusta ratio eos censendi, qui huc contribuent, esto. Literæ statim Amorfortiam ad senatum datæ, quibus postulatum est ab ordinibus, ut ubi diu satis deliberatum esset, aliquando statuerent aliquid certi, atque ad quintum nonas Maias rescriberent, quid sententiæ esset. Responsum nulla mora ab his per literas est, quæ in ordinum conuentu recitata in hanc sententiam fuisse. Quod proximo ciuitatum atque ordinum conuentu per legatos respondimus, animis parum æquis fuit acceptum, aut certe parum bene intellectum: cum antè nobis pulchrè cum ordinibus ea de re conuenisset. idem ne nunc quoque accidat, periculum est. Quare nihil esse ducimus, quamobrem, quod semel placuit, id integrum identidem referamus. Sed quia id ipsum quod superiori conuentu decreuistis, uel nobis frustra reclamantibus, persequi uobis consilium est: ne nunc quidem à prima sententiâ discedimus, quam mutare turpe, & ditioni inutile foret. Interim, quando omnino sic censere constitutum est, petimus qualemcunque censum iuxta tabularum fidem actum ad nos dari: fortassis lecta perspectaque census ratione, respondebitur, quod neque principi neque ordinibus, fuerit ingratum. Postquam autem Ultraiectini nihil certi consilij consultando ad hunc modum ex Amorfortijs extundere quiuerunt, priuatim publiceque in uniuersum omnibus placuit, uectigal quamprimum in præturas, uicos, pagos Amisianos Amorfortianæ ditionis, eiusque suburbia ex cuiusque fortuna & opulentiæ modo constituere, eiusque exemplum Amorfortiam ad senatum mittere. His quod præfagiuerant, beui accidit. Nam cum penes illos censendi ius absque Amorfortijs liberum esset, in procliu erat diuinare, qua equitate, pro sua libidine, censum in Amisianam ditionem constituturi forent. Eius exemplum itaque intra paucos dies ad senatum ab ordinibus, datur. Opera precium hic facturum uideor, si ordine catalogum pagorum Amisianorum ut quisque census fuit recensentur, ut appareat uter populus alteri hac in parte iniquior fuit: simul qui certatim suis magis quam aliorum commodis consuluerunt. Sed cum crebra in recensendo singulatim pagos census iteratio nimis odiosa foret, sed & barbara nomina durius asperiusque sonantia pleraque à Romana inflexione abhorreant, satis duxi, summam censum Amorfortianæ ditioni impositum, quem ad senatum miserunt, recensere. Urbanæ iurisdictioni impositi quadringenti quinquaginta: reliqua suburbana

suburbana Amisiana ditio censa tredecim milibus aureorum & quin-
 gentis. Lectus recitatusq̄ in senatu hic cēsus haud mediocriter eos offen-
 dit. Primum quòd iusto maior, & quàm pro ditionis cum alijs duabus
 præfecturis collatę, angustia & copıa grandior existimaret: deinde quia
 aliarum præfecturarum, ipsiusq̄ urbis Ultraiectinę census eadem ope-
 ra transmıssus non esset, (quę res fraudis suspıcionem fecit) unde ratio æ-
 quę an iniquę, rectę an perperã censarum regionum affirmari potuisset.
 Refragatum itaque (ut antea) huic ab uniuerso ordine & populo est. E-
 piscopus, ut hæc constitutio tributaria per Amorfortios procederet, ue-
 hementer sollicitus, pro magno duxit negotio, eos benignitate ac comi-
 tate adoriendo, blandimentis sibi conciliare, si fortę ea uia ab obfirmata
 sententia agı ualissent: libellorum magistrũ, & Hadrianum Rhedıum
 ab intimo consilio, equitem nobilem ex illustri Rhediorum in Transile-
 lanis familia, ad senatum legat. His mandat, ut omnia benigna lautaq̄ in
 posterum affirmando, illos obtestarentur, ut uel in principis gratiam or-
 dinum sententię accederent: quando nunc aliquando pecunię confici-
 endę ratio inuenta esset, gratuita omnes præteritas ipsis intercessiones
 fore: censum ipsis ipsorumq̄ ditioni constitutum, si parum æquus uide-
 retur, per principem leuatũ iri. Cum his mandatis legati Amorfortiam
 proficiscuntur. Postridie quàm ciuitatem intrarunt, uterq̄ senatus illis
 datus est. Vbi relatis ijs, quę in mādatis habebant, e curia per uiatorem
 in hospitium descendere, ibiq̄ responsum ab senatu paululum expectare
 iubentur. Post paululum more per Consules, & tres senatores (ut ei gen-
 ti mos est) legatis in hospıtio sic respōsum est, Scirent senatui censionem
 Amisianę ditionis dudum ab Ultraiecto acceptam, nullo pacto proba-
 ri, quando nec modus in ea habitus esset, nec æqui ratio. Ad hæc ne men-
 tionem quidem reliquarum præfecturarum ullam fieri, ex quarum æsti-
 matione, se suamq̄ ditionem censam oportuisset. Deceuisse his iustis de
 causis, simulac aliarum præfecturarum inferę ditionis noua censio dein-
 tegro in lucem ab ordinibus emitteretur, tum demum se effecturos, ne offi-
 cium, ne fidem populi Amorfortij in se episcopus desideraret. Vix pau-
 cas inde horas legati ab hoc responso in hospıtio cōmorati, ciuitate Do-
 restatum consiliorum dubij se abriperunt. Ager princeps animi, nec
 immeritò, ob elapsam rursus e manibus pecuniam, nihil equę uerebatur,
 quàm seditionem nouã oborituram, si res in plebis, quę huc tota inten-
 ta spectabat, disquisitionem raperetur. Neq̄ res quidem periculo caruit.
 Nam quoties ad consultandam rem ab ordinibus conueniretur, uoces
 passim a sordidissimis quibusque e colluıe huiusmodi iactari audieban-
 tur, frustra eos conuentibus habēdis indies se discruciare: nec nisi per ope-
 ras tandem fore, ut pecunia expediretur: nihil præsentis consilij in pur-
 puratis simijs esse: plebem nunc sapere coepisse: secessione proinde ite-
 rum opus esse. Acuebant ad hæc plebis animos lanij pecuarijque homi-
 nes, quorum copię & opes in pascendis pecoribus uniuersę essent, nec a-
 liunde questum facerent, subulci, bubulciq̄ (sic uulgo dicebantur) quibus
 maiorem

maiolem in modum ordinum censio perniciofa erat futura. His doloribus paulatim pullulantibus, noui trib. pl. ex operis tunc primum creati, plebis iuffu, controuerfiam de uectigalibus ceruiffarijs ex equo cum populo pendēdis, religioni (ut in primo tumultu promiffum erat) ferio mouere, tabulas inde pofcere: rati hac occasione (quia illos pertinaciter id recufaturos conftabat) fore, ut per tumultum, & uotorum compotes fierent, & ordinibus poteflatem conftituendi contributionem ex fua libidine, ui armata extorquerent. Et exasperabant multo uehementius animi, quod nec ad rationes quaeforias, nec tribunitias ordinū, per equeftres & religionē uia pateret. Et hæc præcipua tū animorū irritatio fuit. Decanus primarius, homo præter dignitatis nomen, & equeftre inter Sicambros familiam, ab omnibus literis, cultuq; disciplinarū prorfus alienus, religiofum arbitratus, fuo affenfu religionem in feruitutem à plebe compelli, proteftatus apud fuos fe non cōcedere populo, neque quoad uiueret, ut ius libertasq; fua imminueretur concessurum, ex urbe ad Carolum Gelrorum Ducem finitimū profugit. In cuius non longè poft è reb. humanis fublatis locum D. Æmilii Niueldius, Gerardi Niueldij exulis filius, armis magis factionis, quàm fodalium fuorum fuffragijs fuffectus eft. Religio, cum terror undique inftaret, et uis, per fpeciem petendi confilij principem Doreftato per literas occultò fub fupplicationum ferias in urbem euocat: rata fore, ut eius prefentiam plebei ueriti, ab armis prohiberentur: & tumultus irritatus, priusquam in grauius certamē accenderetur, principio conquiefceret. Sed nihilo obfirmatius plebs fuam uiam progrediebatur. Ordines indies confultationem de promiffis milibus integram referre: clerus antiftitem in hunc turbatæ urbis ftatum euocatum, obferuare, ut fe à plebis iniuria oboriente tueretur: neu committeret ex fide fuperiori anno religiofe data, ecclefiasticam libertatem per uim opprimi: memor, quorum fuffragijs ad ampliffimū munus cooptatus effet. Cōtrà plebs, per nouos tribunos inftare, religionis in priorimotu promiffa de uectigali in cupas fmgulas æqualiter cum populo perfoluendo identidem occinere: ad id principem fibi adiutorem fe petere: ut aliquando eam remp. quæ tot annos æri alieno foluendo non effet, liberam degrauatamq; redderent. Illorum fumos & uerba, in fpeciem blanda, fe diutius ferre non poffe, mero ludibrio extrahi. Si princeps plebem adiutarit, ut tabularum à religione compotes fierent, fpondere inuicem, fe pecuniam breui omnem conquifitam ei tradituros. Multis denique probris religiofum nomen lacerarunt. Et ad uim haud dubiè refpectabat, ni mos ipsis gereret. Animi inter hos medius princeps ægritudinem difsimulans, cupiebat quidem latum ecclefiastico negocio auxiliium: haud dubiè perpendens, fi id defereret, quāta uaftitas ei ab impendente tēpeftate immineret: fed cum aduerteret nullā conficiendæ pecuniæ fpem uel in religione effe, uel in nobilitate affulgere, feignius tamen plebis iras mollire ccepit: paulumq; ab æquo declinare uifus eft. Ne repub. quid detrimenti acciperet, tentata plebs per confules acriter eft, fi tu

multus

multus opprimi potuisset, sed frustra. Dies ad conueniendum ecclesiastico ordini & equestri edictus tumultuosus est, ut in uniuersum semel stauerent, num fidem de tributo cum populo ex æquo pendendo assignare uellent, nec ne. Decretum à religione hic est, quando plebs liberum arbitrium onerandi, leuandiq; quos uellent, sibi permifere, pergerent ex composito agere quod uideretur: sese uim extremam pati malle, quàm sub iugum uoluntarios se missuros. Nec difficile ipsis fore, ut armati inermes, multitudine superiores, paucos opprimerent. Proinde pro se quisq; id conmitteretur, quod bonum faustumq; reip. esse iudicaret. Iuratū inde est in hæc uerba: Prædæ se, direptioniq; plebi totius esse malle, quàm ut tabulis signatis seruitutis fidem testarētur: mollirent illi, acuerent ue (ut uideretur) iras. Responsum atrox ad plebem perlatum, eam mora ferocem, dolore iraq; longè ferociorē fecit. Communiter secessionē parant. Tangebant animos eorum hostiles iam tum spiritus gerentiū recens nuperrimæ seditionis memoria. Illius libertatis dulcedine etiam capti, decimo calen. Iunii pridie ascensus Dominici, statim cum ingenti totius ciuitatis terrore, paulò sub noctē, nihil Antistitis præsentiam conspectumq; ueriti, in cœmeterium D. Ioannis armati secedūt. Hic castris positus, primo statim congressu sacramento interposito in tribunorum uerba coniuatum, ab armis nō prius discessuros, quàm à religione & equestribus id quod spontè concedere abnuerent, armis expressissent. Fuit itaq; hic secundæ seditionis obtētus adumbratus. Ceterum mentes cum oculis colluiei eò deditæ reuera erant (nec ipsi tum clam id habebāt) ut uniuersum religiosum nomen, cui imminebant, hostiliter diriperent. In prætereuntes passim uoces iactari, postero die in illorū mensis cultros suos (quando lautius splendidiusq; ibi coctum constaret quàm domi) inuocatos se stricturos. Noctem illam totam peruigiles, metu ne à principe immisso equitatu per insidias & peditum cohorte, tumultuariè è familiaribus hominum religiosi equestrisq; nominis contracta, opprimerentur, stationibus armatis ad crates circunquaque dispositis, traxerunt. Legum omnium ac poenarū metu abiecto, in eam rabiem exarsere, ut horrendis clamoribus & dictu foedis conuicijs in sacra profanaq; nulla religione terri debaccharentur. Nullum locum, tempus nullū, aut ordinem, sanctum uenerabilem ue habere. Ædium cœmeterio iunctarū ostia trepidè pulsare, pedibus insultare, tantum non ui diffringere: minimè gratum spectaculū exhibere. Franciscanis è more preces antelucanas Deo à noctis cōtinuo cantantibus, mugitu plusq; taurino collecti consociatiq; (quia cœnobiū cœmeterio D. Ioan. ad meridiē adiacet) q̄ maximo poterant obrudere: nulli ultro citroq; domū eundi potestas dari. Et in hoc alijsq; tumultibus nulli impotentius uociferabantur, q̄ plebs conuenarū, opere quibus lucrū semper, quæstusq; maximus à religione fuisset: quorum uentres famelicos, quoties in horum domos, per speciem negocij se coniecissent, indies fermè expleuerant: ignauū uulgus, quibus ora linguæq; ad bellandū maledicendumq; promptæ, manus uerò imbelles ac languidæ,

in Junio 1525
 Iunio Iulij 42
 matg

dae, animi tumidi erant. Mane ad ientaculum tumultuarium ægré digre-
 dientib. hora ad conueniendum nona, capitis bonorumq; publicationis
 periculo rursus edicitur. Tentatur interim per tribunos & bonos ad
 auertendā uim religio. Perstat obfirmatē in sentētia. Fortē tum ita inci-
 dit (quā ascensu Dominico is dies solennis erat) ut supplicationis circa
 cœmeterium basilicæ D. Martini celebris pompa in id momentum ce-
 ciderit, quo tota urbe operæ in cœmeteriū rursus conuenirent. Iamq; ē
 turri Martiniana processerat obsecratio, cum ex aduerso fabrorū opere
 ē foro scrutario, instructa quasi ad dimicandū acie se erigentes religioni
 insignibus suis uelatæ, signa sua procul ex aduerso ostēderent. Inde Pala-
 tinum forum uersus in læuam flectentes, tympanis ac confuso boatu, ua-
 forum gregorū fragori cantuq; obtonare, nullāq; atrocis spectaculi speciē
 p̄mittere. Collecti in cœmeterio, in quo sub nonā diei horā adesse ius-
 si fuerāt, à tribunis extēplō in concionē conuocant. Ibi seditiosi homines
 per se satis lymphatæ plebi pilis terræ fixis stanti indignationē, religionē
 criminādo augere: nunc postq; conuenere, non elanguescendū ignauia,
 uerū armis arcendā esse contumeliam & dedecus nominis Ultraiecti-
 ni, quo per Canonicorū superbiam afficerentur. Quin (quando omnes
 adessent) rectā uaderent domos illorum occupaturi, dum id quod iussi
 essent, uolentes paratiq; darent. Satis se per ludibrium extractos. Sequu-
 ta inde consentiens multitudinis uox, arma expedienda, disponendam
 instruendamq; aciem, moram auferendam. Interim dum se in aciem col-
 locant, & cornua ex tormētarijs utrinq; ab læua dextraq; raptim ad pro-
 cedendum redigunt, quidā ē cœtu dilapsus in ædem D. Martini, spiritū
 à cursu anhelus uix trahens, trepidē nunciat Antistiti (nam is in supplica-
 tione aderat) plebem armatā instructa acie in procinctu stare, egerrimeq;
 à paucis, pilis ac bipennibus obiectis, intra cratem meridionalē contine-
 ri: quam si transirent, infestas omnes domos Canonicorū illico redditu-
 ram, aut armis uim pellēdam esse: alter utrum futurum, nisi ipse medium
 sese ingerens, eorum furori quā ocyssimē obuiā procederet: ac blandi-
 mentis animi mitigati, in conditiones, eius autoritate ducerentur. Nun-
 cio in eadem ancipitis rei ad principem perlato (quā iam commodē obse-
 cratio perpetrata erat) sacris relictis, toto tēplo fit fuga. Religio abiectis
 stolis, domos quisq; suas, thesauris factis infectisq; maturē prospectum
 tumultuose inde se abripit. Nec continuit se terror intra tectum, sed mo-
 mento totam peruasit urbem. acceptaq; eo die fuisset insignis clades, nisi
 episcopus aurea epomide humeris raptim abiecta, plebi, quæ magnis u-
 trinq; clamorib. haud sine pugnae specie intra cratem transitu arcebatur,
 occurrere maturasset. Ibi silētio manu indicto, multitudinē in coronam
 collectam rogat, ecquid uolentes nō humano more tantos tumultus cie-
 rent: iubet proloqui quid peterent: offert se medium, si cum religione in
 conditiones concessuri, pacem foedusq; facere uellent: aut si nondum sa-
 tis deliberatum esset, ratione temporis habita, rem in posterum diem to-
 tam differrent, ac domos suas facescerent. Vix hæc princeps eloquutus
 fuit,

fuit. tibi mille simul uocib. certatim aliud alij criminabantur: insolentiam religionis ludificari magnificis pollicitationibus: insuper id eos agere inter se, ut quantum pecuniarum residuum esset, in plebem urgeretur. Dicitur tunc haud passuros, ut illi tempus altercando tererent: inuentam prope modum uiam, qua xxv. milia confecta darentur: de reliquis xxi. milibus fore, ut nihil laboraretur, & quidem nullo reip. detrimento. Itaque dilationem frustra quaeri, nec plebem moram in posterum diem pati: nec tempus conditionibus ineundis destinari. Perseueratum denique in ferocia est: addite praeterea minae, nisi in uestigio illi in populi uerba iurarent, ac libenter quidem iam darent ultro, quod armis exprimeretur: magno eis cunctationem eam constaturam. Recens ira, ad haec odium non perinde graue ac nuperum stimulabat, quod paulo ante in prima seditione armati consensa curia, suo iure leges, quas uidebat, tulissent: suoque arbitratu iniussu populi iussissent, sciuissetque. Haec & alia multa praeterea dissolutionis clamoribus, uociferantis plebis uerba interrumpens doctor Vuolfgangus Abstemijs, Antistitis in intimo consilio uir primarius & eruditus, in hanc sententiam uerba fecit. Legi saepenumero ciues, apud historiarum scriptores, graues secessionis, seditionisque atroces, alias alijs de causis ortas: quarum aliquae populos ad iusta arma exciuerunt. Nam pleraeque uel a patrum superbia, insolentisque dominatione, uel auaritia, uel honorum cupiditate, uel alijs pessimis artibus natae fuerunt. Quae ut in medio tollerentur, uel opus fuit, creati itaque tribuni, per quos & leges & rogationes, adeoque ipsi ab iniuria nobilitatis assererentur. Enimuero uestra seditio ista, iusta ne sit, an contra, in praesentia nihil disputo: neque enim dum satis constitui, nam dum alios alias praetextere audio causas, nihil perspicio, quod uel uituperare, uel comprobare temere audeam. Si in equestres, a quibus nulla prius iniuria uobis facta est, arma haec sumpta sunt, non possum me hercle hoc uestrum consilium (dicam libere) probare. Est enim iniquum, & Ultraiectino nomini dedecorosum, publica turbata pace, in eos saeuendi materiam quaerere, quorum uirtute res uestrae nituntur, & clarae foris habentur: nec ulla re mala commeriti sunt, ut laedantur. Sin aduersus religionem, id quod obtendi intelligo, haec tempestas agitur, quo adiutores ad communis reip. restitutionem uobis opem ferant, quod agitis, sedulo agite: hoc est, cum resp. in alieno soluendo non sit, eam leuate, leuatam & integram, sartam tectamque conseruate. Via autem, qua id praestetur, non placet. Sed ea omissa, id solum dicam ciues: aliam uos longe ingredi oportet, qua ad praestitutum scopum perueniatur. nam hac profecto uos, uestramque remp. euersum citius, quam restauratum ibitis: id ipsum praeterea quod incolume mansit ac saluum, amissuri, nisi forte exempla fallunt, quae uobis documento fuerint, ut mature patriae communi omnium parenti consulatis. Intestinum malum, externum ferme suscipere solet. Ad id ueniam, quod proprium huius uestri consilij est, quemadmodum sine theatro ignominiae quod poscitis, obtineatis, nempe ut religio uobiscum exaequo ad communia onera ferenda inducatur. Illud ta-

men prius dicam, non par esse, ut tantas tragœdias hodie cieatis, quòd illi pertinaciter suum ius, suamq̃ libertatem tueantur. Nemo prohibetur beneficium maiorum manibus & pedibus defendere. Nam cum natura omnes nascamur liberi, naturæ consentaneum est, quod nemo uelit seruitutis pallium induere. Sed ne uos quidē non pro uirib. oblectaremini, si quicquid priuilegiorum à maioribus per manus traditum accepistis, id uel imminuere, uel totū oppugnare quis aggredere. Videmus quantum animantium brutorum est, ut caueam, ut casses, ut retia posita fugiunt: ut unguibus, alis, rostris, dentibus, armis à natura datis, enixè liberum euagandi ius defendunt: mori citius, si detur, parata, quàm ut naturæ beneficium relinquunt. Hęc eò ciues dici existimate, non ut religioni mercenarius patronus antè instructus oratione præparata patrocina- tum adueniam; sed ut intelligatis, non perinde superbix eos traducendos, quod suam ipsorum libertatem uindictent: atq̃ facinorosi quidã uociferatores, qui uobis huc authores fuere, uosq̃ ad exitium uestrum extimulant, nō minus improbè quàm impudenter clamant. Antiquam istiuam religionem criminandi oppugnandiq̃ ingressi, non primū iam probris eam lacerant. Necessitatem obtenditis, quæ nonnunquam ab æquo paulum abire cogit, nedum de iure aliquid remittere. Quod quidē si ita est, non refello. At illi metuunt, ne à uobis ea ipsa necessitas in fraudem auertatur: atque utinam falsò ominētur. Difficile est onera iniicere: at multo difficilius semel iniecta tolluntur. Cum autem mecum reputo ciues, quòd nemo sibi uni nascatur, uerū patriæ etiam, cui secundum Deum & parentes plurimum debemus: certum est, uobis hic non aduersari: propterea quòd ea quæ huc conferuntur, utiliter ponantur, etiam cum aliquanto priuati iuris detrimento. Id persuasi quidam, priuatam salutē publicæ cum immortalī gloria posthabere, q̃ summum ius nimis exactè persequi maluerunt. Si apud Romanos olim bello Punico secundo, postq̃ grariū post multas clades alias super alias acceptas, exhaustū esset, matronæ muliebrē mundū, torques, armillas, annulos, uasa argentea in curiā magno certamine, ut bellū repararetur, contulere: quid Christianæ pietati conueniat, quid religioni, quid uiris, rerū non rudib. in leuiore negotio satis perspicuum est. Si igitur æstimationem principi permittitis iubendi, quod è rep. maximè ducat esse, fidem dat, hodie se sine intercessione cuiusquam uobis facturum satis: flexurum religionem, tabulas de omnibus ijs quæ postulatis traditurum. Quæ petitis, scripto per tribunos exhibete: eaq̃ uestro arbitratu obtinebitis. Ingenti animorum consensu à frequenti multitudine dicenti est acclamatum. Læta plebs magnificis Abstemiij pollicitationibus, imperant extemplò religioni intra extraq̃ quatuor ciuitates uiginti quinque milia, condicito die Dorestatī episcopo pernumeranda: cauentq̃, ne de ijs milibus res ad ordines relatio fieret. Tametsi hic Abstemiium multa fictè loquutum haud dubiè constabat, quo deliniendo mitigandoq̃ feroces spiritus, immane consilium auerteret, & multa benigna uerba tabulasq̃ dando ad tempus ipsis mos gereretur.

gereretur. Sensit enim ea moueri cœpta, quæ omnibus permistis, ciuitatem in graue discrimen coniecissent: unde censuit, ne initium calamitatis Ultraiectinæ ab obstinatia religionis ortū diceretur: & ultrò offerendū, quod cum insigni rerum suarum iactura mox fuissent amissuri. Fuerunt tamen quidam e religioso ordine, homines factiosi, maiorum imaginibus magis quàm suis uirtutibus clari: quorum arbitratu si res stetissent, omnia turbari potius, quàm plusculum concordia, tranquillitatisq; sarcinæ causa ipsorum iuri decedere contigisset. Ab his palam princeps sugillabatur periurij, quod tabulas de milibus decretis, quas iure iurando ordinibus affirmarat, nunc antiquaret. In illis inter cætera positum erat, ut cū conditionem, tum religionem sartam & tectam in sua libertate, & ab iniuria tueretur. Super hæc, apertè solenne inaugurationis iuramentū contra ueterum episcoporum exemplum uiolaret. Et quum in priori seditione, à plebe multa iniqua, contra operas & hospitia extra ciuitatum muros sibi proposita discussisset, sub cultro nunc religionē relictam plebis libidini deglubendā ultrò traderet: nec memor beneficij accepti, gratiam hic reponeret. Plebs in armis interim perseuerare, pauorem religioni, ni pareat, minimè grato armorū spectaculo augere. Rogatiōes, quas Trib. pleb. eo die ad populum tulere, quasq; in tabulas relatas principi & religioni extorserunt, opere precium est referre. Earum autem hæc forma fuit.

QVANDO ad eam tempestatem usque, per multas bellorum difficultates rempublicam obæratam, grauibus que pressam uectigalibus habuimus, ea ut releuetur, & quod fieri potest, redimatur, anniti stat sententia. Quod ut foeliciter auspicateq; cadat, creauimus ex operarum omnium corpore singulos tribunos, per quos iussimus sciuimusq; hæc rata esse. Religio omnis, cuiuscūq; ea sit uel nominis uel professionis, æquali lege cum populo ad stipendium de potu omne genus tenetor. Quod ad quadraginta sex milia, que principi residua sunt, ad hunc modū imperatum esto: quindecim milia utriusq; sexus cœnobita intra quatuor ciuitates infergeditionis conficiunto: decem milia, quæ extra has in agris posita sunt, pendūto. Reliqua unum et uiginti milia ab ordinibus, in iusta rusticorum ædificia ita conijciuntor, ut fundorū domini in quadrantem teneantur. Hanc autem pecuniam imperatam (quia dilationem non patitur) redigunto: dies condicitor. In hac contributione cum Brigidensibus Ultraiectinis excipientur monachorum mendicabula. Ne quis religiosi nominis deinceps publicè priuatim ue, palam occulto ue, fundū, agrum, domū, intra extra ue urbem precio emito. Si quis contrà ierit, in damno rei emptæ esto, agro fundo ue empto multator. Si quādo per legatos cū uicinis principibus agendum erit, aut ad conciliū indictum conueniendum, haud longius ab domo, quàm in Putcupam & Spicart campum (Hollandiæ & Ultraiectinæ ditionis h cardines sunt) suis cuiusque ordinis impensis exciti legati proficiscuntor. Et ut Rhenus ac Vechra urbicæ annonæ habiliores sint, eos uetustate & negligentia ordinum oblimatos, fossorio opere extemplò illi desiccanto: à Traiectu Lecce ad Marso

rium ullis amplius usurariae pecuniae tabulis grauaretur: cum ne nunc ¹⁵²⁵ quidem aere alieno soluendo esset: sed sigillum coram populo cōminue- ^{g. l. h. u. f. r. d. d. l. t. o. n. a.} retur. Euerardus Soudēbalchus, Godefridus Vordius, Henrici filius, Godefridus Rodenburgus, indicto exilio extorres essent. Tum qui horum factionem sequuti, absentes tuerentur, in perpetuum ut probri notati, e senatu submoti forent. Ne rationes intermitterentur: ijsq; cognoscendis, tribuni ad id lecti praesicerentur. Pistores, coctoresq; nisi in suis operis sortitō, ne in senatum legerentur. Dictis statim duobus senatorib. primarijs, tres quaestores senatorum suffragijs renunciarentur. Ius ciui & peregrino priuatim coquēdi potum cerealem esset: idem binis ternis ue ^{co. m. f. n. f. q.} aut plurib. consociatis ita liceret, si inde reip. suum uectigal daretur: religioni uero id nō permissum foret. Molare tributum in perpetuum sublatum esset. Cœnobijs opera manuarua intra muros, urbisq; immunitatem interdicerentur. Plebiscitum senatusconsulto octauo Calen. Iunias est approbatū. Mittuntur eodem die e principis consilio Amorfortiam legati, qui de ijs referrent, quae po. Ultraiectinus de uno & uiginti milib. in cœnobia decreuisset: peterentq; a senatu, ut huc quoq; suis suffragijs accederent. Non aegrē huic postulationi a ueteri nouoq; senatu et populo assensum est: quod ea aestimatio nullo publico ditionis detrimēto censeretur. Contulerunt intra muros mille ducentos. reliqua uiginti quinque millia, quoniam in certum censum nondum relata, ordines de integro contra populum exercere coepere, occasionem mox plebi ad tertiam secessionem praebuerunt. Pristina illi pertinacia prius decretum asserere adorti, principem eō perpulerūt, ut id quod initio de integra summa placuisset, nunc de parte dimidia iuberet: hoc est, ut in uillas, pagos, praeturas residua uerterentur. Eam contra aestimationem populus reiiciens, in domos rusticas imperare connititur. Ingenti itaque utrisque certamine apud episcopū sua tuentib. (quia nupera iniuria & uis facta egrē adhuc erat) ad ultimum in populi inuidiam religio obtinuit: in itaq; aestimatio, & mox inuulgata est. Mittitur extemplo Amorfortiam uiator cum edito: ut ita quemadmodum censuisset religio Ultraiectina, ad populum ferretur. Referentib. Cols. fit tumultuarium senatusconsultum, ut literae ad principem darentur in hanc sententiā: Literae tuę, illustrissime Princeps, in senatu lectę, uehementer nos perculere: quod absq; uestro assensu ea aestimatio imperaretur. Re itaq; in consultationem maturam missa, uisum est senatui & populo, eam censionem non esse per Amisianos pagos euulgandam: quia perniciem insignem esset allatura. Itaq; quia e re ditionis nō est, stat eō non discedere. Ad has literas princeps: Facilius ipsis esse frustra consultando ludere, quā se de sententia deduci posse, quę ordinib. stetit. Quoniam autem omnino pecunia opus esset, constitutum esse id tenere, quod eorum refractarijs sententijs impediri non posset. Proinde haud magni referre, in uerba discederent ne, an intercedere conarentur. Irritati animi ad pertinaciā magis sunt, feroci responso & contemptu, quā inclinati: quos non fugit, quibus authoribus sic

contemptum respondisset. Tenuit tamen Amorfortiorū intercessio episcopum dubium aliquandiu, exequeretur ne decretam æstimationem, exclusis illis, contemptisq̄, an rem integram referret. Eorum enim iniussu nihil Amisianæ ditioni imperari poterat, & tumultum nouum in ciuitate episcopus metuebat. Vt urbem igitur ab armis pacatam quietamq̄ retineret, indixit conuentui diem. Proponuntur eadem de pagis censendis. Impugnantur acerrimè ab Amorfortijs, donec huc altercãdo decursum est, ut mutata priori sententiã, in diuersam Amorfortiorū ad unū omnes pedib. uaderet, fieretq̄ decretū huiusmodi: Vt domorū rusticarū census ita ageretur, ut in bonos iustosq̄ focos septeni aurei imponerentur: idq̄ principis arbitrio uel ratū esset, uel rescinderet. Scio quosdam fuisse, quibus persuasum erat, ordines in fraudem Amorfortiorum ad faciendam ipsis maiorem inuidiam, calculos suos murasse, (quia hactenus ordinum consensum & principis postulata repudiarant) & ob id ad episcopi arbitrium, quem sciebant priorem censum sartum tectumq̄ habiturum, hoc relatum fuisse. Legati extēplò Dorestatum mittuntur, qui ordinū decretum Antistiti exponerent: nihil moræ restare, quin residua pecunia in numerato foret, si ipsius placitum assensusq̄ solum adderetur. Respōsum ab Antistite est, se (quia res ex cōposito geri uidebatur) agnoscere iam animorum in constantium leuitatem: quibus id quod dudum placuisset, nunc sententijs in diuersam partem mutatis, displiceret. Sat diu uerbis speciosis, nunc hoc, modò illud promittentium, se ludibrio habitum: eoq̄ ita se apud animū suum constituisse, quod nuper ordinibus bonum & utile consilium uisum fuisset, id quemadmodum ipse tum affirmarat, ita nunc quoque idem ratum haberi uelle. Eadem ratione cras ab hac sententiã in priorem animis desultorijs per se relabere licere. Irent, referrentq̄, desisterent ab ea re amplius consultãda: nisi fortassis nuperã adeò seditio parum ipsis documento adhuc esset, quantum mali & infortunijs secum traheret ueheretq̄ mora, et inutilis temporis extractio. Addidit & causas alias, quamobrem ita sederet. Per domorum rusticarum recensum, ad residuam summam non posse perueniri. Vt maximè inde redigeretur, moram dilationemq̄ (quam res non pateretur) is adueheret. Ad ultimum dignationi suæ nomen in omnem auram mobile offecturum. Capita ordinum Ultraiectinorum, quæ tacita stabant, et sentiebant cum principe, audita relatione, uarijs curis distorquebãtur: eaq̄ de causa Amorfortij continuò ad conuentum rursus accersuntur. Seruant diem, mittiturq̄ Nicolaus, Gerardi filius: additus alius senator est. Urbē ingressi, in curiam senatoriam à Coss. mox accersuntur. Insolens id legatis uisum, quòd ibi ordinū conuentus nunquam agi soleret. Mox in basilicam Martini progressi, (in huius curiam cōuenire, mos tenuit) nullam frequentiam nobilitatis, nullam legatorū aliarum ciuitatum offendunt: subsistentesq̄ paulisper hîc, fraude ac dolo se huc extractos palàm metuunt. Transeunt in curiam basilicæ magnam, nullum mortalem ne hîc quidem inueniunt. Inde postquam in senatum processerunt, ibi con-

sul rem alius orsus, ad postremum huc orationem deduxit: Antistitem, cuius arbitrio proximo conuentu negocium censionis permissum fuerat, à priori consilio dimoueri non posse: nec induci, ut id quod tum decretum esset, suo assensu confirmaret. Percontatur, ecquid ipsis istud rei placeret? Omnino oportere principi fieri satis, ac proinde concordia opus esse, ne diutius inter ordines certaretur. Quin illud non dubiū esse, secum Antistitem eos sibi amicum quàm inimicum malle: infestum habituros, nisi eius postulato hic obsecundarent. Interim non inficiari, alteram illam uiam, quam ipsi hactenus tutati, nunc obtinuissent, uideri potiorē: & ad conficiendum quod defudaretur, expeditiorem non solum senatui, sed etiam aliquantē plebis parti. Quo minus autē consiliū ipsi suum detegerent, metum in causa esse. Cum alia multa, tum hoc imprimis tranquillitatis retinendæ studio se dissimulare: utile arbitrantur, sicutroque uento nauigando medium cursum tutò tenere. Atque hæc adeò unica causa est, quamobrem (inquit) episcopus tam infestè instat ad cogendum uos in suam sententiam: ut id plebs conspicata, abiecta retinendi spe, religionem equestresq; suffragia sua sineret obtinere. Ad ea legatus Amorfortius. Quoniam ignari quid nobis proponeretur, & nihil instructi huc uenimus, responsum præparatum habere non potuimus, priuatim aut neq; suffragari, neq; refragari permissum. Si tamē seriò cupido est cognoscere, utrū magis è re ditionis arbitremur, certiores fieri poteritis, si domū regressi, id referamus. Quancq; uero quorsum attinet istud querere, quod semper palàm asseruimus, quò uos quoq; proximo conuentu traducti discessistis: nisi fortè censeatis, quia princeps hoc repudiat, nos in eius gratiam, utilitatem publicam detrimēto posthabituos: qua in re senatum consulendū duco. Constat Amorfortiū fictè eam ob rem loquutum, quia in tot uerborum operosis ambagibus clarè consulis mentem, quorsum tenderet, quid ue peteret, explorare non quibat. Dum inde in templum Ciuicum transeunt, à plebis primoribus, qui ex composito ad id cum aliquanta ex incondito uulgo multitudine huc se collegerant, excipiuntur: circūdati medio globo interrogantur, ecquid noui asportarent, quid rerum in curia egissent, quid postulatum à senatu, contrà quid ab ipsis responsum esset: num in ea ipsi persisterent sententia, in qua pop. Ultraiectinus constāter perseueraret, ut in domorum rusticarum tecta recensus ediceretur: ut in iustos bonosq; focos septeni aurei uectigales estimarentur, idq; minimo ditionis detrimēto? Se prorsus fugere, quid parturiret Antistes: ita occulta eum consilia agitare. Ibi Nicolaus ordine exponit, quo consilio exciti uenissent, ut dolo eò accersiti, in senatum per lictorem adesse iussi essent. quid à consule interrogatus, ipse ex tempore & impremeditatus uicissim respōdisset. Addidit postremò hanc coronidem, Senatum populūq; Amorfortium ita decreuisse, semper consulturos quę in rem ditionis essent, utcunq; alij ima summis commiscerent. Redeintegrant memoriā equestris gratiæ apud principem: quem illi, quò uoluissent, impulerant, impellerentq;, obtrito populo

pulo indies ad quod lubitum esset: ideo obtinere nō ex publico, sed priuato bono ac commodo, quæ uiderentur. Contrā, ciuitatum populiq; saluberrima consilia, adeoq; ipsius senatus (indignum relatu) tanquam inutilia discuti. Hæc legati uerba cum ingenti uulgi circūfusi assensu acciperentur, cœtus certatim utrunque apprehensis dextris, in populi gratiam, priusquam urbe excederēt, rapere: orare, ne grauentur secum in ædem Ioannis congregari, ubi eadē de re plenius apertiusq; audire liberet. Eò uadentes sequitur ingens uis hominum ē plebe tumultuose collecta. Erat inter hos Gerardus Canisius Trib. rationum cognoscendarum: is, legatis mirantibus quid sibi hic concursus uellet, ac subinde restitanti- bus metu, ne uis oboriret: & reliqua multitudine in concionis modum ad excipiendum conglomerata: Nihil est quod uim metuas (Canisius inquit) consul, quod ad audiendū, frequentiam collectam, ea que te cingicernas. Ita nobis semper persuasum fuit, neque temere diuersum inducemus, Amorfortios ita affectos, ut quoad liceat, grauiori damno sint Ultraiectinū populum, omnemq; ditionem prohibitori. Studia autem religionis & nobilium id urgent, ut residua milia in uicos: populus contrā, ut in focos rusticos constituantur. Illi, quod uictoriā nobis in hoc certamine, & manubrium ē manibus nostris extorqueant, in omnibus conciliabulis passim affirmant, uos ē uestra sententia, quā nobiscum ad hoc usque temporis defendistis, desciuisse. quod quoniā persuaderi nō possumus, obtestor te ut dicas, utram adhuc tuemini, & inconstantiae suspicionē nobis eximas. Nec aliter (inquit Amorfortius) senatus unquam censuit, nec censebit, maximē si audierit uos quoq; huc accedere. Consule hæc uixdū eloquuto, ingens cōsentientis coronæ uox extollitur, Auditis ne senatum Amorfortium à nobis stare, & nobiscum sentire: quousq; tandem horum superbiam pertesi, non ferendam insolentiam istam ciues perferemus: nunquam ne nos, quod tot menses per ludibrium extrahimur, ut meminerint, ulciscemur: Multas diras pestesq; in caput religionis execrati, Amorfortijs gratias agunt. Concursum esset eo die tota urbe per huius multitudinis clamores in cœmeteriū ad arma, nisi Tribuni interuentu, occasione secedendi in aliud tempus ostentata, à motu prohibiti fuissent. Fuerat autem Gerardus Canisius multis annis ob seditiosum ingenium, Soudenbalchorum, Vordiorum, aliorumq; consulariū iudicio damnatus, ne eraso in operis nomine deinceps in senatum legeretur, nec publicis muneribus fungeretur. quam ignominia adeo is egrè tulerat. nam perpetua ualitudine etiam conflictabatur, ut domi per multos annos inimicis & reipub. iratus se continens, hominum consuetudine careret: nec unquam, quod sciretur, in publicum prodiret. Multis hoc tēpore à damnatione annis post, pulsus ijs à quibus notatus fuerat, popularis auræ præsidio fretus, in publicum primū erepsit. Erat autem facie à perpetuo languore tristi, uultu pallido & macilento, cute laxa, lēto impeditioreq; incessu, præ se ferens Trophonianū aliquem. Et ea facies insignem ignominia ueteris memoriam, in exulum inuidia, eorumq;

rumque qui tunc quoque rempublicam gerebant, populo fecit. Mox in secunda seditione plebs eum in medium extractum, tribunatu ærario, quo sua sponte ferebatur, fungi coëgit. Iam inde ad consulatum per impotentiam exercendæ potestatis in nobilitatem & religionem uiam parans, incredibile dictu, quàm plebi charus breui fuit. Tum primùm uulgo clamare, indignissimam huic iniuriam ab inimicis factam: eoque notatum, quòd rectam uiam progrediens, illorum peculatum liberè damnare, accusareque ausus esset: magnoque reip. id damno fuisse, quòd per tot annos tanti uiri neque consilio, neque auxilio ciuitas usa esset. Inimicitia quoque nobiliores extiterant, eo ignominiam acceptam acerbiorè contemptus suus fecerat: premebatque dolorè, iniuriam suo tempore, cum se offerret occasio, ulturus. Domum Amorfortiorum legatis reuersis, cogitur ad accipiendam eorum relationem senatus. Ea audita, fit senatusconsultum in hæc extemplo uerba. Quoniam autem principi à duobus ordinibus, ita persuasum est, ut ea censio constituatur, que in signe detrimentum ditio-
ni sit illatura, & quidem contra proximum omnium ordinum decretum: Senatium populi. quod Amorfortium, adiutore populi. Ultraiectino, eam pertinaciter tenere, quam ab initio tutati essent, & postremo conuentu, ut utilem omnes ordines approbassent, iussissentque. Senatusconsultum Ultraiectum missum est: ne amplius frustra concilia fierent, scripto ue ipsi ad discedendum pedibus sollicitarentur. Animaduerso populi tota urbe fremitu, religio equestresque diffisi diutius populo se, Amorfortijsque possesse obsistere, cura tutandi suum negocium in totum abiecta, episcopo auctores fuere, ut quod ciuitatibus & populo Ultraiect. placuisset, id teneretur: fatius arbitrati cum gratia ultro tradere, quod cum inuidia breui periculum multum amissuri essent. Literæ itaque XIII. cal. Aug. à principe Amorfortiam mittuntur: quæ in senatu recitatae in hanc sententiam sunt. Multis ordinum precibus fatigatus, tandem assensit, ut in domorum rusticarum ædificia tributa constituentur. Dedit itaque negocium Bernhardo Vtenengo à consilijs uiro equestri, ut quantum posset, uicorum, pagorumque primores ex agris in urbem ad recensitionem euocet. Censeo, ut uos quoque ad constitutionem istam Ultraiectum legatos uestros mittatis, quorum consilio atque iudicio interposito, ea æquissimè haberi possit. Legati missi Arnoldus Dolrerus, et Hæricus Cornelij filius, questor. Idem fecerunt Rhenani & Vuicani. In magna ordinum curia recensitioni locus destinatur: hic tribuni rationum cum ordinibus, quod nunquam antè factum fuerat, coniuncti fuerunt: fraudem illorum ueriti fortasse, ne per gratiam & odium, quæ in tali negotio plurimum ualere solent, parum æquitatis ratio haberetur. Apud hos in hunc modum recensus actus. Ex uicis leguntur terni fide commendati, & ætate uenerabiles, qui iurati, suum quisque in ternas classes distinctum referrent, exhiberentque. Itaque horum alij post alios admissi, locupletiores qui primam classem tenebant, primum: inde mediocres, secundæ classis rusticam plebem: postremo loco, prætenues ac proletarios scripto tradiderunt. Ternis his adiuncti,

sui quibusq̄ ecclesiastę & prætores, qui iuramento premuntur: nemiñe,
 quod scirent, in indicibus relatis, ab sese per obliuionem prætermissum
 esse. Actus autem census in hanc formam. IN iustam domum, in præ
 » sectura Horestana, septenia aurei constituantur. In infera uero, quæ sub
 » Frederico Hammone est, uersus Hollandiam, quod homines agrarij i
 » bi ob rem pecuariam, passionemq̄ opulentiores sint, nouena aurei: toti
 » dem in iustam domum, quæ sub Amisiana præfectura est, imponantur.
 Itaq̄ Horesta recensuit focos septingētos quinquaginta quinque, et qua
 drantem: confeceruntq̄ supra quinque milia, ducentos octuaginta septem
 aureos, & quadrantem. Hammo domos dedit, quinque supra mille quin
 gentas, & dodrantem: contuleruntq̄ eæ tredecim milia quingētos qua
 draginta quinque, et plus paulò. Amisiani foci iusti ac boni, qui quingenti
 nonaginta erant & uiginti quinque, redegerunt supra quinque milia, tre
 centos sedecim, & quadrantem. Ob istam impositionem quidem tribu
 tariæ pecuniæ tot concilijs frustra actis, resp. Ultraiectina magnos hos
 motus intestinos sensit, et utranq̄ ditionem in externum postea bellum
 graue & ingens traxit. Per quos uero homines, eò rerum res sint dila
 psæ, ex ijs liquere non obscure opinor, quæ hucusque à nobis memo
 rata sunt. Et ignarus princeps, imprudensq̄ patriæ consuetudinis, & ni
 mium speciosis quorundam apud se persuasionibus credulus, si cum iu
 dicio, quod ageretur, pensitasset, potuisset aliquam malorum partem à
 republica auerisse. Hæc reputanti, duæ præfertim pestes has tempesta
 tes excitasse mihi uidentur: pertinax priuata tuendi cōmoda studium:
 & in Antistite simplicius, nimisq̄, quàm pro persona quam sustinebat,
 callidum sagaxq̄ ingenium. Quod quidem propius considerantibus,
 quos ab intimo consilio domi habebat, et quibus solis utebatur, non ma
 gni fuit negocij res, illi persuadere, quàm id, quod à duobus ordinibus
 probaretur, tutum foret & compendiosum: populi cōtrà & ciuitatum
 sententiam difficultatem habituram fuisse non mediocrem: sed ne sum
 mam quidem posse confici. Hoc obtentu homines uersuti, principē pa
 rum astutum pro arbitrio uersantes, animos corruptos facile palliarunt,
 & illum totum suum fecerunt. Sententias ciuitatum, præcipuè Amorfor
 tiorum, pro cōmodo bonoq̄ suo domi interpretari: pericula, difficulta
 tesq̄ inde exorituras exaggerare: ipsos criminari: & quod constantiæ e
 rat, pertinaciam appellare: quod prudentiæ, rebellionem. Deniq̄, cum
 obtinere quod molirentur, se posse desperarent, inuidiam & odium, su
 pra quàm dici potest, magnum facere: noctes & dies insidias tendere.
 Difficultate constituendi ad hunc quidem modum pop. & ciuitatum
 nisu tandem expedita, stato die pecunia, uerùm cum frigida gratia Do
 restati persoluitur. Per moram & odiosam dilationem, gratiam amisit:
 quæ alioqui initio statim numerata, duplicem inire potuisset. Fuit et alio
 nomine minus accepta, quod per eam resp. in grauissimos motus, et ma
 lum intestinum penè immedicabile cōiecta esset: quod quorsum adhuc
 euaderet, in incerto euentu positum esset. Et quia id humano consilio re
 gi

gi posse diffideret, curis et angoribus tacite discruciabatur indies magis atque magis. Breui itaque post Antistes quæ pecuniam accepit, ad Transiselanos, ea pacem redempturus proficiscitur (in quem usum ab ordinibus decreta fuerat initio) tum autem oppida et castella, quæ supra dixi ab Duce capta bello Transiselano, militum præsidijs munita fuisse. Cum autem nullas certas pacis conditiones antea pactas cum Gelro haberet, & difficulter res componeretur, utrinque ita conuenit, ut Treuironum Antistitis ut disceptatoris arbitrio pax & foedus sancienda starent: eaque ita fierent iureiurando religiose addito, ut neutri iniuriarum unquam memores, conditiones ab altero expressas polluerent. Expectantibus diu, Gelrorum Transiselanorumque concioni superuenerunt Treuirensis principis legati, longe ab domo exciti. Apud hos graues querelæ utrinque deferri: certatim suas causas tueri, transferreque: ut ægré gratia coire posse uideretur. Disceptatores inter utrosque dati, nihil prius duxerunt, quam (ne disceptando multi dies eximerentur) ea cura obnixè teneri, ut pax fieret: ne ue prius discederetur, quam ea composita, Transiselanis Gelro in gratiam reconciliatis, rataque esset. Pacis autem factæ ad ultimum hæc conditiones fuerunt: Gelrus ex oppidis & castellis præsidia (Groninga exciperetur, & Conerde præsidium) deduceret, in posterum ius nullum in agros, oppida, castella Transiselanæ ditionis usurparet: transfugæ traderentur, captiuique utrinque restituerentur: iniuriæ abolerentur, ut ne memoria quidem earum extaret. Exules in fortunas ruitas, cæsasque, & eas quidem integras restituerentur, neutri quicquam nouarent. In reliquum à dicitate & conuicijs temperaretur. Legibus in eum ageretur, quicumque principis maiestatem uel lederet, uel imminueret. Quod ad populum uero Transiselanum & Antistitem attineret, is Carolo Duci trigintaquinque aureorum milia adnumeraret: nec prius hæc conditiones pactæ rataque haberentur, quam aurum pensum foret. Haud elanguescendum moratus Vitraiectinus, præsentis fide dissoluit expressam summam. Exequuntur inter hæc utrinque recens foedus, eoque celerius, quo magis certatim ab altero materiam belli exortam uolebant uideri. Deducuntur hinc præsidia, recipiuntur inde exules, admissorum iniuriarumque obliuio publice edicitur, bona multatis redduntur. Compositis ad hunc modum Transiselanorum rebus, episcopo omisso Dorestatum reditu, in Germaniam superiorem, tanquam longa grauique tempestate per nouem fere menses continuos iactatus, ac periculis defunctus, portum terramque tandem tenuisset, ociosus rerum Vitraiectinarum, iter auertit: cum tanquam nauis gubernatore spoliata, longe maioribus turbibus respub. sursum deorsum agi quaticumque inciperet. Redeintegrata igitur est per Tribunos, ante paucos menses mota rationum referendarum causa aduersus optimates, & plerosque Canonici nominis homines, qui tribunatum ærarium ordinum ad annum retro (ut supra à nobis memoratum est) undecimum, quicumque diligentem è populo in repub. per idem tempus gessissent. Ingentem animorum his consternationem fecit Tribunorum rationum ex uictoria se-

rocitas: eamq; haud mediocriter auxit principis absentia. His plebis ius-
 su ita stabat: quę iusto liberalius ẽ dignitate urbis Ultraiectinæ in extero-
 rum principũ legatos, aut proceres peregrinos profusa essent, tertia, di-
 midia ue eorum parte ibi multarentur. Syngraphæ temporũ spacio aut
 corruptæ, aut hominum incuria perditæ, ipsis fraudi, damnoq; forent.
 Qui soluendo non essent præsentis fide, citra dierum productionem, eo-
 rum bona publicata sub hasta uenirent: ipsi ad plebis arbitrium in tutissi-
 mam custodiam conderẽtur. Et quia consilium hoc si processisset, mul-
 tis bonis mortalibus præsentem inopiam allaturum erat (nam mille ra-
 tiones ipsis ex animo respondebant) illi pro uirib. obstare plebis Tribu-
 nis: religionis partes tueri ẽ plebe, primæ seditionis concitatores: quo-
 rum principes erant, Henricus fusor æramentarius, & Michael pistor.
 Iam itaq; non solum certamen se continuit amplius inter plebem, et supe-
 riorum annorum Tribunos ærarios, quæstores, & dilesq;: sed populum
 bifariam diuulsam inter se cõmisit. Senatus nec intercessit, nec assensus
 est. Nam uidebat, si apertè hanc plebis causam impugnare adortus esset,
 multo maiorem tumultuandi rabiẽm, quàm antea experti fuerant, uel
 hinc imminere, quòd palàm tabulas in proxima seditione datas uiola-
 re, pactaq; rescindere arguerentur. In illis enim disertè positum erat, ut ra-
 tiones ab anno undecimo ad ærarium referrentur, eaq; exactissimè dis-
 punderentur: qua pecunia agri fiduciarij, uectigales, publici, oppositiq;
 & reip. redimeretur, atq; illi populo restituerent. Quamuis autem inter-
 cedere illi cuperent quo ab grauiore motu urbem tutarentur, animos ip-
 sis tandem ademit plebis metus, et commune periculum, ne in peculatus
 suspicionem manifestiorem uenirent, qua plus quàm sat erat, plerique
 premebantur. Lecti ex operis singuli Tribuni, non ex nominis dignita-
 te, loci ue, sed ut quisq; erat audacia atq; improbitate facinorosissimus,
 ita maximè idoneus ad id munus plebis iudicio habitus fuit: carpenta-
 rij, fullones, cerdones, pictores, coriarij. Et huius quidem tam præclari
 Tribunorum collegij caput erat Gerardus Canisius. Hi formidabiles
 non solum equestribus & religioni, sed senatui & Cofs. esse: his in os mi-
 nari (cum res posceret) abdicationem, magistratus, exilia, carceres, si suis
 conatibus obisterent. penes hos ius potestasq; haberi conuentus indi-
 cendi, quoties uisum esset: hi primoribus diem capitis dicere, multam
 imperare, in uincola (quum uideretur) ire iubere. Impunè habebant in
 Cofs. conuicijs petulãter ludere, peculatus reos in iurgijs agere: nec alijs
 nominib. uulgò, quàm ærarij expilatores appellare: inuito senatu cum
 populo agere. Atq; iste quidem reip. corruptissimæ status in causa fuit,
 cur illi (de quibus modò dixi) primæ secessionis authores animos suos
 à plebe ad senatum & ordines tuendos auerterant. His, præterq; quòd
 grassationes nocturnæ, cædes, pugne, interdium, & manifesta uis displice-
 rent, metus haud modicus iniectus erat, ne breui plebs ad omnẽ auram
 mobilis, præsentem remp. pertesi, eos quos ante tres menses pepulerant,
 in ordinum inuidiã reuocarent, quare ipsi quoq; in capitis fortunaruq;
 omnium

quales fuerunt
 de quo supra

omnium periculum (quod certò futurum erat) præcipitentur. Fuit itaque his unicè id studio, ut calculorum negocium, in quo toti illi erant, iamq; nonnullos etiam mulctarant, importunis exostulationibus atq; certamine acri disturbaret: quò suos, quos hæcenus armis defenderant, rationum periculo eximerent, eoq; nomine illis gratificarentur. Contra ædiles & quæstores, quorum calculi, cum insigni fortunarum calamitate expuncti erant, ad plebem prouocare: uociferantes, indignum facinus patrari, atq; insignem se iniuriã accipere, si se multatis, equestres & homines è religione, flagitijs perditis, peculatus, omiſſa calculorum cura, absoluerentur, id enim palàm eorum furtum arguere, quòd cum initio paratos se ad referendum obtulissent, nunc quando seriò rem agi uident, obstare ne ex lata legerationes procedant. E' diuerso ordinum ac senatus factionem tutantes, identidem clamare, sat turbarum motum in republica esse, in ea ad diocæsis euerſionem his rationibus ali incendium, quod initio haud prospectum perpensum que fuisset. Itaque maturè omnium bonorum studijs, ut extingueretur, occurrendum, priusquam ciuitatem perditam desperatamq; haberent. Creuit interim odium mutuum, creuit impunè quælibet perpetrandi licentia: parant utrique alteris, locis ac temporibus maximè opportunis insidias. Henricus uitriarius erat, plebis inceptiõnũ, consiliorumq; acerrimus uindex, ingenio alio, qui minimè malo: cui ex operè manuario fortuna sic satis munda suppetebat. Obuium fortè circa hos dies crepusculo habebat Corneliũ Vueimãnnũ, hominem uirtute & audacia singulari, quod cicatrices in straba aduersa fronte arguebant. Multos hic annos in uarijs bellis inter milites ob uirtutem honores gesserat. tandem cum longam militiam pertæsus, ad opus quæstuarium se recepisset, in ciuili tumultu Niueldorum factionem ab initio sequutus, in ea fideliter permanerat: quam unã & nobilitatem & religionem & senatũ fortiter à plebis iniuriã cum suis defendebat. Henricus cum casu, atrociter se salutantem obuium nihil benignitè, non sine dicacitate, in oculorum straborũ uitium iocans resalutasset, Vueimãnus dicto citius, suã uiam uadentem, gladio raptim stricto insequens, ad pugnã prouocat. Alter (ut inermis à cõpotatione domum contendebat) nudũ ferrum ponè caput intuitus, in fugam se quantum potest, conijcit. Sequitur haud segniter fugientem Vueimãnus: & assequutus quidem erat in fuga, nisi ægrè in domum altero dilapso, uicinarum cõcursu à limine prohibitus fuisset. Distulit nihilo pertinacius clausis foribus ante aedes, de uia ignauiam alteri exprobrans, & molliciem increpans, iecit multa in eum probra: longum amẽtemq; appellans, qui in lingua & pedibus audaciã præ se ferret, cæterũ ceruino pectore. Haud diu conuiciorum impatiens, cunctatur Henricus: corripit spatham prælongam, in prouocantem impetum facturus. & quidem in medium profiluerat, nisi uxoris ululantis precibus flexus, abiecto ferro, ne pugnam detractare uideretur, de limine ferociter exultanti occurisset, Vueimãne (inquit) tibi qui nunc per largiorem potationẽ parum apud te, igna-

uiam, mollicitē fugacitatemq̄ insolēter mihi obijcias, cedā in præsentī, ce-
 dam impotentiaē animi tui, ne si quid, quod te dignum est, tibi accideret,
 per ebrietatē tuam, parum gloriaē à me, qui tibi impar sim, referas. Næ
 tu cras haud impune insultaueris saxo: ac tum si uir es, uirtutē in dextra,
 non in ore maledico fac ostendas: tum tibi diem præstituo, qui arguet,
 uter nostrum uir sit melior. Postero die Henricus, recenti ira stimulante,
 ad demendam ignominiam pridianam accensus, arma capit. Casu ita e-
 uenit, ut Vucimannus D. Stephanum Niueldium Teutonici ordinis
 magistrum ē basilica Martini honoris causa (cuius frequens contiuua ob
 factionis societatem erat) domum sub tempus meridianum deduceret.
 Hoc ille procul conspicatus, properē ex interuallo sequitur. Iamq̄ pon-
 tem Martinianū malorum securi transierant: Vitriarius in conspectum
 utriusq̄ eminent, Heus tu, ait, Teutonorum magister, absiste tātis per,
 dum cum isto, quod uelim, colloquar. Nunc me ab hesterno dedecore
 uindicaturus, te Vucimāne ad pugnā nunc prouoco. Nulla mora, utrin-
 que infestē concurritur: ac Cornelius dum semispatha Germanica digla-
 diando, ictum spathæ oblongæ à uertice uenientem exire laborat, per ce-
 rebrum medium, per dentes diuerberatur. defluente in scapulam leua ca-
 pitis parte, in terram ruit: feretroq̄ inde moribundus domū ablatu, sub
 uesperum decessit. Hic quidem turbataē ciuitatis status senatū uehemen-
 ter sollicitum habebat, ut sceleratorum ciuium retusa audacia, per bonos
 resp. geretur: itaq̄ de ratione occultē consultari cœptum. Fredericus Re-
 gius Cos. senatum prid. Cal. Aug. conuocat tumultuose. Non latuit se-
 ditiosum uulgus, quid ordines consultando parturirent, quo'ue consi-
 lio senatus ediceretur, tota urbe regionatim sese colligunt. Tribuni ra-
 tionum circa curiam obuersantur in euentum intenti, si quid grauius in
 se, aut durius in plebem, aut citra rogationem ad populum à senatu de-
 cerneretur, promulgaretur ue. Licitoribus fores clausas diligenter aduer-
 sus uim Tribunitiā custodire iussis, Consul grauissima oratione de per-
 dita calamitosaq̄ rep. usus est. Verborum autem eius hæc summa erat:
 Nisi senatus ad uindicandā rep. sibi adesse uellet, in animo se habere,
 illam deserere, eoq̄ die magistratu abire. Certum esse, si opem sibi, conso-
 ciata animorum concordia ferant, armis cum seditioso ciue medio fo-
 ro decertare: ac de principibus motuum arreptis, ut reliqui deinceps
 quiescerent, supplicium sumere. Ioannes Vordius senator primarius,
 qui ob popolare ingenium plebi mirum in modum charus erat, homo
 pacis quā turbarum amantior, aduertens rem arduam, & quā ap-
 parebat, periculosiorem agitari, per speciem pulueris tormentarij expe-
 diendi (uim plebis ueritus, credo) ē curia in portam Catharinianā abiit.
 » Fit interea huiusmodi senatusconsultum* V T senatus frequens arma-
 » tus, Cofs. cum uexillo & licitoribus præeuntibus, in forum ad terrorem
 » plebi faciendum irrumperet: eoq̄ edicto, ad signum, quod ad arma dare
 » tur, boni omnes senatui præsidio contra seditionis concitatores adesse
 iuberentur. Mos uetus tenuerat lege, ne uexillum euolutum in foro à
 consule

Consul fredericus
 de conuocato

consule erigeretur, nisi ad bellum in hostem iturus sex hebdomadas in
 obsidione ac castris perduraret. Id tunc expediri tumultuose iustum,
 tantum non in miserabilem cladem uniuersum ordinem coniecit. Con-
 uocatur interim consueto signo in concionem populus, ad placitum se-
 natus audiendum. Edicitur, uti si qui remp. incolumem, qui senatus au-
 thoritatem sartam tectam conseruari cuperent, si uoluntarij in armis cum
 telis, statim t̄q; ad arma conclamaretur, in Palatino foro adessent. Con-
 cione uix dum domum dimissa (erat prima hora diei) consul frequenti
 senatu stipatus, præeunte cum uexillo lictore, forum Palatinum inuadit.
 Hic quoquò uersum tormentis quasi in hostem undique irrupturum
 dispositis, ad arma conclamare iubet. Pauor ingens & trepidatio ani-
 mos tota urbe corripit: & tabernæ cum fragore clausæ, mistusq; ululan-
 tium matronarum clamor metum augent. Concurritur tumultuose si-
 ne discrimine in forum. Plebs multitudine superior, nihil inimicorum
 uim, nihil senatus autoritatem formidans, cum passis signis medio glo-
 bo se immiscet. Clamor ingens & fremitus certatim aliorum in alios uo-
 ciferantium, expostulantiumq; confusus, ibi exaudiri. Illa dudum senatui
 infesta, per hanc aduersum se conspirationem multo magis efferata, co-
 mitijs altercando adeò in eos sæuijt, ut parũ abfuerit, quin ad manus res
 peruenisset. Exprobrarũt illis ingratitude, animosq; beneficiorum
 quæ à plebe accepissent, immemores: se super hæc omnia ab iisdem lanie-
 næ destinari, quòd rationes ex rogatione Tribunitia, quam princeps ra-
 tam esse iussisset, exequi pergerent. Nouos sibi pro duobus, multos car-
 nifices se creauisse, quos defensores suos hactenus rati essent. Toleratu
 facilius exulum imperium fuisse, qui nunquam in plebem isto pacto ar-
 ma induissent. Non clam esse, quorũ cõsilio atq; impulsu hoc facinus au-
 si, cædem ciui pararent: at non ita illos euasuros. Multa præterea de fastu
 & superbia senatus inde pro se quisq; impotenter simul & imperitè que-
 runtur: multa, quæ contra ueterem ciuitatis morem insolenter facerent.
 Horrendum spectaculum, & atrocioris consilij simulachrũ, si ex senten-
 tia id processisset: quod postea compertum, spiritus præferoces, multò
 impotentiores in questorios homines fecit. Dum hic magnis clamorib.
 plebs medio foro cum senatu expostulat, coetus alius è uulgo incondi-
 tus, incertum quo casu collecta, huc cõtendit, Hadrianum Rhenanum,
 Euerardi Soudenbalchi ex sorore nepotem, falso insimulatum coniura-
 tionis crimine, captum trahens. Hi audito ex aliquanto interuallo suo-
 rum in palatio mugitu, rati uim oboriri, misso in proximam domum ca-
 ptiuò, cum suis se coniungunt. Consules consilij ancipites, cum neq; in
 armis, neq; in bonorum paucitate ullam spem auxiliij uiderèt: neq; uiam
 ex tempore dimittendæ concionis comminisci ualerent: tum autem ni-
 hil quod ad crebras percontationes, cur populo ad arma cõclamassent,
 uerisimile subitò responderèt (nam pauor ac metus ingens animos men-
 tesq; ipsis ademerant) puidi in Hasenburgum se subducunt. Incidit ibi
 fortè in animum è re in speciem plausibili celeriter cõmentum, cuius præ-

textū parum prudens consilium palliarent. Diemenus consul manu si-
 lentio indicto, ex editiori fenestra, Vestrum (inquit) nemo sic inducat
 in animum, quasi in se senatus arma mouerit, aut signum prolato in fo-
 rum uexillo dederit, cum eadem discrimina uobiscum adire, nobis stet
 omnino sententia. Placuit de uestra fide periculū facere, falsa iniecta tre-
 pidatione, quid sperandum nobis auxilij sit, si præsens discrimen ad ar-
 ma raptim precipitanda postulet. Quod quidem propius adest ciues, quā
 credere uos reor. Soudenbalchianæ reliquæ occultè noua consilia agi-
 tant, aluntque inter se coniurationem: alios magnis munerib. corruptos,
 nonnullos amplissimarum dignitatum atque honorum præmijs ostenta-
 tis allicientes, de exulib. uestris reportandis consilia agitant. Cum his fer-
 ro dimicandum nobis est. Vos qui opes Soudenbalchianas tueri pa-
 rati adestis, hinc ad curiæ senatoriæ opistodomū secedite. Edicto consu-
 lari nemo paruit. Commentum enim extemporarium ad dispergendam
 multitudinem, seque mala suspicione leuādos excogitatum, non solū non
 acuit exulibus, eorumque in ciuitate factioni odium plebis (quādo palam
 uanum ac futile arguebatur esse, eos nouis rebus studere) uerū creuit per
 id multo magis magistratui apud illā inuidia. Compositus tamē in præ-
 senti tumultus est. Ceterum priusquam ad uesperasceret, sparsum in uul-
 gus fuit futili quarundam linguarum intemperantia, quid mane in sena-
 tu auctum decretūque esset, quale senatusconsultū factum, quam quisque in
 interrogatus sententiā dixisset. Vix efferatæ plebis rabies eo die contineri
 per Tribunos potuit, quo minus ad cædē senatus discurreret. Postero
 die Calendis Aug. Tribunorū iussu populus armatus in cœmeterium
 conuenit. Variæ ibi certatim senatum criminantium uoces audiri, tyran-
 nos, parridas, periuros, sanguifugos, carnifices, perfidos, & si quid his
 atrocius est, eos appellare. per illos rationes impediri, de quibus per Tri-
 bunos exequendis sancitam dudum legem, eamque promulgatam, tabu-
 lis suis ratam esse iussissent, nunc etiam de cæde miserorum ciuium eos
 cōsulere, ut soli dominantur in repub. eamque, ut hactenus facere impune
 fuit, dilapidare pergant. deposcere se latrones illos, & ad supplicium de-
 dandos potius, quā ipsi saluis, plebs tyrannicæ libidini uitam exposi-
 tam omnib. momentis habeat. Auxit eam efferatam rabiem uox cuius-
 dam excepta, eaque statim euulgata, Senatū cogitare de principe è Germa-
 nia occultè reuocando, ut Tribuni rationum, qui eas quā tranquillita-
 ti utile esset, exactius persequerentur, arrepti ultimo supplicio afficeren-
 tur. Hæc aliaque eodem spectantia Tribunorum concionantium, dicen-
 doque atrociter exaggerantium uerba, adeo circumfusam multitudinem
 acerbarunt, ut parum abesset, quin extrema rerum humanarum in sena-
 tum statuisent. Mitigata per Tribunos pleb. uiolentia, eodem die habi-
 ta sunt comitia. Abeuntib. magistratu illis, nouus senatus creatur. Ter-
 tiū à Calendis Febr. eodem anno renunciant Cofs. Gerardus Cani-
 sius, Ioannes Vordius: quorū posterior, quod nulli antea obtigerat, eo-
 dem anno Tribunus fuerat, supremus senator, et consul. De illo uero su-
 præ

diemenus consul

Augustus uisus
Tribunus

Calendis Septembriis

uigilantissimus
1525 in februario

prà memini: qui plebi eo fuit charior, quo impotentius Tribunatum ad
 uersus quæstores omnium ordinum, & ædilitios in rationib. recogno
 scendis exercuit: homo acer & uehemens, cæterū auræ popularis aman
 tior studiosiorq; captator, quàm dignitati honestū erat: uarius, & ad o
 mnem uentum, ut se uindicaret solum, mobilis. Habuit hunc exitum Re
 gij & Diemeni consulatus, qui in prima tribus antè mensibus secessione
 omnium operarum suffragijs, magno ordinum plausu Cofs. declarati
 fuerant: & ijdem breui operis tam inuisi facti, ut qui maximè. Plebeiam
 gratiam, quã principio tumultus ciuilib. tantopere morabantur, qua po
 tui perspicuitate & compendio commemorau: quam illis Princeps ue
 rò post retulit, ultimo libro narrabitur. Nec multò sceliciorem catastro
 phen sui consulatus Canisius habuit, nam quib. eum auspicijs iniit, ij
 dem obiit. Popularium igitur suorum iam beneficio ad consulatū pro
 uectus, Tribunorum ui adiuutus, acerrimè quæstorios equestres et eccle
 siasticum nomen uexare cœpit. Nec tantum eorum rationes exactissimè
 iussit recognoscere, sed diem peculatus dicere, multam irrogare, sed om
 nium primum ijs, qui è plebe ædilitatem gessissent. In Godefridi Vordij
 exulis rationibus, & diuersis consulatibus, cum ingens pecuniæ uis uel
 turpiter profusa, uel sublecta deprehenderetur, absenti dictus dies est ad
 populum in cœmeterio. Damnatur populi iudicio, & indicta quidē cau
 sa, ut usuraria quæ publicè illi pendebatur pecunia in erarium illata, & des
 statim eius diruerentur. Consociatis omnium animis, eò sub signis con
 curritur. Domū primū hostiliter prædæ datam diripiunt, fenestrasq;
 uifendæ elegantia uitreas excutiunt. His patratīs, nondum exaturati, ul
 terius sæuere. Ianuas postibus ac cardinibus conuellere, proiecturas co
 ronarum & loricas disijcere: tectis conscensis, imbrices diffringere: sug
 grundia comminuere: à fundamentis domum totam deniq; demolituri,
 nisi Cof. Canisij iussu, ab incepto consilio destitissent: ut postredie in
 publicum redigerentur, atq; inde redacta pecunia ærario inferretur. Pa
 ri inde animorum ferocia in alias nonnullas domos sæuitum est. Biduo
 post Vordij bona hastæ subijciuntur: domum eius licitatur & emit con
 sul. Acceptum id uulgo ita perinde fuit, tanquàm infesto atque inimico
 animo in exulis inuidiā hoc factitasset, ut esset quod absenti doleret, atq;
 ipse eius domum possidere diceretur, per quem aliquot antè annis igno
 minia publicè notatus fuerat. Egregia uindicta se ultus, si secundo uen
 to rectum cursum tenere potuisset. Eo consilio patrasse uel hoc solum ar
 guebat, quòd cum præsentī hic opus fide esset, nec soluendo ad se redi
 mendum foret, coactus fuit paludes suas extemplò & domum luculen
 tam, quam ad id temporis usq; inhabitarat, diuendere. Longè alia ratio
 fuit eorum, qui credebant eum exuli reconciliatum: atq; occultè per lite
 ras & internuncios rogatum fuisse, ut quātūuis potius sibi addici, quàm
 uel dirui, uel alienari pateretur. Quocunq; consilio mer catus fuit: tabu
 las à populo accepit, quib. cauebatur, ne cui mortalium unquam in po
 sterum, sed ne exuli quidem reduci, aut eius hæredib. ius in eum fundum

19 Jan. in a. n. n. d. m.
 19 p. m. b. i. a. l. i. j. p. a. r. t. i.
 v. o. r. d. i. j. v. e. c. a. n. i. s. i. u. s.

venerat

ac domum foret. Itaque ei emancipata legitimè à populo est. Turbas domesticas externus timor superueniens, statim excepit. Pridie nonas, militum copiarum Cæsaris stipendio inauthoratae, è Brabantia in Brederodiam ditionem (quæ pars est inferioris Batauiæ) irruptionem fecere. Rumor Ultraiectum allatus, omnia eos ad traiciendum apparare, ordines sollicitos habuit, ut à citeriore ripa arcerentur. Et difficile erat à traiectu eos prohibere, nisi sociarum ciuitates ad id quoque auxilia mississent: consiliorum ambigui diu, neque uim contra Cæsarianas copias audere parere, neque libenter committere, ut suos agros populatam Leccam transirent: postquam multiplex metu intra muros distinerentur. Sed ne firmi quidem quicquam auxiliij uiderent, quod externis copijs obijcerent: cum rempublicam haberent male concordem, princeps domo abesset, ueteres simul, cum Hollandis nondum exoletæ, exulum absentium insidiarum. Quod si transirent, periculum fore, ne impetu repentino ad mœnia facto opprimerentur: id quod procliuè factum, respublicam tam seditiosa ac bifariam diuisa uidebatur, ubi mutuo odio accensum intestinum bellum effecit, ut neutri alteris tuto crederent. Transitu Rheni externum itaque militem prohibitum, præfecti tota ditione rurestres ad oct. Id. Aug. in armis esse iubent. Edicto non parenti, multa publicatio bonorum, & capitis supplicium fuit. Superis designata statio est ad Taislicam (locus est inter ostium Leccæ & Tuualim pagum) inferis uero in Leccæ ostio cõdictus locus. Amisiani ad Holam conuenire iussi. Præstituto die in his locis, rusticorum à suis quibusque præfectis recensensus actus est. In Leccæ ostium ex Ultraiecto auxilia cum leuioribus tormentis mittuntur. Venere & ex Amorsfortia. Diuiditur hæc ciuitas in tres regiones: in Longam uiam, Curuam, & Bruelam. Ad bellum principi auxilia missuri, sortitum è patrio more conueniunt, quæ in armis esse debeat: ut una in hostem missa, reliquæ duci ciuitati præsidio maneant. Si quis autem militiam horreat, ita ab onere absoluitur, ut suscepto in locum stipendium soluat. Sub sortitione igitur Curua uia auxilio ducta, reliquæ per capita cornutos singulos in exeuntium impensas contribuerunt. Pontonibus itaque supra infraque in citeriorem Leccæ oppositum aggerem subductis, haud magno opere peditem, ne uadum transgrederentur, terruerunt. Superuenit huic terrori controuersia è Burgundica aula de portorijs, & nominatim de paludibus, earumque limitibus & iure renouata. Has ex iure manu confertum uocauerunt: de quibus multis antè annis inter utrumque populum uindictiarum iure sæpe actitatum fuerat. Usuraria pecunia omnis ex deposito, quæ publicè quotannis ab Hollandorum quibusdam ciuitatibus, Ultraiectini nominis hominibus pendebatur, iniecta manu afferra est. Prouentus item agrorum tota ditione Burgundica, quantum item fundorum in Iselsteiniensi agro possident, per Florentium comitem Burensem: non alio preteritu uindicationis, quam quod nulla iudiciorum forma statim de paludum possessionibus non cessissent. Satisfare ad hæc pro præde litis iussi, ne paludes de quibus iurgium erat, fodiendo minuerent. Agitur ordinum

conuentus

venerat

conuentus super uindiciarum lite. Huc acciti Amorsfortij præter alias ciuitates diocesis inferæ, sunt: quòd his in memoratis paludibus præcipuæ ferè possessiones essent: ut iure tabulisq; quas haberent, in medium prolatis, ad refutandos consultando aduersarios simul adessent. Confecta est quasi in rem præsentem in plano, ad regionis situm et cardines oculis subiiciendos, paludum ac finitimorum locorū descriptio. Verùm cum nec demonstratio hæc quicquam, nec tot annorum possessio obtineret, nec illæ è manu iniecta ex iure dimitterentur, iniuriam acceptam pati necessarium magis, quàm æquum, tum propter intestinam pestem, tum ob principis absentis diutinam expectationem, esse duxerunt. Suggillabantur interim Tribuni rationum ab aduersarijs, ob iniquum iudicium in multis irrogandis, ijs quos ipsi peculatus conuictos apertè iudicarent. Hanc igitur reprehensionem ut in ordinum rationibus recognoscendis fugerent, poposcere collegas sibi ex utriusque nominis hominibus dari, sed quorum existimatio & fama semper integra fuisset. Alleguntur ex religione Ioannes Realis, Fredericus Regius, Regij Consul frater, Lichtenbergus, Henricus Montfortius. Additi his ex equestribus aliqui. Cura his delegatur, ut ad aliorum exemplum pari ferueritate agrarios calculos, Leccanos, molares, Hinderdami, & id genus alios dispungerent. Horum præcipua ferè ratio fuit, ut quemadmodum pridem Vordij peculatus damnati ædes & bona publicassent, sic Soudenbalchium multandi anfas omni moto lapide exquirerent. Verum ubi aduersus eum quanta maxima potuit & industria & acumine diu desudatum esset, nec momentum ullum quod dignum operæ precium diceretur, in acceptis & expensis offenderent: callidū, uafrumq; hominem eum et uersutum clamare, qui prudenter ad aliorum flagitia conuiuens, ipse laudatam abstinentiam in suis consulatibus præstitisset. Restabat extrema anchora tentanda. Anno undecimo suprâ millesimum quingentesimum, ordines legem tulerant. Ne qua pecunia usuraria ex ordinū ærario pro numerata haberetur, nisi rationes principis Montfortiorū, & duorum qui ex ordinibus huc dicti essent, manu subnotatæ antè fuissent: ut illi quibus is magistratus deinceps demandaretur, eum integra fide & è re ordinum gererent. Id aliquo t annos initiò metu legis magis quàm religione diligenter obseruatum fuerat. Postquam autē comperitum esse cœpit, eam tribunorum ærariorum inertia ac indiligentia exolescere, simul & frigidè rationes cognosci, eas ex libidine illorum confici, legem pro antiquata haberi, securi omnia pro bono suo & commodo illi curatores agere cœpere. Ceterum ij qui ad rationum recognitionem ab ordinibus hac tempestate creati fuerunt, nullam nisi iuxta legem, subscriptam affirmarunt: multaruntq; plerosq; cum fortunarum memorabili calamitate, quorū relati calculi olim ita expūcti non fuissent. Anno undecimo Gerardus Soudenbalchius Canonicus, Euerhardi Cos. frater, ab ordinibus, rationibus agrarijs Hinderdami, Leccæ, molaribus præfectus fuerat. Harum autem unam xvi, aut xx. milium, uerùm quo con-

filio,

filio, pro comperto non habeo dicere, suppresserat. Sperabant quidam
 ex religioso nomine cum pleraque nobilitatis factione, illam ob id in acta
 relata à Cofs. tum haud fuisse, ne in manifestam peculatus suspicionem
 frater peruenisset. Rati itaque quod uerisimile erat, propterea editam non
 fuisse, quod ex lege subscripta non esset: proinde nulli dubium, quin quin-
 decim annorum spacio intercideret, quare magnam iam occasionem u-
 niuersam gentem perdendi animo conceperunt. Superstes in urbe erat fra-
 ter huius mortui Hēricus Soudēbalchus Canonicus, uir eximia prudē-
 tia & candore uenerandus: penes quem Gerardus moriens, & Consul solū
 uertens, acta sua & rationes reliquerat. Et in hoc negotio ne mortuis qui-
 dem parcebatur. Henricus citatur, ut demortui primum, inde exulis fra-
 tris rationes relatas ederet. Nihil ille cunctatus, extemplo eas exhibuit.
 Tribuni, ubi recognitis acceptis & expensis, præter expectationem &
 spem, illam hypographē herois Montfortij aliorumque in calce additam
 uiderunt, obstupēfacti, & quasi attoniti re insperata, utrunque absoluunt.
 Cœpit per hæc plebs subodorari, totum contra exules factionis negocium
 calumnijs agi. quare iussit Tribu. eadem æquitate aliorum (quæ factio
 diuersa erat) rationes ad legem refecare, ne caullis ludi se, neu minis ab
 incepto terreri, neu largitionibus transuersos agi paterentur. Non tulit
 factio, penes plebem de le uictoriam fore: quam ut ei præriperent, nouas
 consultando res inter se occulte agitant. Ager publicus quondam ad occi-
 duam urbis partem, qua Hollandiam spectat, populo Ultraiectino fuerat:
 à paludosa effoscaque regione nomen sortitus, uulgari uocabulo Humilia
 pascua dicebantur. Hæc anno trigesimo supra millesimum & quadrin-
 gentesimum, cum æris inopia, per bella resp. laboraret, iussu populi par-
 tim onerata, partim alienata erant: sed quibus conditionibus, quia parum
 constabat, à Tribunis rationum ad populum circa hos dies relatū fuit,
 ut tabulæ possessorum inspicerentur. Apparebat enim expansionibus
 usurarijs, quæ in iugera testandi causa ordinibus quotannis pendeban-
 tur, in fiduciarum mancipationē à maioribus tradita fuisse. Iam cum sol-
 uendo æri alieno resp. esse uidebatur, quia ager ille tertia parte precij a-
 lienatus erat, aut etiam minoris, plebs eum habere, restituique, quam tantu-
 lam pecuniam, qua redimi posset, malebat. Contrà, senes quidam etate
 confecti, à maioribus suis se accepisse affirmabant, initio mancupio da-
 tum fuisse. Sed decem annis post, cum ob eundem in ciuitate magni mo-
 tus orirentur, (nam plebem agrum alienasse fera pœnitudo cœperat) uel-
 letque populus possessores per seditionem ad remancipandum ob id adi-
 gere, quod in uenditione, cum probè æstimaretur, plus dimidio precio
 se defraudatos clamarent: negabant legitimam emptionem appellari
 posse: maxime quum intrà decennium pernumeratam pecuniam cum usu-
 ra iusta emptores recuperassent. Audiens igitur plebs, alias propter hosce
 publicos agros seditione tumultuatum in urbe fuisse, multo iam acrius
 in id incubuerunt, ut quod olim tentatum parum foeliciter esset, id nunc con-
 ficeretur: & rescripta pecunia, pascua iuris rursus populi Ultraiectini
 fierent.

sub suspicionem

legere

ad redimendum

uendit. de. 17. de.

*remouenda rescripta
de proprietate*

fierent. Metus interim senibus iniectus fuit, ne materia iniuriæ præbita, ipsi ad eam plebi authores essent: nam uulgi consilium in possessorum fraudem spectabat, ludibrium haud illepidum ad eam placandā, compe scendamq; seditionem huiusmodi excogitarūt. Si è rep. uideretur, & æquum, pascua olim publica postliminio restituere, possessores ad se accer si cum tabulis iuberent: ijsq; inspectis, nouas, si uideretur, de redimendo confectas, per uetera foramina immitterent. Prudens commentum ad i- niquos hominum conatus eludendum. Putabat enim plebs hoc pacto pulchrè sibi cautum iri, si integris ueterib. nouæ non separatim, sed cum illis commissæ traderentur: cum hoc illi agerent eo consilio, ut possessori cum libitum esset, antiquis inuiolatis, incorruptisq; nouas proscinden- di potestas foret. Per hanc speciem cauendi, mutandiq; emptionē utrisq; satisfactum. Antiquis ilico nouæ immittuntur. Nonnullas pro præsen- tis pecuniæ copia, nō grauatim ferentibus dominis, redimunt, abolentq;. nam ex publicatis exulis ædibus pecuniæ aliquantum, et ex multis non- nihil redactum fuerat. In magnam itaq; spem eriguntur, uniuersa pascua breui ad hoc exemplū publica se rursus facturos. Itaq; ad hūc quidē mo- dum pleraq; factio plebem ludificata est. Circa hos dies mittuntur ex ur- be duæ cohortes, quæ infulam Leccæ, quam Brederodius princeps uir- gultis consilia sui iuris, contra ostiū Rheni fecerat, ui perfoderent, eamq; agmini amnis per uiam sulcis in longū ductis facerent. Aliæ, quæ Ioan- nis Benigni Amsterodami aggerem disijcerent. Paulò sub hos dies epi- scopus ex Heidelberga reuersus, ubi temp. spe turbatiorē offendit, nec inimicitias inter plebē & optimates, nisi rationes procederent, compo- ni posse uidit, è Dorestato Batauodurorū Ultraiectū uenit. Nobilitas nihil moræ consilio, quod inter se principe absente occultè agitarant, tri- buendum rata, de fœdere cum plebe ineundo proponunt. Refertur res ad rationum tribunos: non abnuunt ne illi quidē, concordiaē semper (ut ipsi dicebant) studiosi. Conuenit igitur inter utrosque, ut penes episco- pum concipiendi fœderis ius & facultas esset, quodq; ipse pronuncia- ret, id utrisque sacrosanctum haberetur: adeò ut ne ipsis quidem concor- dias, inde quicquam uel mutare, uel addere liceret. Redijt paucis inde diebus, dissimulato consilio, Dorestatum. Itaq; operis cautum est tabu- lis in sempiternam reconciliationem à principe. quarum tenorem de uer- bo penè ad uerbū, quod fieri potuit, quàm diligentissimè adscripsi. Ta- bularum autem, quibus populus auctore senatu, principis arbitrium ra- tum esse uoluit, ante quàm in ciuitatem redijt, hæc forma fuit. Senatus “ populusq; Ultraiectinus presentium tabularum fide testificamur, quic- “ quid dissidij ac controuersiaē inter religionem & profanum nomen, “ quicquid inter nobilitatem et plebeios, & ciuem et conuenam intra mu- “ ros urbis, nemine excepto, hactenus efferbuit, id uniuersum principis “ nostri Henrici Palatini præsulis Ultraiectinorum arbitrij esse iussimus: “ placentq; eæ leges, quas ad concordiam pacemq; omnem urbis iustam “ & bonam est dicturus. Has autem quascunq; fœderis condiciones iusse- “ rit,

,, rit, sic affirmamus, assensu consociato eorum, quorum retulerint, si sine
 ,, sanguine, labefactioneque fortunarum in presenti & olim fiant: si nemo
 ,, alterius causa atrocius lædatur: ut in reconciliationis legibus amplius
 ,, pronunciabitur. Nos uicissim religione obstringimus, hisque tabulis reli-
 ,, giosius deuincimus, eas ita nos exequuturos, ut nihil tam magnum sit
 ,, futurum, quod impedire possit. Id autem in reconciliationis legibus in-
 ,, primis exprimi uolumus, ut rationes ab anno undecimo ad uigesimum
 ,, quintum usque, sicut coepit, & quidem nullius iniuria, seruata legitima iudi-
 ,, cij forma, exigantur. Ad hæc, fidem nostram obstringimus, quod sena-
 ,, tui, ut par est & æquum, parebimus, utque semper facere consueuimus.
 ,, Quod si quis contra ierit, aduersus hunc cum principe, Coss. & senatu
 ,, arma induemus: questionibusque habitis, ut foederis uiolati damnatum sup-
 ,, plicio multabimus. Contendimus itaque à principe, ut quam primum
 ,, ad nos in ciuitatem se, his consilijs finem facturum recipiat. Nec est quod
 ,, metuat à nobis noui quid: nihil enim ab eo uel iniqui, uel absurdi postu-
 ,, labimus: nihil inceptabimus, quod ad tranquillitatem concordiaque per-
 ,, turbandam faciat. Ista ut sincerè scripta arguantur, nos Operæ binos sena-
 ,, tores nostros exorauimus, & quorundam inopia, alios, quosque in suis o-
 ,, peris, qui hæc communi omnium nomine subscriptione testentur. Id quod
 ,, libentes uolentesque ad operarum preces nos fecimus. Anno uicesimo quin-
 ,, to supra millesimum quingentesimum, decimotertio Cal. Septemb.

Hac plebis uoluntate perspecta, Princeps cursu prope Ultraiectum con-
 tendit. Urgent cum religione optimates, ut sarcindæ concordia causa,
 quascunque uellet foederis condiciones conciperet, & ad eas iureiurando
 affirmandas in hoc ardore utrosque adigeret, antequam poenitudine uarij
 plebis animi ab eo consilio auerterentur. Episcopus nihil grauatè popu-
 li postulatum suscepit: & quidem eo libentius, quod cum nihil ultra se
 ad concordiam facere posse uideret, haud dubiam spem ex studijs om-
 nium ordinum colligeret, haud difficulter hac ratione eos conuerturos.
 Edidit paucis diebus foederis leges ingenti animorum plausu, & leticia
 publica, in hæc uerba: Henricus Palatinus. Ab initio episcopatus mei,
 ,, huc animus semper spectauit, ut pacem domi forisque haberem: & adni-
 ,, ter indies, incumbamque in id, dum uiuam, ut ditionem ocio & tranquilli-
 ,, tate florentem conseruem: maximè uero, ne illa per tumultum & discor-
 ,, diam, præcipuas rerum publicarum pestes, ullum malum parturiant. Et
 ,, enim quoties mecum reputo calamitatem, quoties cædes & miseras di-
 ,, uersas, quæ ex discordia nascuntur: & contra, quanta comoda, qui pro-
 ,, uentus, fructus, emolumenta, quæ mutua beneuolentia & animorum con-
 ,, iunctio, quæ felicitas reipub. ex concordia pullulet, nihil antiquius, ni-
 ,, hil prius duco, quam intestinum malum ab urbe nostra propulsare. Atque
 ,, utinam id integrum mihi fuisset. Vidi discordiam reip. uidi certamina, mo-
 ,, tus magnos, uidi coniurationes ordinum inter se: quarum ardor animum
 ,, meum incredibili angore discruciauit. Iam ne hoc malum ulterius serpat,
 ,, grassetur ue, uerum ut consilio maturè obteratur, stat huic contentioni re-
 ,, medio

medio obuiam ire: bellum intestinum componere, & animos partium
 cōsociare. Sed ista quo tranquillius transigi liceat, in disquisitionē popu-
 li prius uenire iussi. Operas separatim rogavi, ut quantum suæ contro-
 uersæ esset, meo arbitrio dirimendum remitteretur. Haud grauatè id
 factitarunt, & quidem mea summopere id desiderantis, contendentisq̃
 causa, quo iniuriarum memoria omnium aboleatur. Reconciliationis le-
 ges dandas, qualiscunq̃ uideatur, mihi permiserunt. Addiderunt & tabu-
 las, suo iussu, à singulis senatoribus fideliter subscriptas: quibus fœde-
 ris pacisq̃ leges omnes, quas dabo, iustas & bonas sibi fore confirma-
 rūt. Porro quod ad diuersam factionem hominum religiosi equestrisq̃
 nominis, quorum ista ex æquo referunt, (quando id ipsum ab ijs cōten-
 dimus) haud minus ardēter, quicquid fœderis erit, in nostrū arbitrium
 pedibus concesserunt. Simili ratione datis dextris (qua utile & necessa-
 rium esset) religiose, quicquid in fœdere exprimeretur, se persequuturos,
 spondere. Quoniam igitur utrinque huc conuentum est, ut meo ar-
 bitrio sempiternum fœdus coeat, condiciones disceptationis inter fa-
 ctiones (quod è dignitate nostra fuit) commentatus sum. pro testimo-
 nijs dixerunt ijs, quos huc pressi: rem ipsam quanta maxima diligentia
 licuit, propius cognoui. Comperi quantum seditionum, tumultuum,
 dissidiōrum in republica arsit, eorum omnium fontes è uarijs causis, oc-
 casionibus, calumnijs, erroribus scaturiuisse. Inde initia orta inuicem
 criminādi: inde certamina, iniurias, inde mutua odia emanasse: arma ad
 corporum & fortunarum custodiā sumpta: neminem alteri tutò se cre-
 didisse: deniq̃ læuas suspiciones ex tenuibus rebus natas omnia sacra &
 profana miscuisse. Vt ista componantur, actarum omnium iniuriarum
 memoria exolescat. Positis igitur simultatibus & spirituū ferocia, amo-
 toq̃ certamine ut partes reconcilientur, utq̃ urbs Ultraiectina ab inter-
 necino exitio defendatur, fœderis sempiterni leges in hanc formam con-
 cepi. Omnium autem primum placet, memoriā certaminum poni:
 dissidia, simultates, & odia, quæ inter homines omnis nominis, in no-
 stra repub. exarserunt, tum autē inter eos quibus nomen aliquod in par-
 tibus per ea tempora fuit, cum omnia seditionibus colliderentur, pror-
 sus aboleri, sempiternaq̃ in posterum obliuione obrui ac sepeliri: et qui-
 dem ijs de causis popularibus, quas paulo antè memorauī. Nemo labe
 factato, uel re, uel dicto nomē alterius, fortunæ suæ: sed præterita admissa
 condonantur. Certamina acta per has occasiones exorta, è pectoribus,
 animisq̃ eraduntur. Quicquid nostræ urbis hominum est, cuiuscunq̃
 ætatis, de transactis è mala conscientia, indignationē meam in posterum
 aut pœnam formidare desinito. In uniuersum admissorum omnium ue-
 nia, impunitasq̃ esto. Quantū ciuium est, deinceps Coss. & senatui pa-
 reto, & (ut bonorum ciuium est, consueuitq̃ fieri) sponte deferat. Quin
 aduersus hos nihil noui, & præter quàm decet, mouetor. Nulla omni-
 no comitia priuatim, nulli coetus occulti, nisi publico senatus consensu
 & autoritate, habentor: ut par est, & è more fieri assolet. Si usu eue-
 g niat,

» niat, quem operarum conuentum haberi: is non nisi loco designato &
 » nutu senatus habetor. Calculi ab undecimo anno, ad præsentem usque
 » continuantor. Quin & rationum Tribunos, nihil præter rationes iam
 » deinceps publicè curare placet: sint in ijs toti recognoscendis, conficien-
 » disq;. Adsunt illi, quorum est exequi. Hic uis omnis publica, priuataq;
 » abesto. Disceptationum publicarum ditionis & controuersiarum co-
 » gnitio penes senatum permaneto. Tribuni nullum ius, facultatēq;, quic
 » quam inquirendi ultra impositam prouinciam usurpanto. Secundum
 » ista edico, ne quis cuiuscunq; loci aut nominis sit, qui ue à partibus stete-
 » runt (ut paulo antè dictum est) cum aduersario nouum certamen ca-
 » pesserat, iniuriam ue faciat: sed pacem & amicitiam consociatis animis co-
 » lat: pertinax concordia in congressu familiari & mutuis commercijs ad-
 » feratur. A dicacitate, conuicijs, cōtumelijs, in totum abstineatur. Si cui
 » iniuriarū actio aduersus quem oriatur, in ius uocatio esto. Lege agito:
 » diem dicitō: de iure & iniuria disceptato. iudicio contendito: nec aliter.
 » Qui aduersum ierit, ac secus fecerit, quàm in his legibus expressum est:
 » qui ue unam aliquam eius partem uiolauerit: qui ue ad cupidinē noua-
 » rum rerum confurrexerit, idq; adeò senatui suboleuerit, stat nullo parti-
 » um discrimine, hunc ipsum ut fœderis ac pacis uiolatorē, publicatis bo-
 » nis extremo humanorū supplicio afficere. Ad id studia necessariorum
 » nostrorum præsens auxilium ferent: ad hoc Cōs. Tribuni, ordo sena-
 » torius, & consensus bonorum omnium arma induent: ut mihi priuata
 » fide interposita religiose receperūt, ubicunq; extra, intra ue muros eius-
 » modi opprimatur. Sin uoluntarius populus haud segniter, è fœderis
 » conditionibus, insigni cum laude sua ipsorum, suum officium faciat, (ut
 » non addubito eos facturos) faxo uicissim, ut in nostram dignationem
 » & fidem receptos pergam tueri. Talem aduersus eos affectum induam;
 » qualem est principis erga suos in rem omnium declarare. Affirmaui au-
 » tem hoc fœdus, libero meo arbitrio permissum, tabulis signo nostro
 » obfirmatis, XIII. Cal. Sept. Episcopus fœderis leges signatis tabu-
 » lis expressas, ad hanc formam operis dedit. Et uidebatur facile pax, tran-
 » quillitasq; hac uia coitura: quòd præcipuum omnium seditionum irri-
 » tatarum consilium de rationibus continuandis in his sanctionibus, ad
 » plebis nutum perspicuè expressum esset. Tribuni rationum per hæc ple-
 » bis toties expertæ inconstantiam ueriti credo, principi suam fidem ad-
 » uersus nouarum rerum concitatores obstrinxerunt. Accessit huc quoq;
 » pertinax nobilitatis consensus: huc religionis acre studium, & senatus,
 » ad restituendam rempub. & legum uim. Princeps fœdus promulgatu-
 » rus, populum in curiam suam basilicæ D. Martini & Seruatoris heren-
 » tem, in concionem aduocat: ubi Iacobus Mindenus de fenestra præfuli
 » sinister, huiusmodi orationē ad conciliandos uarios plebis animos com-
 » positam habuit. Quem diem sæpenumero uotis, à deo Opt. Max. uide-
 » re desiderauit, ciues, is hodie lætus mihi, uobis item (ut spero) candidus
 » ac faustus, reipub. uero uniuersæ annua gratulatione atq; obsecrationi-
 » bus

Tribuni rationum sunt
 deputati quosdam ad
 expectationem fundam

Ille omni seditionum principis
 et conuictus fœderis

bus festus illuxit. Is enim est, qui mihi ex animo egritudinem sustulit: ditionem publico gaudio perfudit: urbem ab horribili seditionis fragore, serenitate inducta, tranquillauit. Quoties consexi uos (forfitã iustis de causis armatos, per templa, uias, cœmeteria, forum, comitia peruagari, tacitus apud animum meum depoposci ad supplicium eos, qui uestros animos pessimis artibus sollicitatos ad arma perpelebant. Quibus discursibus & tumultu infano, ne ipsi quidem res uestras domi haud modicè fractas diffitemini: confessis enim periculum factum est. Itaq; simul atq; principis libero arbitrio pacis ac concordiaē leges sanciendae ultro permiseritis, metu omni dempto, nusquã circumspēctans pavidus, sed quasi post longam iactationem procellis & turbinibus elapsus, uisa procul terra alacrior, non possum non ad uos de salute parta uerba facere. Confido uos non oscitanter aduersuros animos, ubi intellexeritis uestram foelicitatem. Dicam autem quo potero compendio, exuberante lætitia nimium perfusus, quanto non modò metu euerfionis, sed occidionis (dicam liberè) uos, uestrasq; coniuges & liberos prudentissimo cōsilio liberauistis. Maiores nostri cum utrinq; hinc ab Hollãdis, inde à Gelris uicinis principibus bellis incesferentur (non enim diutius licuit quietis esse, quàm illis bonum uisum fuit) nihil prius contra uim habuerunt, quàm hosti beneuolentia, quod fieri posset, occurrere. Erant autē haud omnino bellorum rudes: quamobrem multis prælijs clarum nomen adepti fuerunt, & tamen quietem tumultui, pacem atq; ocium bello anteposuerunt: ut principes uel bellorum, uel pacis artibus illustres essent. Quod si ea uia nihil promoueretur, & hostis obsidione pressis, scalas & machinas muris admoueret: tum uirtutem in dextera ostendere, egregiè pro aris & focis pugnare, strages edere, cōcordes pectora hostibus pro muris objicere. Conspicuos eos uicinis populis cōcordia faciebat. Etenim ea tenues respub. à paruis initijs ad summa imperia sæpe creuerunt: ut contra, urbes opibus florentes & amplissimarum rerum splendore, intestina discordia ruunt. Norant illi hæc: quapropter nobis ditissimam ditionem his artibus partam & propagatam tradiderunt, atq; utinam acceptam per manus consimili gloria posteris nostris relinquere mus. Sed is demum maximus hosti terror est, id ualidissimum præsidium, in quod tanquam in cotem nouacula, illiditur. Quàm angustis terminis circumscriptam, quàm pauperem rempub. initio habuimus, quis omnium est qui ignoret: ditionis pomœria quàm contracta: & paucos intra annos Imperatorum & regum munificentia, imò uestra cōcordia quàm uasta, quàm lata accepistis: quorum uix quartã hodie portionē, & tamen opulentã satis possidemus. Reuoluite mecum annales rerum Ultraiectinarum: in conspectu ponite, quibus maiorum nostrorum artibus ecclesiae uestrae res auctae sint: quantis difficultatibus, sed summa ordinum cōcordia ab externis principibus defensae. Adelboldus cum diu bellum detractasset, dubium eius euentū ueritus, coactus penè tandem cum Theodorico tertio eius nominis Hollandorū Comite in pu-

gnam descēdit: sed infoelicitē. nam praelio superatus, captusq̄ ab eo in
 Hollādiam abductus fuit. Neq̄ uerò una aut altera aduersa pugna opes
 nostrę accisæ fuere. Natiuum id uirtutis decus est, ut eo se uiolentius eri-
 gat, quo laceffitur magis. In tantam amplitudinē capto Adelboldo, bre-
 uiter res urbis creuerunt, ut ipsi potentissimis principibus essemus formi-
 dabiles: & alijs etiam suppetias tulerimus. Mox Conradus cum eius no-
 minis quinto Theodorico praelio congressus fuit (bellum præfui indi-
 ctum constabat, quod Godefrido Lotharingiæ duci contra eum cohor-
 tes armatas auxilio misisset) hic res Comiti impuberi adēptæ, cum per
 nostrum Antistitem redditæ essent, pax facile facta est: nam hosti formi-
 dabilior erat, quàm contemptibilior. Quantum bellum cum Hereber-
 to gessit eiusdem nominis sextus Comes: Ciuitatem hic etiamnum reli-
 giosam principijs bellorum, cum sex menses arcta obsidione ad Sagun-
 tinam penè famem usq̄ pressisset: diffidens eam se ad deditiōem posse
 compellere, omnia apparare ccepit, quibus ad expugnationem opus ef-
 set. Stabant scalæ iam muris admotæ, arietes, machinæ expeditæ, acies
 instructæ, signum expectantes: cum episcopus pontificali ornatu, comi-
 tate religione, repēte apertis portis intrepidus copijs in procinctu stan-
 tibus obuiam procederet, Comitem dijs manibus deuotū fulmine per-
 cussurus. Princeps Hollandus Antistitis uenerando habitu attonitus,
 inermem se ad eius pedes prouoluit: ac suppliciter ueniam petenti, his le-
 gibus iniuria condonata est, ut soluta obsidione cum exercitu è ditione
 Ultraiectina discederet: restitutis rebus, nunquam populo Ultraiectino
 arma inferret. Taceo quanta uirtute insignem à Guielmo quinto Hol-
 landorum principe acceptam contumeliam, paulo post reducto exerci-
 tu uictore aboleuere nostri. Prætereo clades barbaricas, quibus cum ci-
 uitas non semel ab Hunis, Danis, Nortmannis, Phrysijs perinde deleta
 esset, atq̄ à Græcis olim Troia, ab Alexandro Thebæ, ab Annibale Sa-
 guntus, à Mumio Corinthus, Alba à Tullo: tamen concordēs id anni-
 xi fuere, ut & ampliorem & splendidiorē ditionem pararent: paratam
 ad nos transmitterent. Vindicarunt egregia sua uirtute ab hostium in-
 iuria Imperatorum profusa ac prodiga in uos monumēta: quæ quidem
 hodie ius uestrum exiuisent, nisi concors maiorum uirtus dextra & fer-
 ro retinuisset. Eadem ciues, quibus artibus incolumia illi conseruarūt,
 ijsdem & nobis defendenda sunt. Talem igitur rempub. si in ocio certa-
 tim foueritis, nullus hostis exoriri poterit tam grauis, qui eam obterat.
 Sin A te aliqua in partes uos diuellat, gloriam & foelicitatem uestrā, per
 inferam Germaniam conspicuā, quæ hæctenus incolumes mansere, per-
 ditum ibitis. Libet oculis exponere deformem discordiæ pestem, nō ob
 aliud, q̄ ut ea urbe propulsata, et memoria quorundā temporū tacta, sce-
 dus pacemq̄ factam sanctè deinceps colatis. Monstrū est, quo terra nul-
 lum procreat foedius, nullum detestabilius. Parentes cōcitat in liberos,
 quos nullum scecus domesticum quāuis arctum satis potest adiungere.
 Germanos inter se committit: nihil pensi habet, quid misceat, dum om-
 nia

nia transfusa agat. Omnia in ciuitatibus, ingenijs natiuis præclara in-
 uertit, ne coetus hominum, qui ad societate colendam conuenerunt, pos-
 sint in unius populi corpus coalescere. Dominatio multorum exitiabi-
 lis est, inquit poeta: at hæc per speciem iuuandę reipub. omnes ad domi-
 nandum extimulat, ut quot sint capita, tot rectores habeantur: & dum
 simul dominari laborant, fit, ut nullus omnino sit magistratus: citra cui-
 us authoritatem & imperium nulla regna, nullę ciuitates cõseruantur:
 sed legibus dissoluta immanium beluarum more omnia feruntur, agun-
 turq̃. Ibi cædes, latrocinia perpetrari necesse est: ibi undique insidias
 strui, dolos neçti, pro libidine omnia geri: quando metus, quo ista pro-
 hiberentur, abest. Nunc non disputo de lucro è mercimonijs, & questu:
 quæ per deos immortales quanta forent, ubi neq; legibus uiueretur, ne-
 que uis, neq; flagitia supplicijs cohercerentur: Nomades plaustris degē-
 tes fuisse legimus, qui incertis sedibus, nullis legibus ferarum more sem-
 per uagabantur. Vtrum igitur magis è reipub. sit ducendum, authoritati,
 imperioq; magistratus concordia reipub. parere, an nihil sani sapere, ulti-
 mo exitio per seditionem paratos, æstimationē uobis permitto. Redeo
 ad id unde digressus sum. Cū igitur in magna gloria & opibus semper
 res Ultraiectina per concordia uinculum esset, simul & militari gloria
 floreret, opere precium est cognoscere, ut uires nostræ in sese aliquando
 per dissidium intestinum ruerint: hostibus prædæ, ditioni calamitati at
 que uastationi extiterint. Possem externa alioqui, possem item remotio-
 ra exempla domestica cõmemorare: uerum ea attingam solum, quæ uel
 uestræ adhuc memorię, uel parentum hærent: quo perspicuum sit, initi-
 um turbandi omnia atq; miscendi, ab intestino malo ortum. Tragici ma-
 li exemplum fuit Lichtenbergensis factio, quæ ut à paruis initijs ccepit,
 sic urbem & Hollandos in atrox bellū coniecit. Adiutus ad facinus per-
 petrandum opibus Suederi Montfortij, Huberti Vianensis, et Ioannis
 Bunschotiorum præfecti, dolo ac fraude minime Ultraiectina Iacobus
 Lichtenbergensis captum episcopum Guielmū domi suæ tenuit. Con-
 spiratur à rusticorū multitudine: undiq; factioni dolus, insidiaq; neçti-
 tur. Collegit interea se ex agris iuuenum robur, cum iam annum ferme
 in custodia pro consulis fuisset: atq; alij alijs uijs urbem intrantes, in do-
 mum Lichtenbergi impetu facto, principē liberarunt. Sequitur bellum
 ab exule episcopo indictum: & paratur communiter utrinq;. Occurrit
 Iacobus Lichtenbergus principi in Hoeh Vucerdā, fit acerrimum præ-
 lium magna utriusq; clade: cadit per aduersum pectus transfixus episco-
 pus. monumentum cædis adhuc extat. Excepit intestinum malum ex-
 ternum statim bellum graue & ingens: quo, cæso Archidiacono Guiel-
 mo è Comitibus Hornensibus, & pleraq; nobilitate, capitur Guido epi-
 scopus. Nec continuit se pestis, nullis quantumuis foedis cladibus exatu-
 rata. oritur sub hæc intra urbem iterum seditio: qua ex composito, ab ad-
 uersa factione ui exuscitata, trucidatur Iacobus Lichtenbergus, cum ali-
 quanta suorū parte: & quidem contra foedus. At hoc recentius est, cum

Soudenbalchiana gens duce Henrico Montfortis ad dimicandū instructa ē Palatio descenderet: acerrimeq; inter Castrensem & Romanū pontem cum inimicis dimicans, magna clade affectos eos per aduersam portam expelleret. Timor sublatus, exacta factione, uidebatur: sed iacta ad bella solū erat alea. Cōprehensus Mōtfortiorū heros ab episcopo, in custodia paulo pōst tenetur. Mox inde amicorum fide & Montfortiorū ciuium uirtute septus Henricus Niueldius, urbem armatus noctu cum parua manu ex Amorfortia profectus intrat, captum uinculis eximit, ipsum Antistitem ultimo supplicio affecturus, nisi inter pugnandum in prætorio uico ictu globi in uulnus corruisset. An non hic fortuna, imò fatum dominabatur? Captum Dauidem, uarietatis rerum humanarum parum memorem, Amorfortiam relegant. Et præclarè cum nostra repub. actum uidebatur, cum capto turbarum authore, (ut tum ferebāt) bonis restituta esset. Adfuit breuī supplicij exactor Maximilianus rex, qui uos obsidione lōga cinctos, ad ultimū ad quaslibet pacis leges compulit. Traditur Friderico Egmondano custodienda aduersus rebellionem porta Cathariniana, machinis uestris seclusis, fossa munita. Vilissima mācipia in ditione Burgundionum, sub sacrificulo episcopo eratis. Capitalis dies dicebatur ei, qui per imprudentiam uocem inclementiorē aduersus tyrannidem effutiuisset. Mitto alia, quæ non opere est referre, ex domestica discordia tamē nata omnia. At recuperata porta, frustra (quia repub. consociabant) Egmondanus alias atq; alias insidias, prodiciones, & dolos postea urbi nexuit. Ex turbido itaq; coelo in serenam lucem uos hodie mature euasistis: at dispeream, nisi multis argumentis similes tēpestates exorituras breui, fuisset colligere, si perrexisset ista uestra rabies amplius conualescere. Æternas nostræ reipub. opes, si in percusso foedere perseveremus. nam dissidia & factiones sunt uenena, eaq; (ut quidam disertè dixit) una opulentis ciuitatibus labes reperta est, citra quam imperia forent immortalia. Præclara sentētia, quam o dī immortales, utinam omnes saperemus. Sed illuc reuertar. Nonne spectaculo estis theatro finitimarum regionum: nonne taciti in sinu rident uestram ingruentem euerisionem? Exules uestros ad cœlum uehunt, quorum prudentia clamant, semper cautum, ne intestinis seditionibus sit tumultuatum: nunc repub. magistro atq; clauo orbatam sursum deorsum iactari. Hæ illorū uoces passim audiuntur: & uix audeo apertis uerbis argumenta proloqui, quibus auguror eos hoc agere, ut intestinus furor uobis externum bellum gignat. Utinam Iani esletis omnes. Quid sibi uult aliud, quod uos ad insueta uectigalia in mercatibus adigere antuntur? Quid, quod ciuem retinent? quod merces uestras bonaq; publicè possident? Quid, quod agros, paludes, usurarios redditus in omnibus locis manu consertum uocant? Quid, quod sponsonem recusant? Nimirum perspiciunt callidi homines, omnia æqua & iniqua nō solum uobis inter uos dissidentibus extorqueri posse, (quid enim facilius?) uerumetiam opportunitatem dari, ut eadem uia de urbis possessione iudicio

cio contendant, uel armis: scilicet ut uobis unà cum sacris & profanis potiantur. An non huc dementiæ properastis? Nota uox Philippi cognomento Boni est, cum de paludibus contenderetur: futurū, ut eas nō in cardinibus regnorum, sed sub turri (proh superi) Martiniana effoderet. Creditis tum, ubi in eorum ditionem concessistis, spem finiendi mali ad futuram: Imò duplicabitur: nihil enim dulcedine libertatis gustata, seruitute durius. Atq; hæc denūciauit uobis ciuillis discordia. Sed matu- rē respiciuistis: quæ res affirmat mihi, claram æternamq; rempub. ad poster- os, formidolosam uicinis principibus fore. Itaq; lætor, uosmet seced- endi libertatem uobis ademisse: & quòd datis dextris fidem perpetuæ cōcordiæ sanxistis, id utile erit ditioni, & cum immortalī gloriā coniu- ctum. Ad hunc quidem modū Mindenus: simul tabulas sanciti foede- ris è gremio extractas, resolutasq; ostendit, ac tribunis tradidit. Poste- ro die mane Tribuni rationū in curiam coguntur, ubi datis dextris co- ram episcopo concordie foederisq; uinculum sanxerunt. Adacti sunt su- per hæc iureiurando, subscriptis tabulis, affirmare, se senatui adiutores aduersus seditionis concitatores, & foederis uiolatores in curia pontifi- cia (qui locus ibi omnis ordinis mortalibus designatus est) ad futuros: poenam de nouarum rerum authoribus sine mora sumerēt. In episcopi uerba iuratum est. Vicissim princeps fidem Trib. suam adstrinxit, nun- quàm se rempub. deserturum. Breui quàm hæc in urbe confecta sunt, Vuicam Batauodurorum in arcem se recepit.

LAMBERTI HORTENSII RERVM VLTRAIECTINARVM

Liber Tertius.



RA X interim per aliquot menses, mitigata his artibus discordia, domi forisq; fuit. Sed quamuis per recens ictum foedus, quātum discordiæ fuerat, compositum uidebatur, feroces quorundam spiritus, ocio per diu- tinam comitia habendi licentiam, desueti, haud tamen quieuerunt. Aduertebant hoc consiliū, quod in pa- cis leges concessum esset, ab optimatibus & religione ex industria desu- datum fuisse, non tam publicæ utilitatis gratia, quàm ut lupato plebi in- iecto, soli ipsi dominarentur. Paulatim igitur dolere cœpit, iugum indu- isse. Oriuntur interim acerbæ simultates, eoq; indigniores, quo ægrius erat, sub legibus et magistratus imperio uiuendum esse: ex composito se- lufos ab ijs, quos haud ita pridem ipsi in senatum legissent: in se non so- lum illos, uerumetiam omnes ordines cōiurasse: auctam, nō diminutam seruitutem: tolerabiliorem Soudenbalchianam dominationem fuisse, quàm horum tyrannidem: deniq; de ijs reuocandis, quos nuper exules esse iusserant, consilia agitare: quocunq; modo foedus factum distingere. Cōtrà illi pauci quidem, sed manibus prompti, et uigentes corporibus,

quos antè dixi à prima secessione, nobilium & religionis factionem ferè per tutatos, negare id citra dimicationem futurum. In hac autem animorum dissensione, et irarum certamine, utriq; alteris huc insidiantur, ut in discrimen uiolatæ pacis mutuò se conijcerent. Et nusquam deest hortator ad præbendam materiam inimicis. Fortè crepusculo diei ita accidit, ut præter spem quaterni repleti uino ac cibo, in publico ab utraq; factione sibi obuiarèt. A religionis & optimatū partib. erant Michaël pistor, Gerardus Nouiomagus cultrarius, Cornelius Hackius, Harmannus Oestromus: plebei, Gosuinus Amorfortius pictor, Arnoldus & Ioannes Sandanus germani, Vuolterus Damiaeus: cum quibus post paululum se cōiunxit Guolterus, Theodorici filius, audacia & uirtute pares, & principes partium. Primo statim occursum neutri alteris de uia cedūt: neutri pedē referunt: pro comi salutatione, conuicia utrinq; magnis clamoribus iactantur. Res inde ad manus uenit, pugnaturq; a cerrimè. Plebei ad postremum Damiaeo & Ioāne Sandano uulneratis, postquam aliorum impetū diutius se ferre posse desperarunt, & uiolenta impressione iam loco pulsi, emotiq; essent, faciunt fugam. Alij, ne in fuga contractis auxilijs ferocius pugnam iterum lacefferent, palantes sursum deorsum insequuntur. Nec antè insequēdi finis fuit, quam in domos quisq; suas compulsi essent. Concordiæ ac pacis fœdere per istam dimicationem uiolato, cura senatū incessit: nec fœdifragos plebeios metu plebis, cui inuisi ob cōcordiæ conditiones esse cœperant, arripere ausi fuerunt. Ad didit facinorosis audaciam Consul is fauor, qui ex cōposito religioni & optimatibus infestus erat. Itaq; certatim indies uires confirmare: inuicē periurij arcessere: rupti fœderis criminari. Vtrisque erant sui ad capitis diem dicendum, & ad uadandum instigatores: eratq; ingens certamen non solum de pugna laceffita, sed etiam utri priores conuicia dixissent. Neutri, ad tuendum factionis suæ nomen, et demēdam ignominiam, uadimonium detrectant. Pistor cum suis in portam Catharinianam prior se recepit. Pictor in carcerem posterior, quod Macellum appellatur, uoluntarius uadit. Senatus plebem metuens, literas dat ad episcopum, qui per hos dies in Transilanis erat, de authoribus uiolatæ concordiæ, ut reditum, quātum posset, Ultraiectum, priusquam malum gliscens se reciperet, maturaret. Princeps per literas ilico in uinculis illos asseruari in suum aduentum mandat: constituens, ubi inde reuersus esset, tormētis de facinoris authoribus quæstiones habere, capitisq; in eos animaduertere. Respōsum atrox principis relatū, haud secretò apud senatū hēsīt, peruulgatūq; statim tota urbe est: uerūm capitis uadatos nihil planè cōterruit. Et profectò sequuta fuisset animaduersio seuerior, quàm tempora & reipub. status postulabat, si principis aduentus statim à patrato facinore eos recenti ira oppressisset. At partes uehementer è patrati sceleris conscientia pro suis solliciti, (tametsi certamine magno ab sese crimē prius prouocatae pugnae auerterent) ne reuerso episcopo, qui in horas expectabatur, in grauius discrimen deducerentur, contemptis ic̄ti fœderis le-

ris legibus, spreto ordinū consensu, & authoritate, cum telo tumultuo-
 se tota urbe in cœmeterium Ioannis quartum secedunt. Diffonis inui-
 cem ibi criminantium clamoribus, tuentiumq; suos disceptatur: diuq; in
 ira & odio perseveratum, ne indicta causa pendentes rei damnarentur:
 sed arte agendo, dum ira iusta principis uetustate exolesceret, huc à con-
 sentiente omni multitudine itum est: ut uadati utriq; è publicis custodijs
 ita sua fide domos suas dimitterentur, ut comperēdinatis uadimonium
 sistēdi differretur. Atq; hac in re perspicue apparebat, animos plebis per
 sanctum scœdus irritatos magis quam fractos fuisse, redditosq; multo
 quam antea ferociores. Michaël pistor accepto populi iussu cum suo
 sodalitia prior ac libens è porta abiit. Plebei primū aliquandiu in ad-
 ferenda uadatione perseverarunt, abnueruntq; carcere exire. Precibus
 ad postremum suorum inducti, protestantur, se inde non supplicij me-
 tu conterritos, nec conscientia uiolatæ pacis ictos, sed iussu populi abi-
 re: nec ut sordidatos reos uadimonium deserere, sed eodem reuersuros,
 causamq; in uinculis dicturos, cum à principe iuberetur, & ad antestan-
 dum citarentur. Et in hoc quidem statu res erāt Ultraiectinorū: Trans-
 montanis inter hæc Amorfortijs, tametsi domi res essent quietæ, per ui-
 cinam tamen pestem concessio ocio ex sententia frui non licuit. Erat A-
 morfortium nomen ob agrariæ pecuniæ constitutionem apud princi-
 pem non solum inuidiosum, uerumetiam ominosum. Exaggerabatur
 indies eius odiū calumnijs alijs atq; alijs, quarū nimis credulus princeps
 postea ipse sibi pœnarū exactor fuit. Ingeniorū loci, & cordati populi
 gnarus, infestissime eos odisse cœpit. Legationes illorū aliquandiu admit-
 tere noluit, animūq; iam dudum ad uindictā adiecit. Oppidum itaq; sæ-
 pe insidijs aggresso, frustra in cœptum fuit. Tantum apud prudentem
 episcopum ualuerunt paucorum consilia, & priuata per id temporis in-
 uidia. Edixit præfecto arcis Amisianæ, & prætorib. eius ditionis, ut in
 Amorfortiorum agrorum cultores agrarios uectigal cōstituerent. dis-
 simulās interim suo id iussu fieri. Concurrunt totis agris coloni prope-
 re in ciuitatē, quasi amentes: querimonias suas ad dominos fundorum,
 quid in se immeritos à prætoribus paganis tentaretur, deferunt. Cogi-
 tur senatus tumultuose, dant literas illico ad rusticarum iurisdictionum
 prætores, in primis autem ad Præfectum præsidij, in hæc uerba. Vide-
 rent etiam atq; etiam, quam rem agerent: per nouam hanc, pecuniā co-
 lonis suis imperādi formam, sibi uim fieri, iura libertatemq; pop. Amor-
 fortij uiolari. Non commissuros se agros iuris Amorfortij uectigales ip-
 sorum aut cuiusquā libidini fore. Præfectus rem illico ad Antistitē de-
 fert, cum exaggeratione querimoniarū: id quod procliue illi erat apud
 nominis Amorfortij iam dudum apertum penè hostem. Criminatiōes
 autem omnes ferè ex uano erāt. His calumnijs episcopus multo in illos
 magis accensus fuit: uisq; res indignationis plena, quæ sibi & prætori-
 bus in posterum insigni damno foret. Scripsit ex suorum consilio lite-
 ras ad Amorfortium senatum, quæ lectæ in hanc ferè sunt sententiā. Po-
 pulum

pulum Amorfortium indies apud se ab hominibus utriusque nominis religiosi & profani de ui criminari: qua cognosceret suam iurisdictionem non modicè legi, et maiestatem imminui: se tamen haud ita temerè induci, ut delatoribus quibuslibet fidem suam accommodaret. Ageret itaque de legatis ad se mittendis, per quos se, de ijs quæ obijci possent, purgaret. Condixit item diem, ad quem legatis audicendis sese daturus esset. Legati mittuntur, Nicolaus Gerardi filius, et Petrus Hardefeltius. Hi Amorfortia profecti ad Cal. Nouem. Dore statum uenere. Acciti in prætorium interius (ubi episcopus cū nobilitate primaria ab intimis consilijs sedebat) nihil benigniter illis (uti antè cōsueuerat) suum aduentum princeps gratulatur, sed toruo obtutu perinde atque hostes intromissos recipit. Dexter Iacobus Mindenus assedit, læuus libellorum magister, quæ uulgo Cancellarium appellat. Inde utrinque Fredericus Seldenackerus, Gybertus Hardenbrochus, Hadrianus Rhedius, præterque hos unus & itē alter. Ibi Mindenus uehementis uir ingenij, & reliquis non paulo facundior, (ut sæpe antè dictū est) oratione præparata acerrimè in Amorfortios inuehitur: ut si hostilia moliti fuissent, nihil quicquam acerbius addere potuisset. Telam omnium eorum, quibus principis maiestatem in speciem imminuisse uisi fuerant, ordine à principio ad finem contexere exorditur: ea eleuans, exaggeransque, quātum dicendo ualet. Primū omnium obiecit, haud diu esse, quod Susatenos aliquos è principis iurisdictione per lictorem intra muros retinuissent, ob nihil aliud, quàm quod ad constitutum inter suos uectigal (quemadmodum in alijs pagis factitatum fuerat) ibi contribuissent: quamobrem recētis grandem multam edixissent. Quam quidem contumeliam, quod ipsi ius multandi eos qui extra urbes agerent, usurpassent, principi haudquaquam ferendam esse, sed ære pensandam, perinde ac si res abstulissent. In literis haud ita pridem à senatu ad episcopum datis, eius nomen perspicuè à scriba læsum: quasi per uim, nullo iure Amorfortiani prædij colonum nuper arripuisset. His acceptis legati ad colloquendum pariter & deliberandum paulisper, quid ad ea præmeditatè respōderent, pace principis, egrediuntur. Post paulò intro reuersi, disertè obiecta refutarunt: expurgantes in primis senatum, qui semper illius maiestatem, quod licuit, à factione asseruisset, nedum hic imminueret. Accepta expurgatione legatorum, perrexit Mindenus (uti incoeperat) historiam criminationum pertexere. Super hæc quotidie eos plebem rure in ciuitatem extractam, ad sistendum cogere: diem apud iudicem urbanum dicere: indicta causa statim damnare, mulctareque, ut libitum esset. Quoniam ista superbe ad la cessendum principi stomachum patrata constaret, iuste eum in illos hostilem spiritum induere, qui hostium speciem præberent: certum esse, non tolerare diutius se pro delectamento haberi. His moribus damnatum insigne dari. Municipiorum numerum (inquit) indies augetis magno principis dispendio, ne in eos ius præfecto præsidij Amisiani imperiū ue sit. Vult igitur, ea de causa numerum eorum pariter & nomina in indicē relata

cogno-

cognoscere. His delatis quid expetat, poscat' ue uidebitis. Colonis ue-
 stris maximè sub Luesdana prætura prohibuistis, ne diebus iudiciorū
 à prætore pro imperio ad constituendum iudicium uenire iussi, pareāt,
 præter consuetudinē, quæ haud nuper ibi recepta est. ut ex Ioanne Fon-
 ckio prætore loci, & ciue Amorfortio pridem accepi: & querimonias
 suas de uobis detulit. Accedit ad ægram principis mentem & hoc. ex il-
 lius mādato prætor Luesdanus constitutionem uectigalem nuper cum
 in sua prouincia collecturus esset, edicto cauistis publicè, ne ad eum, sed
 uestrum quæstorem episcopo pernumeranda deferretur. Aqua & igni
 super hæc Ioannem Fonckium interdicerere uoluistis, quòd quosdā agra-
 rios fundi Amorfortij colonos Ultraiectum ad forum ecclesiasticum in
 ius ob id uocarit, quòd pensionem è liberalitate ultronea in singulos an-
 nos ei dari solitam, non pependissent: nam ea se redimūt, ne diebus ope-
 rosus iuri dicundo adesse teneantur. Paululum in senatu addubitātū fu-
 it, num hac de causa urbe pelleretur. Insignis contumelia fuit, quòd per
 uos stetit, quo minus licuit episcopi uicario extremum iuris aduersus e-
 uangelicos fratres Ioannitas persequi: à quo eos defendistis. Postremò,
 quid hoc aliud est, quàm oblatum auxilium ijs qui principi oppedunt:
 maximè, cum Arnoldus Dolrerius Consul obstaret, ne uiator in Hœch-
 landios missus cum ijs iure ageret, qui imperatam pecuniam nondū sol-
 uerant: ijsq; multatitium pignus auferret. Obiecit præter hæc nonnulla
 alia perleuis momenti in speciē admissa: ut ad hunc modum captatis oc-
 casionibus Amorfortios percelleret, resq; in suburbana eorum ditione
 nouo more pro libidine mouaret. Ad ea legati modestè, quātum ex tem-
 pore impræmeditatis facultas suggessit. Effectum id interim est, ut actio-
 nes, & criminationum capita scripto traderentur. Regressi Amorforti-
 am, rem ad senatum referunt. Nec operosum sanè fuit, calumniās uerius,
 quàm criminationes, omnia perperam interpretantiū diluere, & earum
 aliquas accusando exaggeratas, molliori interpretatione lenire. Scripto
 itaque episcopo ad singula respondetur, uerum seriùs aliquanto. nam
 paulo q̄ literæ Dorestatū adferrentur, populo Vuicano clam, Transi-
 selanos petiuerat cum modico equitatu. Incidit hoc iter circa Cal. No-
 uembres. Obnupto capite, ignotoq; habitu per Amorfortiam, (ne pro-
 ditus Gelro opportunus foret) profectus, sequenti nocte in Scura pro
 populariter nobili nomine diuertit. Paululum ibi somno ac cibo potuq;
 recreatus, sub lucem cōscenso equo, circa medium diei celeriter Dauētri-
 am peruenit. Quatriduo post dux Vuolfgāgus episcopi frater, cum reli-
 quo equitatu eum sequutus est. Hæsit in Trāsiselanis inde usq; ad Cal.
 Martias insequentis anni, qui uigessimus sextus erat supra M. D. Vnde
 iterum in superam Germaniam abiit, nemine itineris certiore facto, pe-
 nes quem in tanta inferæ ditionis rerū uarietate, cura reipub. esset: cum
 superiores principes regni fines & septa egressuri, soleāt in ordinū con-
 uentu, quem haberent, curam & pontificias uices ipsis deferre, ne nego-
 cia obeunda & rerum administratio desereretur. Quapropter uariè id à
 malè

1525 in nouis

+1526

1526 in archy m. j. d.

male feriatīs hominibus acceptum fuit, alijs aliorum occultū abitum interpretantibus. Mansit in Germania à Cal. Martijs menses plus sex. cū in tantum iterū Ultraiecti fax seditionis se reciperet, ut metus esset, ne in testina rabies bellum externum excieret: tametsi plus irarum quàm iniuriarum esset. Pulso igitur legum plebs ac suppliciorum metu, comperendinos fœderis uiolatores religione absoluit: ferox populus ocij desuetudine omnem lapidem mouet, ut per occasionem summa imis cōmutaret. At religio obsequendo omnia facere, quæ ad pacem retinendā adiuuarent, blandimentis mitigare, speciosis uerbis extrahere, rationes exacto exequi: quo princeps redux utcunq; pacatum ciuitatis statum inueniret. Canisio principio anni Cal. Feb. prorogatus est Cōsulatus præter morem. Ioannes Vordius, quia continuari abnuuit, magistratu abiit: cui sufficitur Ioannes Vualanus. Multi tribunorum se magistratu abdicarunt. Hoc anno Amorfortiæ Cōs. facti, Nicolaus Ioannis filius, & Euerardus Donsilerus. His temporibus principi ab Roma suus confirmatur episcopatus: ad quem usq; diem à Philippi obitu Consul primarius in ciuitate ius proprætor dixerat, ac uices imperatorias in hoc magistratu obierat. Traditum fuit (ut accepi) id priuilegij Ultraiectinis à Cesare Vuencellao. Idem factum Amorfortiæ, è consuetudine magis ab episcopis longa serie affirmata, quàm priuilegio. Redit inter hæc Dorestatum è Germania præsul quinto Cal. Nouē. Ibi haud diu commoratus, ad septimum Idus Nou. (quia alijs super alias literis accersebatur) Ultraiectum cum ingenti ordinū letitia & effusa gratulatione uenit. Aliquot ibi diebus gratulando, comedendoq; magis, quàm ordinandæ rei pub. cura absumptis, in grauem & periculosam ualitudinē incidit. Descendens ad animum quàm parum tutum & odiosum foret, ibi decumbere, ubi ab armis & fremitu nulla quies erat, tertio Idus Nouem. Dorestatum se recepit. Quàm uariæ de eius morbo repentino per eam tempestatem suspiciones iactabantur, non operæ est referre, multi certè huc trahebantur, ut crederēt ueneni potione languorem abortū: quod quia parum efficax erat, & minus præsens, ualitudinem aduersam et morbum diuturniorem fecisse. Equidem nihil habeo quod pro comperto ausim affirmare. Ultraiecto discedens duos uicarios reliquit, Iacobum Mindenum & Ernestum Amerongum: penes quos omnium momenta causarum esse iussit: summa item potestas sciscendi, edicendi, promulgandi, delicta corrigendi foret. In uniuersum his demandatum, ut obeuntes per omnia principis uices, uiderent ne quid detrimenti respub. caperet. Toti hi in remp. intenti, nusquam ex urbe discedunt, si eam autoritate magis & clementia, quàm imperio, ab armis, et in armorū desuetudine continerent. Stimularunt eorum animos quoq; gloriæ studiū, & apud posteros laudis amor, si pacis & concordia artibus remp. restituere ualuisent. Paulo sub hæc, quæ aliquot menses quieuerat controuersia de paludibus, deq; utriusque regionis cardinibus ab Holl. iterata est. Quoniam autem ea quæ ad hanc disceptationem pertinent, haud perinde multis no-

no 1525 in feb cōsulatus
canisio et joan dōnsilerus

in nouembri

tis nota sunt: operæ precium uidetur excedere paululum ad ueteris hu-
 ius certaminis causam (quia frequenter nobis de eo mentio fuit) enar-
 randam: ne cum rebus, memoria disceptationis tam memorabilis ad po-
 steros aboleat. Anno septuagesimo primo & secundo supra M. CCCC.
 in aula Burgundica assentatores quidam erāt (quod genus hominibus
 omnium ferè principum aulæ sunt refertæ) qui gratiam apud Carolum
 Ducem inituri (qui à rerum gestarum magnitudine Magnus cogno-
 mento fuit dictus) illi persualerant, interiores paludes Goylandici iu-
 ris, aut certè dubiæ possessionis esse. Speciose dictum magis, quàm uerè.
 Persuasum fuit haud difficulter, quippe bellicoso principi, bello & glo-
 riæ & ad amplificandum Burgundorum imperium nato. Eas mox ex
 iure manu cōsertum uocat. (nihil de hoc certamine ferè antiquius) Di-
 sceptatur inter ipsum & Dauidem de iure finium, magna ui. Ille studio
 recuperandi amissas paludes, ut persuasus erat: hic uindicandi tuen-
 diq; cura, quæ suæ ditionis per tot annorum possessionē essent. Ad po-
 stemum, ut certaminis aliquando finis foret, uterq; arbitrium eiusdem
 regni & linguæ consultissimis uiris, & libellorum magistro tanq; prima-
 rio arbitrij disceptatori defert. Apud hos cum prouincialis curator Du-
 cis nomine, de regnorū terminis, argumentis ac testimonijs certare cō-
 tenderet, nihil comperti de terminatione paludum affirmare ualuit. Cō-
 trā Dauid episcopus cum ordinibus ditionis, limites suos nauiter, tabu-
 larum fide, quas ab Imperatoribus, ipsisq; Hollandorum Comitibus de
 cardinibus habebant, nixus, defendere. Adducti ad hæc octuaginta e ca-
 pularibus locorum testes. Prolata item sunt & acta haud pauca, quæ de
 eadem controuersia extabant: allegata possessio: producti in rem præsen-
 tem. Curator prouincialis aduertens futurum, ut arbitri in consiliū mit-
 terentur, iamq; censerent, conterritus, ad demendū principi dedecus, in
 eam uerecundiā adductus est, ut arbitrariā sententiæ pronunciationem
 persequi desisteret, & studio per suam negligentiam obliterari pateretur.
 Iam inde semper episcopi & ordines Ultraiectini in pristina possessione
 quietere: & in tot seculorū serie, nullo infestatore pacati fuerāt. Itaq; an-
 no uicesimo sexto (ut coeptum est narrari) ea lis de iure finium denuò e-
 dicto aduersus præfulem edito à Burgundionibus renouatur. Ex ordi-
 nibus mittuntur Emnessam cis aggerem legati: eò euocantur & Amor-
 fortij, cum quibusdam ciuibus, quibus in ijs regionibus fundi erant, in
 rem præsentem: ut simul adessent in notandis utriusq; regionis cardini-
 bus. Huc adhibuerunt Ultraiectini paludum locorumq; Amisianæ di-
 tionis in plano descriptionem, quæ posteris temporibus in nostrum ius
 concessit. Hæc ita parata erat, ut in ea paludum ordo contineretur. In ra-
 dice montis, Amorfortia ad ortum, Ultraiectum ad occasum cum finiti-
 mis agris sic depositum erat, ut hinc Vechta amnis, illinc Amisiū in ma-
 re se effundens, interiora uicorum, paludum, oppidorumq; utriusq; no-
 minis duobus quasi brachijs complecteretur. Discurrebant lineæ discri-
 minatrices cardinum, quibus regiones distinguebatur: fossa item pone-

Emnessam ceteriorem in turri Martinianæ directè opposita, cardo utriusque ditionis. Huius autem chartæ ope adiuti, cardines, quos plebs incola rusticorum antiqua appellatione Leuepalum nominat, & Raïam, ad uetustum soli ius uindicandum accuratè notarunt. Principum ad disceptandum de regnorum limitibus conuentus Schoenhouig inter hæc habetur. acciti huc sunt quoque Ultraiectinorum ordines: & nihil aliud hic quàm disputatum est ad altercationes usque, de Ultraiectinorum iniuria, contumelia, & insolètia: quod longè ditissimam partem palustris soli Goylandorū regioni ablatam, tot secula nullo iure possedissent. Reposcere itaque se, præter ipsius fundi ius, aliquot seculorum scenus, quod in immensam & intolerabilem auri uim excreuisset. Ordine ius finium ualidis argumentis tueri, tabularum testimonia, annorum supra præscriptum, possessionem: arbitrii desertionem (qua uel sola in fraudem incidere aduersarij potuissent) producere. Adhibita est et illa chorographia in re quasi præsentis, de qua paulo antè dictum est. Adduxerunt ueterem et hodie adhuc durantem distinctorum in ijs regionibus terminorum nomenclaturam. Quæ argumenta liquidò limites arguerent, & controuersiam omnem exemissent. Redeunt ordinum legati rebus interea infectis domum. Ad hunc modum cum diu certatum esset, eò denique deducta res est à Burgundis, ut proponeretur de deferendo ad sequestrum certamine: interea tantisper à fodiendis palustribus desisteretur. cum cōstituta disceptatio finita esset. Paucis post diebus Margarita regnorū præses literas ad ordines Ultraiectinos dat: quæ in concione extemplo recitatae in hanc sententiam sunt. Quoniam in conuentu Schoenhouiano nuper ita conuenisset, ne paludes Goylandicæ effoderentur, ni sequestrata litem confectam haberent: Scirent itaque, eas se manu confectum iterum uocare. Responsum ab ordinibus, sibi nō liquere, ubi homines Ultraiectinæ ditionis, fodiendo alienum fundum, ius Goylandorum usurpassent: certè in confessione omnium mortalium esse hæctenus intra diocesis limites, suas paludes, quarum ius, sine ullo cum quoquam certamine, penes se hæctenus fuisset, se fodisse: neque commissuros se hanc causam sua inertia ita oblitteratam ad posteros cum perpetuo ipsorum certamine, & suo immortalis dedecore transmitti. De sequestro uerò nō liquere in conuentu quicquàm decretum fuisse: nisi quod agris animis hac lege discessum esset, ut domos reuersi, rem integram ad suos referrent. Cum autem neque scribendi, neque infestandi finem facerent, ordines peruiatorem ad summum imperij iudicium prouocationē fecere. Res quominus expectata erat, eo doluit Hollandis magis. Prouocationē tamen haud recusarunt: cum mallent alioqui certamen intra ditionis septa componi. Literas mox paulo Florentius dat ad basilicæ primariæ Decanū, exostulationum & stomachi plenas: prouocationes id genus in Burgundionum regionibus inusitatas: cum lites, si que cum finitimis populis cooriretur de iure iniuria ue, intra eas disseccari cōsueuissent. Per hanc prouocationē, contra morem maiorum aduersus Cæsarē factam, eius

Maiesta-

maiestatem imminui: ansam hinc uindictæ nasci posse, & concitari aliquam tempestatem. Hinc manus iniectioes, hinc publicas bonorum & usurarum possessiones exorituras. Itaq; ex amicis Imperatori inimici fierent. Proinde antequam illius iram in se uertant, si rebus suis bene cõsultum cuperent, rem in̄tegram ad arbitros deferrent, sequestros uel ponerent. Sedato paululum pauore inter hæc, noua iniuria ab Hollandis proficiscitur. Viatores duo, qui ad prouocandum missi erant, Mechliniæ contra ius gentium uiolantur: arrepti in carcerem ducuntur. Tertium, mox quàm hæc agerentur, & paulo post quartum cum edicto literæ mittuntur, ut à fodiendo desisteretur. Simul denunciatur, ut Iselæ uadolum fundum, & Rheni oblimatum alueum effossionibus perpurgarent. Mota lis simul damni infecti, ad id sarcendum, quod Amsterodami, per Hinderdamum, ui fluminis illorum negligentia fractum pridem acceperant. Indignatibus Ultraiectinis importunè omnia ista simul moueri, cum nuper in conuentu Schœnhouiano placuisset, nouam disceptationem Iselsteinæ de ijs rebus constituendam esse: interea de ijs susperfedendū. Quare ad singula per literas responderunt. Deinde remissus omnia Burgundi agentes, causam paludum negligere cœperunt: dimittuntur interim uiatores domum e carcere. Externam inquietationem intestina procella suscepit. Medijs his temporibus, quibus foris ab Hollandis exercebantur, domi sic satis placida ac quieta omnia fuerant. In concordia legibus expressum erat, ut summa cura Tribuni rationes continuarent: & multati quidem iam multi erant. Iamq; cœperant religiosorum & equestrium rationes dispungere. Hi obscuram atq; humilem multitudinē blandimentis ludificando, causas quærere cœperunt, ne in fortunarum naufragiū, & sempiternū nominis dedecus (id quod uidebatur futurum) uenirent. Pro se quisq; annititur, ut quacunque uia posset fieri, rationes abrumperentur. Mindenus ut cognatos periculo, quod ingruerat, eximeret, contra pactum persequēdi calculos, plebi se opposuit. Nihil plebs ægrius unquam tot superioribus seditioibus tulerat, atq; hoc factum: quod ab eo rationes nunc impedirentur, à quo earum dispunctio primum agitata esset: quiq; adeò nuper in pactis concordia principi & populo autor extiterat, ut procederent: quiq; uindex earum datus esset: indignum uisum tolerari. Tribuni, quia contra scœdus rationes abolere nitebatur, rem pari iure atq; equitate indictis comitijs ad populum ferre uolunt, uel inuitis urbis præfectis. Spectabant huc, enim, ut contracta in comitium tota urbe plebe, ulciscendi se studio magis quàm rationum, (quanquàm harum quoq;) in inimicorum inuidiam exulibus reditus decerneretur. Iacobus Mindenus alter præfectorū sollicitudine iniecta, octauo Idus Decemb. Tribunos rationum sub Hasenburgum cõuocat, (ipsum autem locum testudine lateritia ad specus modum cõcameratum, Ultraiectini Papcameram dicunt.) Ibi multa de exactis tumultibus, deq; uarijs populi studijs & fortuna & reipub. statu proximo biennio exposuit: quî seditio seditioem seruit, & quæ inde

her- tuchator fmr hou
katon de rathay wamof
des. uer ghu nitur

In decembri 1520

incommoda domi ac foris fuissent sequuta. Ac nisi pacis tenaces essent, futurum ut breui grauior uis externa ciuitatē adoriretur. Verū quod ipse accingi diceretur ad impediendam eam rem, cuius affirmandæ dudum se authorem obtulisset: & plebem ob id fremere. Quoniam autem posterior dies priorum magister esset, nunc clarius se perspicere, quantum malorum agmen secum rationes traheret: contra se consultorem, adeoq̄ bonis omnibus ad id adiutorem fore, ut amicitiam & pacem colerent, & cupidinem omnem à certamine inutili auerfarentur. Proinde de continuandis calculis super sedendum. Multa id genus delinimenta in speciem utilia dedit. Ad ea Tribuni posse quidem illas mitti, nisi nupta iuramenti religio obstaret: & allaturum id momentū aliquod ad placidiorem reipub. statum. Sed quia plebs tota huic spectaculo intenta, in dies faces subderet, ut fastigium rei aliquando imponeretur: si nondum iurifurandī religione exoluti rationes intermitterēt, æternum de decus suis nominibus inuicturos. Adde & periculum commune, quod inde à plebe cum sibi & senatui, tum religioni & optimatibus immineret. Expertos se nimium, quantum furor popularis ualere: malle præfectos, adeoq̄ ipsum antistitem sibi inimicum, quam plebem ad tragicam calamitatem extimulare. Feroci Tribunorū responso exagitatus præfectus, Agite dum (inquit) quoniā ita fieri necesse est, cum subsidio, omnia mea mouentur mecum. Simul ægrescenti animo inde se in curiam abripuit. Euntem sequuti mox Tribuni, postulant habendorum comitiorum potestatem populo dari. Negat ille se facturum. Plebs auditis ijs quæ ordines molirentur, ab ijs confertis capitibus in se coniurari, Consulibus Canisij animū explorant, (nam is totus plebis erat) quid in re dubia, si ad nouas res confluere, ab eo sibi expectandum foret. Quia autem & hūc morum optimatum iam dudum pigere cœperat, occultè eos hortando ad arma, ne finerent rationes per se cordiā exolescere, per omnia se dissimulaturum promittit. Nocturnos cœtus domi suæ habere: uiam inire ad se ulciscendum: deniq̄ palam cum præfectis de comitijs habendis expostulare. illi armis se intercessuros minari, si cōtra fœderis fidem ad res nouas confurgerent. Mandat inter hæc consuli (quando fremitus et clamor indies cresceret) ut in unum aut alterum arreptū animaduerneret, quo reliqui quiescerent. Consul modò hoc, nunc illud causans tergiuersando, eos extrahit. Addit illud quoq̄, religioni periculosum fore, si tali occasione ad armatam secessionem concurreretur. Itaque sexto Idus Decemb. (qui dies Conceptioni D. Virginis solēnis habetur) ad uesperū, homines in proceres nobilium coniurati, cum ingenti urbis terrore in cœtū coiungere. Vbi multa secretò de nō ferenda seruitute, et perfidia tum procerum ecclesiasticorum, tum equestrium, questi essent, ira doloreq̄ perciti, datis dextris coniurant, eò die ante noctis cōcubium, uictoriam se præfectis, quam nimis insolenter aduersus plebem exercerent, extorfuros. Designant ad cœdem & direptionem e factiōne utriusq̄ nominis. Tum demum parta uictoria, de reuocandis exulibus, de restituenda pri-

stino

stino splendore repub. se acturos esse. Postquam datis ordine dextris re-
 ligione se mutuò obstrinxere, mittunt internuncium, clam præfectis to-
 ta urbe, in primis autem in inferam ciuitatis partem, ad homines factio-
 nis plebeia, quorum uirtus sæpe antea in dubijs rebus enituerat: ut pau-
 lo post diei crepusculū, circa primam facem, armati in supera parte ad-
 essent: stare, nobilitatem & religionem nihil opinantes opprimere. Ipsi
 interim in ponte fullonum, molem è trabibus transuersim rudibus agge-
 stis, contra inimicorum impetum, erigere raptim aggrediuntur. Serum
 autem diei illune erat, & nox tota, quo periculosus erat cōsiliū, quod
 inceptabatur. Et ut undiq; tuti forent, dextra læuaq; & à tergo uiarum
 angustias, scamnis & sedilibus obiectis præcludunt: ut circumquaq; tu-
 ti foret, si qua uis insperata aliqua immineret. Dispositi passim in statio-
 nibus cum armorum omni genere, qui, ne munimēta irruptione aduer-
 sariorum disijcerentur, prohiberent. Ipsum uero robur plebis in fronte
 ad trabium cumularum molem collocatur. Validum præsidium, un-
 de memorabilem cladem edere potuissent, si diei aut plenilunij beneficio
 prospectus in aduersos pōtes datus esset. Tessera erat, ut accepto aduer-
 sæ factionis aduentu, signo in proximis templis ad arma cōclamaretur:
 ad quod & ij qui nondum adessent, ex insidijs alios ferirent: & alij per
 stationes distributi, ad tuendum se, & fortiter pugnandum intenti es-
 sent. Præfecti urbis contrā, aduersa plebis ui, per tenebras, Consules
 primum, quorum alter (ut dixi) apertè coniurationis suspectus erat, in
 curiam pontificiam celeriter conuocant: rati haud segniter agendum es-
 se, priusquā plebis robur tota ciuitate contractum inualesceret. Contra-
 hitur huc et nobilitas, & proceres nominis ecclesiastici. Voluntarij quo-
 que è plebe pauci illi quidem (de quibus sæpe antè à nobis memoratum
 est) sed audacissimi, in armis adsunt. Horrenda faciès, cum funalibus in
 curiam per tenebras undiq; concurrentium: & armorum strepitus hor-
 rorem augebant. Nobilitas cum parte plebis, quam uis lōgè alijs nume-
 ro impares, ducum tamen uirtute nixi, nihil grauatè cum incōdita absq;
 principe multitudine dimicationem capeffunt. Præfecti ubi uidere suo
 rum animos ultimæ pugnae instructos, nullam moram interponēdā
 arbitrati, suos trifariam partiuntur. Religio curiæ præsidio relinquitur.
 Quantum uerò plebis & nobilium hominum erat, ita diuisere, ut ipsi
 cum robore suorum à fronte, plebis opera adorirentur: reliqui dextra
 læuaq; per nouam uiam, & aliam ad Teutones desultoriam, magnis cla-
 moribus subito in ipso pugnae ardore, illos aggredierentur. Dantur tes-
 seræ è more militari, ut Iacobus Mindenus præfectorum alter, cum par-
 te plus dimidia dextrum fluminis latus: Suederus Sulemus, uir nobilis,
 & belli artibus clarus, sinistrum tueretur. Mindenus paucis suos pro
 tempore exhortatur, ne pauci multitudine imbelli deterrerētur. Noctis
 tenebrose beneficio, minus periculi à globis tormentarijs, qui in incertum
 nullo prospectu mitterentur, adesse. Deinde ipsam cumularū tra-
 biū molem, plus sibi quā plebi opportunā: quam ne magnæ quidem

15 26 27 de romb
 in his sedibus sit et sit hufat
 p. r. r. r. r. r.

mindenus et suemus de
 Anreuzi

operæ esset disijcere. Veniret in mentem pietatis erga patriã, cum quanta gloria pro liberis & uxoribus, pro aris & focus apud posteros, aduersus ciuem perniciosum, qui bonorum omnium fortunis immineret, iam decertaturi essent. Illos sine duce uulgus iners nunciato suo aduentu, illico fugam facturos. Se principe duce, præeunte sagato senatu, optimatum præsidio septos, patriæ communis salutem asserturos. Denique eam noctem pacem et ocium domesticum haud dubie æternum parturã. Dum præfectus in hunc modum suos in procinctu stans ad pugnam animat, Pistori & fusori æramentario, domum Teutonorum exeuntibus, duo plebei, Gerardus Niger, & Laurentius Godefridi filius, dudum Ædilis, & haud ita pridem Trib. ration. dum superã urbis partem incauti petunt, in ipso propè limine occurrunt. Agnitos extemplò per umbram (quamuis alioqui haud facile esset) dedendos deposcunt. Negat Niger id citra pugnam ac sanguinem fore, ac priusquam hastam expediret, Michaël telum in aduersum pectus arcu, quem ad id tensum, paratumque habebat, torisit. Et traiecerat aduersum inimicum, ni ex cõposito ad armorum omne genus thorace & triplici uillo foraminibus confertis textro, ac loricato nulli telo penetrabili, pectus poplitenus muniuisset. uir tamen sagittæ humi corruit. Capti ambo in uincula ducuntur. Inde primæ facis silètio in manipulos ita, ut dictum est, distributi undique plebis opera inuadunt. Conclamatur ad Gertrudis et Nicolai ad arma. Primo impetu, clamore oppugnantium terror multo maximæ parti eorum iniicitur, qui luxu diffuentes, lingua quam re promptiores erant. Hi per uado proximas domos dilabentes, occultis uiarum diuerticulis et anfractibus inde sese abripiunt. Reliqui in statione permanentes, acriter opera defendunt. Sed in hoc conflictu nullius æquæ uirtus, ex optimatibus, insignis fuit, atque Iacobi Mindeni. Primus enim in summam molem desultoria leuitate connixus, pugnam lacessiuit. Sequuntur hunc alij, ita ut quisque laudis ac gloriæ cupidus maximè erat. Clamor ingens oritur, nec minus inardescit cominus pugna. Plebs ferociter hos propugnaculis deturbare, nihil loci segniciei relinquere. Pars, quibus id negotij datum fuerat, per trabium iuncturas ac rimas, inimicos ad strepitum quemlibet quantumuis leuem sphaeris eminus ferire. Fuit ea dimicatio utrinque hoc uehemèntior, quo ira atque odio magis res gerebatur. Stetit diu anceps pugna, priusquam se uictoria inclinaret: tantaque ferocia oppugnantium defendentiumque opera pugnabatur, ut insigni clade uictoribus & uictis luci ea conflictatio stetit. Mindenus ter hasta loco submotus tantum non in terram concidit. Tum demum dolore & gloriæ cupiditate pariter, iraque accensus, cum globo suorum iterum in summum euadit. restituitur pugna omni telorum genere, multo quam antea infestius: ita ut loco plebs aliquantum optimatum tandem uirtute submoueretur. Cæterum antesignani postquam & latera & terga, suorum præsidis nudata præter spem animaduertere, in fugam abeunt. Et quia per densissimas tenebras palantes tota urbe in uestigio uictoribus periculosum erat persequi, aduersam

uersam trabiū molem extemplo disijcere aggrediuntur. Elabuntur interim muros seditionis è plebe principes, quos metus supplicij ex per mali conscientia stimulabat. Nonnulli, quos uel grandior ætas retardabat, uel pauor retinebat, aliquandiu latuerunt, dum muliebri habitu, aut ignoto cultu, quo portarū custodes facile erat eludere, urbe paulo post exciderēt. Sed multo plures fuere, qui noctis beneficio incogniti, de quibus nulla unquam suspicio fuerat, postridie in tabernis, suis opificijs operam nauare uisi, in posterum uictores latuerūt. Scio fuisse quosdam, qui ancipiti pugnae euentu territi, in armis domi, utrò se inclinaret uictoria, intenti stabant. Hi audito suorum casu, oppellulatis statim foribus, ne & se proderent, luminibus extinctis, in penetrerioribus aediū suarum partibus se continuerunt. Vt cunq; itaq; huius nocturni praelij fortuna cecidit: uictoribus tamē, quā uictis, perniciosior, magisq; cruenta pugna fuit. Cecidit in uulnus globo traiectus Suederus Sulenus, uir ex antiqua Sulenorum gente, nobilis: & Quirinus Ridderus, crassus pictor, adolescens adhuc imberbis, & nec dum ad militiae munus, & stipendiū faciendum aptus. A plebe unus desideratus est, qui nodo praecutis clauis graui, per caput & cerebrū percussus perijt. Praefecti inde in curiam regressi, suorum uirtutem laudarunt. Mox (ne disturbata palansq; multitudo iterum se in coetum conglobaret) uictores manipulatim urbem cum tympanis, alij alijs uis peruagando, reliquum noctis consumpserunt: abutentes nimis impotenter aduersus uictos, insolenterq; uictoria, principum plebeiae factionis aedibus uitreas fenestras excutiūt: in fores uiolenter insiliunt, eas quasi diffracturi quatunt. Ad postremū, nullam ferociae hostilis speciem praetermittunt. Mane Dorestatum Mindenus ad praefulem de fuso nocturna dimicatione ciue seditioso, literas dat: simul de ijs, quos cōclusos in carcere habebat: si ualeitudinis ratio permitteret, Vltraiectū, ut de reis cōsiliū praesens capi posset, quamprimum adueniret. Habetur eo die senatus, ad quem praefecti de habendis quaestionibus, de seditionis concitatoribus referunt. Multa hic in eum ordinem grauius simul & acerbè ab illis dicta sunt, quòd eius somnolentia seditiosorū ciuium audacia indies magis ac magis confirmaretur: quam nisi ipsi sua uirtute superiori nocte, cum tristi suorū clade, oppressissent, iam religio, iam senatus, iam optimates, & quantum bonorū hominum esset, caedi direptioniq; dati forent. At multo impotentius inuecti sunt in Consulē Canisij perfidiā, qui coniurationis conscius, coetus nocturnos flagitiosorum ciuium in interiori aedium suarū parte habuisset: cum illis, contra duos ordines, & aliquantam senatus partem, quae suspecta plebi erat, cōiurasset. Arguisse id eum superiori nocte, cum nisi pudor, ne proderetur, obstitisset, neq; in curiam pontificiā uenisset, neq; ad frangendum illorum furorē, quenquam ad arma cōuocasset. Hinc illum in uultu pallorē fuisse, hinc trepidationē, cum praeter spem, subito domo excitus, in curiam, ubi ordines congregati erant, adesse iuberetur. Visos saepe seditionis coryphaeos, cum alijs, tum intra quadriū, illos

& illos (quos nominatim ibi perstringebat) post serum diei domū eius intrantes, conticinio furtim rursus egressos: quos interdū, ne se indicaret, ne nutu quidem obuios dignatus fuisset. Consul ad ea uehementi oratione usus, primū se expurgauit: inde ostēdit, occasionem & causam seditionis, ab ipsa nobilitate & præfectorum iniuria primū ortam, qui contra concordiae dudum sancitas leges, rationes optimatum & religionis impediuisent. Iustis de causis à plebe, cum se ludibrio haberi uiderent, comitia postulata. Itaque ad uesperam usque dicendo totū diem exmerunt. Postero die iterum per præfectos senatus cogitur: fueruntque tum
 » senatui authores huiusmodi senatuscōsulti faciendi. Qui in supera ur
 » bis parte in armis fuissent, in perpetuum exules essent, ne uir, mulier ue,
 » eorum quem hospitio exciperet, capitis periculo, latentes proderent sub
 » occasum solis. Indicibus sua præmia forent. De reis, qui in uinculis erāt,
 » quæstiones haberentur. Indicio nemo proditur. Magna ciuium mul
 titudo, alij aliò exulatum abiuerunt. Interuenit è Dorellato inter hæc, ordinum consilio, rempub. in meliorem formam constituturus præsul, inualidus atque æger. Senatui publica sollicitudo et cura incessit, ne securi periculorum, per proditionem ab exulibus opprimerentur. Itaque duplicant in muris nocturnas uigiliarum stationes, excubias item pomceria nocte obequitantes, & portarum custodias. Interea de reis quæstione in carcere habita, confessio exprimitur, plebem metu ne arriperētur alij post alios, ob improbius diem habendorum comitiorum postulatum, ad arma nocturno tumultu excitam fuisse. Nec ad cædem aut direptionē, ut maxime in eo conflictu fuisset superior, rationem cōsiliatorum spectasse, ut ipsi fingerent, uerū rationes cōtinuari uoluisse. Præfecti ueriti ne per moram quid interueniret, quo è uinculis eximerentur, capitis anqui rendos condemnant. Nec alius ferè dies tristiore rerum faciem, toto illo triennio, quo intestina discordia laboratum fuerat, habuit. Auxit horrorem armatorum equitum, à quibus è curia pontificia ad supplicium in Palatinum forum contra incertam uim deducebantur, apparatus. Et ne usquam Tragici spectaculi specimen deesset, pars equitatus iussa, tota urbe, ne qua uis à plebe cooriretur, uiarum ambages sursum deorsum obequitare. In hos omnibus passim regionibus ab imbecilli sceminarū puerorumque genere comitia, & uoces mordaces iaciebantur: irudines, ac sanguisugas gangrænas appellare: fore nunc, ut ciuium sanguine, quem ardentem tam diu sitiuisent, aliquando explerentur. Clamor ululatusque omnibus urbis regionibus audiebatur: sed multo continentius in forum confluentium mulierum agmen, uocesque miserabiles edentium, tandem mouit præfectos, exciuitque miseratione circumfusis in coronam equitibus, lachrymas. Mindenus, interim dum licitor reos ad supplicium parat, reputans secum, quanta se & stirpem suam inuidia ex ciuium poena ad posteros maneret, simul commiseratione ictus, uerso calcaribus equo. Reducantur isti (inquit) in carcerem: hodie superstites adhuc sunt. Niger inde supplex ueniam publice à senatu cōsequutus, in quadriennium exul esse

esse iubetur. Laurētius uerò, quoniā Tribunatū rationū superiorib. rei. tempestatibus gessisset, eumq̄ impotentius aduersus pleramq̄ nobilitatem exercuisset, quā uel ocio quietiq̄ reipub. conduxerat, uel illis gratum fuerat, in uinculis ad grauiores quæstiones asseruatur. Existimabat præsul, ut uerisimile, occulta consilia, quæ uulgus latuissent, se tormentis ab eo expressurū. Et in hunc quidem modum, uictrix factio plebeiam potentiam armis fregit: cum tertius annus ageretur, quo semina discordiæ intestinæ primum iaci cœperant. Verū iuste ne an iniuste ad seditionis faces hac uia extinguendas grassata fuerit, nō obscure iudicari potest. certè ius inde æquum stetit, qui plus armis ualuit. Sed quantum ea uictoria, & dominatione, ex illa, parta ad ocium & securitatem promotū fuit, deinceps narrabitur. Exulū numerus tot penè hostes fecit, quot ciues intra muros essent: quorū multo maxima pars ab extorribus, ob communem iniuriam, taciti stabant. Duplicatus igitur fuit metus factioni: ut & ciuem ad imperata faciendum domi inuitum continerent, & urbem seq̄ ab exulum insidijs, quibus opportuni erant, accuratè tuerentur. Præsul ob ingrauescentem indies morbum, non diu in urbe moratus, cum captiuo Dorestatum Batauodurorū nauigio breui se recepit. Navigantem sceminarum manus suppliciter tendentium caterua, atq̄ cum lachrymis obtestātium reum uinculis eximendum, ad ducetos ab urbe passus prosequitur: quantum uellet auri pacisceretur, in numerato fore. Nihil episcopus pecuniam moratus, cum toruo immotoq̄ uultu cursum nauigationis auersus silentio teneret: illæ spe potiūdi captiui abiecta, mœstæ domum retro abiuerunt. Detētus inde Tribunus in carcere Dorestati fuit, annū plūs minus: nec post horrendos cruciatus, uita prope modum desperata, nisi grandi multatus pecunia, liber è uinculis euasit. Secū dum hæc respub. ab intestinis seditionibus quieuit quidem, sed eas externum malum illico, domestico propè par, excepit. Exules enim, partim elapsi metu legis, partim decreto pulsi, cum alijs aliò exulatū proficiscerentur, à uicinis oppidis obuia humanitate suscipiebantur: siue id odio nominis Ultraiectini, siue in factionis inuidiam facerēt: siue humanorum casuum memores, supplicum misereret: aliquot certè eos ad rerū pub. suarum communionem benignè inuitabant. Agrè id habuit factionem: quòd cum ex angustijs suæ ditionis fugatos, in propinquo (unde propius periculum erat) ceruicibus suis omnibus penè horis imminentes ante oculos cernere cogentur, ad extrema oceani littora profligare nequiuisent. Ad has urbes, ut literas det, principem inducunt, expositulatrices, quòd seditiosos homines & fœdri fragos, hostes à senatu dudum iudicatos, publica fide intra muros suos uersari paterentur, à quibus sibi & urbi Ultraiecto quotidie insidias parari, constans fama esset. Hac iniuria se prouocatum, posse ad iusta arma induendum temerè percelli. Ad ea responsum apertè ac simpliciter. Liberas suas esse ciuitates, easq̄ omnibus ijs patère, cum quibus nullum publicè odium lis ue intercederet: præsertim uerò supplicibus, quos uel fortunæ iniquitas, uel ali-

quis

*hanc ubi godefrido fecit
hunc tabernam*

quis casus, solum uertere compelleret. Memores casuum humanorum, supplicum didicisse misereri. Quoniam autem cum nullo publicè priuatum ue odium exercerent, longæ paci assuetos, in ocio se neq; bellum neque simultatem quærere. Bellum restitantis oblatum, quibus possent animis, quamuis uiribus impares, se propulsaturos. Neq; id se sine exemplo facere, uetus esse, et nusquam nō gentium usurpatum; profugis sordidatis, exulibus, & ob infortunium pulsis, ciuitatem quo receptum habeant, suppliciter petentibus, publica fide dari. Quātum uero ad discrimen, quod sibi ab exulibus cōminisceretur, sic persuasum haberet: non esse tā se barbaros, & ab omni cultu disciplinaq; humana alienos, quin oppida religione imbuta, & legibus identidem ut armis munita incolerent: ubi non ex cupiditate, nullo pœnæ metu, sed sub magistratibus & legibus uiueretur: tantum abesse, ut asyla sine discrimine hominum sentinæ, in perniciem finitimarum ciuitatum patefcerent. Hæc aliaq; id genus episcopo Ultraiectino à propinquis oppidis responsa sunt. Ad nullos autē infestius, quàm ad Amorfortios scripsit, odio magis gentis inuito, quàm ex merito. Aduersus hos grauissimū erat, quod querebatur, inde latruncolorum more exules, Ultraiectinis infestos per mōtem euagari: à quibus tametsi uis abesset, metu tamen infortunij, nōnulli iter facientes, uiam flectere cogentur. Ad ea senatus. Non occultum nobis est, quam male per quosdam multis nominibus apud te audimus: quos quoniam innocentia iam nō potest tueri, olim certè & tuebitur, & fides commendabit, ubi cœperit quorundam impostura et officinæ interlucere. Exules, non inficiamur, nostris portis esse receptos. Aufer calumniam: nemo, cui pectus dextrum inest, in tuam inuidiam, communibus mœnibus à nobis eos donatos interpretabitur. Quod quidem, quam obrem factitaremus, nulla causa est: nec præbita ansa, cur fidem & obsequium nostrum labefactaremus: cum ultro semper effusa humanitate, (quod licuit) tuæ maiestati nos conciliauerimus. Cum autem irritato his consilijs odio, apertum sit, quid inde oriri posset: uesanum foret, si paucorum exulum, & quidem obscurorum ex incondita plebe hominum causa, nos in certamen, ubi quietis esse liceat, aliquod conijceremus. Quid dementius, quàm scorpionum catulos in sinu educare: Ita que eiusmodi conquiri iussi sunt, qui facinorū, quæ abs te obijciuntur, rei iudicarentur, inuentus est nemo: ut miremur, quid sibi hoc nouum accusandi genus uelit, ac quorsum spectet. Sunt quidē (non inficiamur) sed pauci, qui nuper ex Ultraiecto huc profecti, ciuium numero sunt ascripti, adeo obscuri, ut uixdum uicinis suis de nomine noti sint. His in senatum uocatis, recitauimus tuas literas, ut se uel purgarent, uel fontes publicè confiterentur: ut eos illico dānatos in uincula duci iussissemus. Expurgarunt se: in primis autem de scedere, aduersus quod fecisse conuergerentur. Neq; ueniā sibi dari petunt, quod arma contra inimicos sumpserint: sed quia ea iustis ac pijs de causis induissent, nō abnuūt sisti iudicio, (modo incorruptus detur iudex) adeoq; principii suo, cui id quod gesse-

gesserunt, aduersus quemlibet, à quo criminationibus oppugnentur, pium æquumq̄ sint probaturi. Et ista quidē ad ea sufficiant, quæ de exulibus. Ceterum de euagatione, quia uanius est quàm ut refutetur, nō operæ est respondere. Illud autem haud paruum momentum ad pacē & concordiam foret, si maturē prospicias, ne è ciuilibus armis, & scintillante intestino bello, clarū incendiū oriatur: potius, quàm ad propinquas alias, & tuæ ditionis ciuitates, motu nouarum rerum, perturbandas cōuertas: à quo consilio quorundam animi non abhorreere uidentur. His enim haud satis est, ditionis metropolim bifariā laceratam terrorib. & discordijs implese, nisi se deinde ad propinqua oppida diuexāda accingant: ferendum, si authorum captibus id malum, ad ultimū expiari possit, ipsiq̄ concitatores deposcerentur. Nunc cum tua & tuarum ciuitatum referat magni, pacē ne pergamus frui, an ocium nostrum seditiosis consultationibus discindatur, memor esse debes, in quem finem exhibit. Ex similibus principijs coepit Dauidis tragœdia, ab hominibus id genus, ex eadem urbe: libet rei nondum oblitteratæ, memoriā tibi renouare, maximē cum adeò uetustate non sit obruta, ut multorū adhuc in oculis penē obuersetur. Illa, quàm è tenuibus simultatibus proœmiū suum habuit, & exitum quàm tristem: Hinc eius captiuitas, inde bellū, & obsidio, quæ belli finem fecit, ipso bello grauiorem. Ad consimilem modum Fredericus Badius episcopatu excidit, quo, cum aliud ex alio bellum deriuaretur, dolore animi, quod suis opem ferre nequiret, contabescens, ultrò se abdicauit. Transiselanum nimis atrox bellum, è paucorū, hortantium ut initio traheretur, auaritia conflatum, non solum oppida & arces à nostra ditione alienauit, uerū & Philippum mœrore, quod ad ferendum auxilium non satis uirium esset, confecit. Aliena, princeps, cum hæc edita exempla teneas, non possumus dissimulare, quin te moneamus, ut ea tempestiue in tuum usum uertas. Indic tuarum ciuitatum conuentum, in quo partium causæ ac controuersæ disceptentur. Id si feceris, Amor fortiorum pronos, ad reconciliandū factiones, animos non desiderabis: nisi grauiora, quàm illi passi sint, ipse breui pati uelis. Responsum ab episcopo est xvi. Cal. Februar. Neq̄ pondus, neq̄ momentum ¹⁵²⁷ ea adferunt, quæ à uobis de exulibus scribuntur: ludificationes sunt enim, & cauilli, quibus elabantur, de iudice deligendo, apud quem causam dicant, & facta tueantur. Volo, ex edicti formula oppido pellātur. non edicturus, nisi & certis sermonibus, & testimonijs, cum telis nocturno tumultu eos deprehēsos, & fuga mox ablato per tenebras, pro comperto haberem. Quibus non coniecturis, sed argumētis, fontes esse conuincuntur. Præterea sunt, qui per libellos nō ita dudum fide ultrocitroq̄ cōmeandi data, quam ad expurgandum se de ijs quæ obijcerentur, eaq̄ refellenda, exorarant, uadimonium deseruerunt. Hinc coniectātib. rem ipsam, quàm nihil firmæ defensionis adferant, perspicuum esse arbitror. Si rem mihi gratam, uobis uerò utilem facere uelitis, exules, renunciata fide, ciuitate interdicitote. Ad ea incūctanter senatus Amor fortius:

fortius Tot uerbis, quibus ad exules pellendos hortaris, nondum nobis liquet, quos uelis. Si nominatim perstringatur, ut de reis certum indicium sit, (quando nec ferrum, nec rotæ nobis defunt) possent extremo humanorum supplicio multari. Ultraiecti factio omnia interim pro arbitrio administrabat. Iura alia antiquare, constituere noua, consuetudines abrogare, plebiscita biennio proximo per tumultum facta, & rogationes obliterare. Decretum promulgatum, ne quis deinceps de secedendo mentionem faceret: poena constituta, & ultimum supplicium, & bonorum publicatio. Utq; uindicata dominatio stabilis foret & perpetua, in magno momento eius stabiliendæ posuerunt, lege promulganda cauere, ne deinceps Cal. Feb. populus creandorum magistratuû causa comitia haberet, sed ea in perpetuum sublata essent. Operarum numerus, ut earum robur & uires frangerentur, illico diminuitur. Signa, sub quibus superioribus annis armati secesserant, in curiam pontificiam deferri iussa, per ignominiam in senatorum conspectu discissa discerptaq; sunt. Agebatur principium anni uicesimi septimi, cum ad hunc modum optimatum factio, ingenti animorum ferocia potentiam suam confirmare adoriretur. Circumferebantur tum passim uaticinia uulgi sermonibus, annum eum rerum mirabilium futurum: nunciatum quoq; prodigium, sparsaq; fama incertis authoribus est, in caelo auditum fragorẽ quasi armatorum inter se concurrentium. Et paulo post, cum ad Diuorum delubra, obsecrationum ferijs, supplicationes è more haberentur, sol ingenti ac nebuloso orbe sereno caelo circumquaq; inclusus apparuit. Quæ prodigia, cum ab alijs aliò (ut quisq; animû affectum habebat) ad reges & monarchas referrentur, postea extitere quidam, qui ea peculiariter dubias Ultraiectinorû res, & mirabiles motus, uicissitudinesq;, quæ in hunc annum inciderunt, portendisse affirmarent. Coss. nouo more, è consilio nobilitatis pleræq;, à principe, nullis populi comitijs, dicti: Gybertus Sulenus, & Arnoldus Vuluenus, equestres ambo, præter leges populi Ultraiectini: quibus inter alias cautum seruatumq; antiquitus fuerat, ne equestres comitijs interessent, in senatum uelegerentur, nisi ad plebem transirent, in eoq; ordine perpetuò consistere sententia foret. Jam illud quoq; tertium aduersus legem, cum temporibus comitorum nulli ciuium extra urbem abesse nisi cum memorabili multa, nec quenquam in senatum legere, Tribunum facere, senatorem ue, multo minus uerò Coss. absentem renunciare liceret. Sulenum multos annos procul à repub. ruri in ocio senescentem, (molestias credo & factiones perosum) hoc anno tergiuersantem, recusantemq;, ac inuitum penè Cõsulẽ fecerunt. Omen finitę democratix, transferendæq; breui uniuersæ dominationis ad opes firmiores. Erat autem ætate grandior Sulenus, morib. & ingenio placido, sedatoq;, ocio quietiq; magis idoneus, quam reipub. fluctibus. Cum iam tranquillitati uitæ rusticanæ diu assuetus, restitans, & quasi conserta manu in urbẽ extractus, assiduus turbis iactari occiperet, ac multa perperam non è suo, sed factiose nobilitatis consilio, & decer-

Anno 1927 consules
 qybtus a suleno et arnoldo
 de vulueno notules

Nota

& decerneret & gereret inuitus, trāuersusq; abire cogeretur, uir longē
 inter equestres optimus, animi æger, ac mœrore cōtabescens, diu corpo
 re inualidus, domi per aliquot mēses latuit, rexitq; per Ioannē Huchtē
 brocū, cum collega rempub. id temporis. Initium turbandi præsentē ci
 uitatis statum breui ab exulibus ortum: circa nonas Maías hi conuene
 re in locum, quem ad consilium capiendum, de inuadenda urbe, oppri
 mendisq; inimicis, per opportunum constituerant. Ibi dies locusq; dici
 tur, quando ad Teloneam portam in armis adessent, (sexus enim Cal
 lunij is fuit.) Et ut ea consultatio exulum quosdam ad facinus audendū
 magis extimularret, & specie simul tuti cōsiliij, certæq; uictoriæ animaret
 eos, quos coniurationis participes socios Ultraiecti habebant, per lite
 ras & internuncios, certiores illos faciunt, trecentos lectissimos se pede
 tes, robore et uirium & animorum insignes, scriptos ad dictum diem in
 armis adfuturos habere: sed & principem, cui sacramento iurati essent.
 Illos stipendio senum Philippum in sex menses inauthoratos, cum tri
 duī, post partam uictoriam, direptione. Nauigio, quanto maximo pos
 sent silentio, ad urbem se accessuros. Ipsi interea intus, quibus armis ad
 uectem transuersarium uadi, ad pontem foris oppositum, & cataractas
 fluminis intus refringendas, opus foret, expedirent. Simul in ædib. por
 tam proximis, secreto armatos disponderent. Secundis uigilijs, unā cum
 Quinqueuiris, interceptis celsisq; cymbis in id antè paratis, ad certam
 utrisq; datam tesseram, placidè auxilio ad discludendas cataractas adna
 uigarent. Et ne stridoris ferramentorum indicio proderentur, sub pri
 marum uigiliarum accessum, silices per pontem ter, quātis uiribus pos
 sent, contorquerent: ad quod signum ij qui sub ponte essent, tantisper
 à diffringendo desisterent, quoad uigiles inde centum passus processis
 sent. Se interea ad uirium suarum incrementum, alia auxilia occultè sol
 licitaturos: atq; ita fore, ut prius proditiōnis securis inimicis superueni
 rent cum satis magnis copijs, quā ad arma conclamaretur. Sed silen
 tio & taciturnitate opus esse. fore tum, ut de iniuria factionis contrariæ
 ad satietatem egregiè se ulciscerentur. Et processisset proditiō, nisi casu
 indicio deprehensa fuisset. Suboleuerat consiliū homini Vuicano, (no
 mē uulgo incognitum erat) sed quo casu incertum. Credere par est, per
 futilitatem alicuius, coniurationis cōscij, inter pocula exceptam uocem.
 ut ferè hominum uulgus uino incalescens, soleat linguæ esse parum con
 tinentis. Is pridie, quā ad urbem illi uenirent, Ultraiectū iter facturus,
 pro magno negotio habuit, rem ad episcopum deferre. Ordine (ut exce
 perat) exulum consilio exposito, princeps sine tumultu, ei literas ad Cō
 sulē Sulenū dat, mādatq; homini, ut quod potest, Ultraiectū acceleret.
 Sol in occasum uergebat, priusq; Dorestato discederet. Inde ad mediū
 itineris progressus, circa serū diei in stationes exulū incidit. Quoniā autē
 ignotus aliō iter simulabat, nec dicto nec facto læsus, quò iter intēderat,
 perrexit, ac prima noctis face ad urbē uenit. Inclamatis ijs qui in muro
 rū stationib. erāt, ut portę aperirentur, Literas, inquit, se ad cōsulem ab
 i episcopo

episcopo habere cum mandatis. Rem non pati morā: agi enim de communi omnium salute. Intromissus extemplo, Cos. literis traditis, quid consilij ab exulibus captaretur, quidq; sibi ad ciuitatem adproperanti præterea accidisset, exponit. Consul tumultuose senatum conuocat: tumultuosiusq; pro tempore consulitur. Mittuntur lictores, qui uigilias intentas ad omnem auram esse iuberēt. Ex operis, per tures suas alij distributi, cum operibus & tormentis silentio in stationib. constiterē. Trepidē, quasi scalæ incenibus admotæ hæsisent, omnia expediri, puluis tormentarius, bombardæ, ad portas, & humiliores infirmioresq; muros aduectæ. Dispositi item circa forum armati contra intestinam prodicionem, ad eius impetum excipiendum, proterendumq;. Et plus periculi ab occultis hostibus ingruerat, si qua uis à fronte urbem inuasisset, quàm ab exule. Paululū inde moratus Cos. dum instructos paratosq; haud procul à suburbio Teloneo exules abesse coniectando (quantum ex indicis uerbis aestimare erat) assequi poterat, paucos ex audacissimis, qui robore & animi uirtute facile principes tota ciuitate erant, uoluntarios speculatum ex improviso in suburbium porta emisit: paratos, utcū que caderet res, fortunam experiri. Irruunt primum hi in portæ proxima diuersoria, ad explorandum, num quæ præparatæ in occulto insidiæ, quibus à tergo circumuenirentur, ibi delitescerent. At exules comperto, è fremitu, per noctis silentium accepto, prodicionem indicio patefactam, per opportunè retro per flexus uiarū in pacatū abierāt. Latebāt in horreis tamen nonnulli sceno stramentisq; contecti, opertiq;, qui postea uerba indiligenter ac trepidē loca per metum explorantium ad suos detulerunt. Deprehensa quoq; in mensis patoria uasa sunt, unde à longiori itinere defatigati situm restinxerant, semiplena adhuc: quæ recentem inde fugam eorum coarguebant. Postea uerò cōperta plenius cunctationis causa fuit. Copiæ auxiliariorum, quas huc secum spe præmiorum & amplissimæ prædæ oneratos attraxerant, aliquot horas in ripa Rheni tergiuersabantur. Ab initio his persuasum fuerat, rem ductu auspicioq; principis alicuius patrandam, cuius nomen tum ederetur, cum muros subirent. Progressi iam ad suburbium Teloneū usq;, cum neq; urgendo humaniter, neq; ex postulando improbè elicere ualerent, cui nam sacramento iurati, hostilia occiperent: reputantes secum, quod periculum facinus sequeretur in posterum, si nullius auspicijs inauthortati, per latrocinantium grassantiumq; speciem incurSIONIBUS ciuitatē captam diriperent, uastarentq;, magis quàm iusti iure belli: exulibus destitutis, incunctanter (quía id militare non erat) diuersis itineribus, noctis beneficio tuti, sese disperferunt. Atq; hunc in modum exulum inceptū irritum, frustra q;, & consilium tum destitutum fuit. Nocte illa & insequentibus aliquot, in muris per uigilum stationes & speculas, aliquanto quàm antea diligentius uigilatum est. Cauponaria erat circa eam urbis regionem, ubi pons fullonum est. Huc ad serum diei duo habitu & uultu ignoto uisi homines ad symposium diuerti, post ridie in suspicionem pro-

nem proditiōnis apertam peruenerūt. Hi, quoniam priusquam res op- 1527
 primenda ad Consules delata esset, urbem egressi in tutum euaserāt, mu-
 lieri extemplo missus lictor à senatu est, qui decem ei diceret. Perduellio-
 nis in senatu grauiter à Coss. accusata, quod coniurationis conscia, cum
 proditores hospitio celaret, eam illico non detexisset, cum se multis uer-
 bis perpurgasset, sororis suæ filiaē maritū cum extero alio homine qui-
 dem apud se cenauisse, quid uerò absq; arbitris consilij agitassent, se sci-
 re non potuisse: nocte concubia, incertum quò, domo se illos aliò rece-
 pisse. Cumq; his, alijsq; criminis suspiciōnem à se auertere niteretur, in
 carcerē à Quinquēuiris ducitur, ut de ea quæstiones tormentis haberē-
 tur. Paucis diebus interpositis, quibus senatus inquirendæ coniuratio-
 nis cura ac sollicitudine occupatus erat, mandatur rerum capitalium iu-
 dicibus, ut ex rea quæstionem habeant, referantq;. Illa tormentorū, quæ
 ante oculos ad terrorem expediebantur, generibus statim exterrita, tan-
 tumq; non exanimata, coniurationis proditiōnisq; consilia, serie supra à
 nobis exposita, confitetur. Reliqua de socijs cōiuratis intra urbem, cum
 primum blandimentis, inde trucibus minis inquirerēt, eamq; cætera fu-
 gere argumentis aduerterent: lacrymis muliebribus in super ubertim ef-
 fuseq; obortis moti, quæstiones crudelius exercere destiterūt. Referūt de
 perfectis ijs cum cura & fide, nihilominus ad senatū. Duplex inde fama
 fuit: altera, illam postero die in carcere necatā fuisse; altera, cū in dies no-
 ua quæ exules ab integro agitent, à finitimis ciuitatib. & pluribus lo-
 cis nunciarentur, quibus auertēdis sollicitē senatus occupatus erat, eam
 in carcere neglectam, situ squaloreq; absumptam, breui perijsse. Perseue-
 rante de exulum coniuratione fama, senatusconsultū fit, promulgaturq;
 cum edicto: ne uehicula uiatoria urbem propius quàm quingētos pas-
 sus accederent. Vectores, à porta suburbana ad ortum, cui ab operis ci-
 uium nomen factum est, pedibus ciuitatem introirent. Excubiæ porta-
 rumq; custodes, sed cum delectu ac iudicio, quàm antea multo accurati
 us multiplicātur. Fuitq; inter per hæc aliquot dies iustitiū. Nouos exu-
 les fecerunt: inter quos absens Hadrianus Rhenanus, Euerardi Soudē-
 balchij nepos è sorore iussus fuit: quod inter eos, qui ab Amorfortia ad
 ciuitatem opprimendam profecti paulo antè fuerant, nominatus esset.
 Quam sycophantiam ipse postea hospitis sui testimonio discussit, apud
 quem ea nocte pernoctarat. Veteri credo odio inimicorum in societatis
 calumniam eum peruenisse, quod nullo alio prætextu reditum illi in ur-
 bem præcludere ualere. Hoc facinore Amorfortiæ, & ex postulatrici
 bus inter hæc literis à principe acceptis, senatus, exules qui in expeditio-
 ne fuissent, renunciata fide publica, ante noctem exire iustos, ciuitate in-
 ter dicere publicè adactus fuit. Illi, quia iam dudum conuictu ac compo-
 tationibus quotidianis multam necessitudinem cum plebeij contraxe-
 rant, fidem eorum, ut patria profugis in communi repub. cōsidere lice-
 ret, implorare coepere. Non deprecari culpam quidem, factum uel excu-
 sare, sed in stultam quorundam persuasiōnem, simplicitatem suam & er-
 rorem

rorem transferre: petere condonari: quod factum admissumque esset, in factum dari non posse: nec post illa ad res nouas se consurrecturos amplius. Misericordia partim ciuium moti, partim multa consuetudine conciliati, fidem opemque suam promittunt. Scinditur in duas partes statim tota ciuitas, iubentium exules portis excedere, retinentiumque. Et uicerat non sanior quidem pars, sed uiolentior improbiusque, ni conuocato iterum senatu, Consulibus demandatum fuisset, uiderent ne quid hac in re detrimenti resp. caperet. Consul ex templo per lictores missum, alios nominatim post alios sub solis occasum portis facessere edicit, nisi malint arripi, atque in uincula duci. Quorum partim edicto paruerunt: partim malo exemplo, contempto senatusconsulto, ab sui loci hominibus persuasi, remansere. Nonnulli, qui senatui paruerant, cum uiderent impunè quosdam à ciue retineri, paucis post diebus in ciuitatem redierunt. Ultraiecto à principe contra exulum insidias, ex ordinum consensu unius cohortis praesidium circa hos dies imponitur, ut illis ad nocturnas excursiones resp. & illorum cœtus disturbandos, uteretur. Deprehensus est ab aggressi hominum multitudine, ex nescio qua suspitione, quidam in agris palans, qui internuncius ac minister proditiōis, ab exulibus precio, ad comendandum cum literis ultro citroque in urbem conductus ferebatur, nulli notus de facie. hic in uincula conicitur. Decernitur illico à senatu quaestio, mandaturque Quinqueuiris, ut ea primo quoque tempore ex captiuo tormentis haberetur. Extimulabat, ad abrumpendam inquisitionis moram, factionem ira recens, odiumque flagrans, quo magis sperabant, certo hic indicio proditiōis in urbe socios detectum iri: simul ut atrocis supplicij exemplo in peregrinum hominem edito, ciuem exulem quaeque intra muros coniurationis reliquiae erant, à nouandis rebus cōterrent. Tortus itaque paulo post reus, atrocitate tormentorum ad ultimum superatus, cum è quaestionibus aduerteret opinionem omnium pro indicio futuram, nominauit quosdam utriusque ordinis, religiosi profanique, paulò ante exules factos, à quibus sesquidrachma conductus, literas ad uiduam cauponariam pertulisset: ratus, extante indicio apud magistratum, ubi impudenter in fontes, illorum libidini obsequutus, indicasset, (quam spem ostentarent, priusquam quaestionibus admoueretur) fore ut illico dimitteretur. Et quiduis profecto metuebat nullius conscientia flagitij ictus, quam fraudem dolum ue è fallaci lactatione. Damnatus iudicium intra biduum sententijs, tanto in ipso supplicio omnibus mortalibus fuit conspectior, quanto innocentia uulgo maior credebatur: & impotentia domnandi efferauerat iam dudum plebem, ad odium factionis. Cum ad triste ministerium iam restitans raptaretur, ibi homo plangoribus omnia complere, horrendum uociferari, facinus indignum fieri, quod insons, à quo criminis, ob quod moriendum esset, culpa abesset, condemnaretur: supplex in genua prostratus iudices obtestari atque orare, ut morituro extremum pauca uerba pro se dicendi potestas fieret. Vbi sensit à pretore id negari, seque in cassum uerba fundere: adesse item lictores, à quo ad
suppli.

supplicium humeri nudaretur: ibi homo quasi spiritu fatidico correptus, 15 27
 & numinis alicuius furore afflatus, Deum (inquit) Opt. Max. & quan-
 tum diuorum est, testes appello, me criminis huius exortem, cuius reus
 dictus plectar, moriturum. Me miserum, sunt quos optimos viros inson-
 tes (quia uidebam hos id uelle) uano impudentique indicio, inter prodi-
 tionis conscios, nominavi: quo uel uno nomine, extrema humanorum
 poena merito multandus sim. Verum ei confessioni, ut tormētis expres-
 sæ in carcere uerisimili mendacio fidem feci, ita eosdem falsus index om-
 ni culpa publice leuo: ne illorum innocentia intemperantis linguæ meæ
 uanam futilitatem in posterum luat. Te prætor, uos Tribuni appello, qui
 hanc iam iam percutiendi accipere confessionem abnuitis, eam discer-
 pti dilaceratiq; cum æterna existimationis ac dignitatis uestræ ignomi-
 nia, ab isto conscientia & omnium uitæ meæ consiliorum & teste & in-
 terprete fidei (monachum uinctis manibus monstrans) cognoscere co-
 gemini, ubi de meo tergo uestræ libidini satisfactum erit. Hierusalē Hie-
 rusalem (his uerbis orationem auertens utebatur) ô Ultraiectum, urbs
 olim florens ac celebris, & nulli usquam terrarum sapientum conci-
 lio inferior, quæ fax, quod incendium, quæ uastatio, quæ direptio, quæ
 agrorum populatio, quæ fuga cædesq; tibi in foribus adest. At nunc ua-
 ti infelici mihi nulla fides est: quam tamen meo sanguine, & insigni ue-
 stra clade breui, morte mea expiata, mihi conciliabo. Exercete uestram
 uos Trib. ad satietatem rabiem in hunc innocentem, quam in ciuē exu-
 lem crudeles exercere nequiuiſtis. Plura dicturientem interpellans præ-
 tor, Licitor (inquit) quin hominem ligas, et facis officium: quo usq; differe-
 tur supplicium? Reus cum inde in medium harenæ aggestæ cumulum
 manibus pedibusq; obnitens traheretur, uirium robore fretus, obluſcā-
 do licitorum carnificisq; manibus, in angulum elapsus theatri, sese resupi-
 nat: identidem misericordiam implorans, iudicumq; fidem obtestās, ut
 morituro, Deum paucis precādi copia spaciumq; daretur. Percussus in-
 de, quadrifariamq; dissectus, ad exules crudeli exemplo perterrendos, è
 quatuor portis suspensus fuit. Per eos ipsos dies, quibus hæc gereban-
 tur, peditum copiae stipendijs exautoratæ, transgressæ Iselam, per proxi-
 mam Gelræ ditionis Velauiam, sine duce uagabantur: sed quo consilio,
 incertum erat. Itaque finitima oppida in magno metu esse, eoq; maiore,
 quòd earum duplicarij centurionesq; Gelri nominis, qui in uarijs bello-
 rum tempeſtatibus, sub Gelrorum principe ordines ductauerāt, Arni-
 miam indies ultro citroq; commeare, cumq; ipso Duce secreto colloqui
 dicerentur. Copiæ ipsæ non uno loco æstiuā (ut sic dicam) habere, sed
 modò in limitibus subsistere, modò Ultraiectinorum limites transcende-
 re: rursus retro, unde uenerant, iter reflectere: ut rarò plusquam miliari-
 um ab Amorfortia abessent. Obseruatus ad hæc fuit cum literis Ultraie-
 ctinorum iuratus tabellio subinde ad illos intercurre: è quibus omni-
 bus, quò illa copiarum circumductio spectaret, Amorfortij palam co-
 gnoscebant. Nec perinde ab aperta ui, atq; à dolo insidijsq; principis, &

Ultraiectinorum metus erat, cum ob exulum recens negotium, tum superiorum annorum in constituendis uectigalibus conficiationem. Publica senatum sollicitudo tenebat, ne per somnum, negligentiam uel luci opprimerentur. Nec uanus metus fuit, nec probabilia sefellerunt argumenta. Fredericus Seldenacker eques, his curis occupatam Amorfortiam, ab episcopo missus uenit: in diuersorium ad Cornelium Durerum, equo ita ut descenderat, ante fores ad sedilis postem in procinctu relicto, deflexit. Admissum hospitem in conclaue secretius, rogat caupo, num ex utrisque armis, cibum potumue, ut reficeretur, apponi postulet, ut erat per armorum pondus a longioris itineris iactatione in equo, lassitudine fractus. Ille trepidus: Res neque cibum, neque moram fert, quin Consul e curia (ubi eum adesse reor) accersitum curre: res tumultuaria est, quae celeritatem in conficiendo poscat: quare effice, ocyus huc ad me aduolet. Consul haud circumstiter adscito collega adest, ratus arduae aliquid rei, utilis salutarisque reip. agi. Ibi post mutuam datis dextris eamque honorificam salutationem, Consul assidere iussis, cataphractus, quid uenisset, qua potuit uehementia, et uultu ad rem seriam composito, coepit exponere: apportare se, quod nominatim ipsorum referret. Princeps, inquit, non diutius agros uicosque circumquaque ab infestis cohortibus, grassantium latrocinantiumque specie, euastari tolerandum ratus, decreuit, quantum equitum habet, in eos immittere: ut in angustias compulsi, finibus nostris excedant. Hac de causa me huc exploratum praemisit, quam regionem insideant, per quos occultos semitarum anfractus, insidijs opportunos, adoriendi ac fundendi eos copia foret. Et quod uel in primis compertum oportuit, quantae illorum copiae esse dicerentur. Stat omnino, negligentius uicatim peragrantes pagos, ex improviso aggredi. Haec (inquit Consul) quod nos huc interrogatum aduenis Frederice, non de nihilo est. & miramur: cum ex nemine id propius exactiusque, quam ex agresti rusticorum multitudine expiscari liceat, quibus hospitium indies cum grassatore milite commune est: quorum agri uastantur, pecus gratuito omne trucidatur, penus absumitur: & quidem uestra ignauia haec omnia. Et adhuc, si dijs placet, in hac nostra omnium calamitate, quiritationem facis, quae itinera insideant, quamque item frequentes sint eorum copiae. Si horum certior esse desideras, Ultraiectum contende, eosque roga, sine quorum consilijs per principem nihil edicitur, decernitur uel a quibus exploratius quid atque a nobis certo cognosces. Acerbius hoc forsitan et dicacius, ac decet, sed uerius tamen quam est honestum, conueniatque nomini Ultraiectino. Nam postquam copiae transgressae Iselam, Velaniae saltus ac deserta pagatim peruagari coeperunt, uisus obseruatusque est haec ad eas tabularius Ultraiectinorum publicus ultrò citroque saepe commeare: publico ne id an privato consilio factum sit, non magnopere refert, neque enim id disputatur nunc: certe homines id genus non nisi a principibus, aut publicis concilijs emitti, mos tenet. Quare colligimus, ludi ex pacto: nec uestra referre arbitramini, quod agricolae (quae solius episcopi suburbana iurisdictio est)

est) ad aquā usq; redigātur, quorum inopiam ciuitates quoq; luere pōst cogētur. Ab hac grallantis militis iniuria, non solū nō defendit nos præsul, uerum edicto etiam nuper cauit, ne quis uim illatam arceat: ne, ut hostilia euitet, cum grassatore paciscatur, nisi assensu & prætōrū nutu. Cōstituta adhæc mulcta est ijs, qui pecunia fortunarum incolumitatem stipulati, indicio deprehenderentur: adeo ut tolerabilius foret, apertū habere bellum, quò hostilia patientibus & inferre uicissim, & in hosticum egredi liceret. Quin his omiſſis, inquit ille, Cōsul, ocyus ad portā mittatur aliquis speculatum explorati quid, quantum eorū robur sit: ubi stantia habeant. Quanticunque is conducatur, ego soluam. Cōs. re dubia haud mediocriter percussis, inter spem metumq; ad portam uadunt. Casu ita incidit, dum in porta sedulo exquirunt, si quid noui allatum esset, commodum adesse quendam qui dicebat, superiori nocte in Vuaembergorum pago se apud exercitum fuisse. Hunc in diuersorium ad Seldenackerum adducunt. Ille in secretiorem locum paululum abductum, è militari more singulari rogat. Quà æquus aditus in illos minimo periculo esset: ut leui momento, ex improviso opprimi possent: aliaq; id genus opportuna. Hoc misso facto, ambos Cōs. ad se eodē conuocat, ne quis arbiter rei cognoscendæ interesset. Teneo nunc, inquit, ubi subsideant, salua res est: ad Mertsbergam, solidam adeuntibus terrā, & opportunā, ad disturbandum eos retro, uel in palustria, uel oppositos colles in Rhenum: idoneam nobis me hercle regionem, siue opus sit procurfare, siue receptum habere. At Luesdanæ paludes densati soli sunt uici, an per omnia palustres: id operæ est scire. Apparebat id ei, trigessimū propè annum iam in his regionibus uersanti, memoriæ infidelitate excidisse. Breuiter ad singula à Cōs. responsum datum. Si, inquit, equiti insequendo fatigato, noctis interuētū, ac longioris uiaæ tædio, Dorestatum se recipere, aut Ultraiectum, molestum fuerit, aditus ne receptui nobis in urbem uestram pateſcet, an non: Hoc illud erat, quod Consul post tot interrogationum ambages tacitus expectabat: suspicabaturq; eum ad ultimū sciscitaturum esse. Si id in nostra, ait, ditione positū esset, non operæ magnæ foret, expedite tibi respondere. Verū quia id non est, plurimum super ea re consilia tentanda sunt. Quoniam, ait Seldenacker, omnino oportet rem consultandam proponere, & alios in consiliū assumere, coque quantum potest, & quidem quā paucaſſimos, ut silentio transigatur. Contrahunt Consules tumultuose sex Consulares principes, & tumultuosius hos consulunt. Intra horam in diuersorium reuertuntur, secū adducentes eos ipsos Consulares: simul ne sine arbitris equiti responderetur: simul ut coarguerent, rem præsentem publico cōsilio agitatam fuisse. Ibi exorditur Cōsul exponere, non uideri è rep. id quod postularet: exaggerans periculū, quod hinc ciuitati ingrueret. Nec sue potestatis esse, quod ne nouus quidem senatus, si conuocetur, præstare posset. Ad nouū et ueterem, et ad populum referri oportere. Spem concipere, ut ad ordines relatum & traiectum, omnium suffragijs sine magno certa

mine consequeretur: neq; diu uerò consultatio teneret. At illud (inquit) uehementer demiror, qui cum tam modico equitatu tanto peditū agmini dicas te occursum: in quos si equos admiseritis, nullis pedestribus copijs adiuti, ad unum omnes uos occidione delebimini: quo incepto nihil stultius, aut etiam uesanius. Nihil minus itaq; uerisimile, quàm uos id agere. Ut iam portæ nocte uobis, adde etiam uel sine custode, sine uigilibus pateant, certe id sine insigni calamitate reip. & graui incommodo fieri nequiret. ut taceam iacturam eorum qui suburbia extra portas incolunt: quibus incendia, direptiones, captiuitates, et mala id genus, ut hostium loco habitis, subeunda forēt. Stultum est admittere, quod prohibere queas. Quod si omnino principi stat sentētia, grassantem militē finib. propellere, signū per uicos tota ditone det, quo ad arma cōclamentur. Et ciuita tibus uoluntarij euocentur, ut tum delectu habito, contractisq; in unū undiq; uiribus, eos fundat, fugetq;. Quod si fecerit, Amorfiorum fidem non desiderabit. Quantum uero ad id de quo nunc agis, non grauabor extemplò ad utrunq; senatum & populum conuocatum referre: penes quos, ut summam potestatem, permittendi negādiq; ius est. Sin alter uisum est, nullis scito equitibus noctu nostras portas patēre. Pontificius eques aduertens, tentatis uarijs consilijs, nihil toto potundo superesse, celeritatem illico subeundi in hostem palantem fingens: Equitum, ait, turmæ me operiuntur in Birca. Ne quid frustra ijs sim in mora, Consul quod potes, raptim ad consilium rem referto: inde per licitorē, ut certus sim, significato: ibi eum operiar. Illico equo celeriter conscenso, iterū inde abreptus, in Bircam cōtendit. Peruenerat iam ad quingentesimum ab oppido passum, ibi subsistit aliquantisper: atq; equo ad ciuitatem frenis circumactō, uersoq;, eam obtuens dixisse fertur. Vt cunque respub. nunc omnibus tuis partibus cōcors sis, ut fores portarum in discrimine nobis obijciantur, patebis tamen aliquando, ubi ambitio & auaritia corruptos principum senatus animos uersare cœperit. Sibi fortunæq; obiratus, quod inceptum suum frustra fuisset, subditis equo calcaribus, quò cœperat, ad suos in Bircā perrexit. Habetur interim indictus tumultuose senatus, nunciaturq; per licitorem conscenso equo senatusconsultum. Omnibus unam stare sententiam, nulla ratione è re. p. duci, equitatū noctu in ciuitatem à fuga & itinere recipere: alios alio metu percelli. Si qua alia re, à qua periculi metus abesset, principi gratificari possent, imperaret solum: fidei se exemplum edituros. Pontificij accepto senatus responso, proximos leniter erectos colles cursu petunt: ubi duos à grassantibus copijs speculatores missos, quò eques iter intenderet exploratum, intercipiunt, trahuntq; funibus constrictos tanquā hostes. Paululum inde montem circumuecti, in accliu solutos rursum dimittūt. Inde longius deuecti, cum iam haud procul à Vuamberga abessent, in plano campo, tanquam peditem ad pugnā excituri, alas in conspectu instruunt. Aberat haud longo inde interuallo domus rustica, à frequentibus ædificijs reliquis ad meridiem semota. Huc ubi nunciatū est equi-

est equitatum episcopi adesse, prodeunt illico ex ea centuriones equiti
 obuiam. Hi cum equitum magistro aliquantisper secreto ab equis collo
 cuti, cum equitatu simul Vuicam se abriperunt. Cognitis his, ab explo
 ratoribus ad id missis, dolo ac fraude accepta Amorfortij, ne sera aliquā
 do consultatio esset, maturè sibi deinceps ab insidijs seriò cauendum es
 se, tum demum aduerterūt. Nam postquam cōsuetis artibus, sycophan
 tijs, criminationibus parū speciosis, calumnijs, uidere Ultraiectini se ni
 hil efficere: ad opprimendam insidijs ciuitatem (aperta ui non poterāt)
 per principem, consilia intenderūt. Sequutus paucis mox diebus alius,
 sed artificiosius cōsutus dolus, cuius in cœptum euentusq̄ iuxtà cecidit:
 ut planè intelligas, omnia diuino arbitrio magis, quàm cōsilijs humanis
 temperari. Episcopus Amorfortiam quinto Non. Martias ad senatum
 literas dat: quæ in senatu lectæ sunt, in hæc fermè uerba. Haud perinde
 nocturnam exclusionem meo animo ægrè esse, atq̄ sollicitudinem uestrā
 mihi nunc per omnia expertam, gratam fuisse, uelim uobis persuaderi.
 Quare culpam offensæ (si qua fuit) omnem in uestræ uigilantię gloriam
 et immortalē laudem auerti. Adiuuistis præterea tam salutarī consilio,
 ad copias finib. fugandas, quàm haud quisquam alius antè. Quo à Ma
 gistro equitum accepto, censui non elanguescendum, quin extemplò in
 omnibus uicis dari signum iubeam, ut ad secundum datū, agraria plebs
 in armis cum telis, sub præfectorum suorum signis, designatis locis ad
 sint. Dedi item literas ad senatum Ultraiectū, ut habito in urbe delectu,
 auxilia aduersus grassatores itidem mittant. Contenderim, ut uos quo
 que uoluntarios ducentos armatos huc mittatis, qui cras prima luce ex
 robore ciuitatis in Biltam præsto adsint. Nam quo copix nostræ magis
 sint subitariae, eo facilius erit, nostri consilij securis, inopinantibusq̄ lu
 peruenire. Cæterū cum tempus angustius esset, quàm ut postridie sub
 exortum solis subitarios ducentos mittere ualuisent, indictum diem nō
 seruarunt: nam serum diei erat, cum literæ Cos. redderentur. Exemit in
 terim cura habendi delectus totum propè biduū. Tertio inde die Tert.
 Non. (ne imperio suo non pareri obloqueretur) sub signo delectos ar
 matos prima luce in Biltam mittit. Veritus Cōsul insidias parari, (ut est
 mens humana rerum ferè in sinistram partem præsaga: simul quia sæpe
 antea insidijs tentati fuerant) huiusmodi consilium inuit. Institutum ue
 tus erat, & multis sæculis obseruatum, quoties duce episcopo, hosti bel
 lum quatuor inferæ ditionis ciuitates consociatis animis ac uiribus face
 rent, ut in obsidionibus cum Ultraiectinis Amorfortij castra coniunge
 rent: aliæ unà itidem castra metarentur. Ne igitur in locum insidiarū ar
 matus ciuis traheretur, Cos. nuncium duas horas, quàm illi ciuitatē exi
 rent, antè exploratum præmittit, satis ne tuta omnia essent. Inde Ultraie
 ctum properè contendere, ac Consulem adire, percōtariq̄ iubet, ubi ca
 stra ipse posuisset: cum quibus Amorfortij, qui in mōte præsto iam ad
 essent, coniungerentur. Peragit mādata nuncius. Rogat Vuluenū con
 sul (nam Sulenus commo dum in periculosam ualetudinem tum incide
 rat)

rat) in quem locum Amorfortij, ab domo exciti, ad Ultraiectinorum si-
 gna conuenirent, ubi castra ipse haberet. Ad ea obstupens Cōsul, ut hu-
 ius consilij planè ignarus, paululum obmutuit. Mox quasi ad se reuer-
 sus, ac meditabūduS altiori cogitatione occupatus abfuisset: Paululum
 (inquit) me hic operire, dum in principis curiam ultro citroq; eam, eue-
 stigio tibi responsurus. Nuncius nihil expectato Consul's responso (ne
 non maturè occurrisset, suis fraudi fuisset) Biltā cursu quàm maximo po-
 tuit repetiuit. Ibi cum Amorfortios casu obuiam haberet, hastis terre de-
 fixis audiendi cupidos, quid boni Bitius (id nuncio fuit nomen) adpor-
 taret, cōsistere iubet: ac iussu manu silentio Milites (exclamat) militia lō-
 ga exautorati, domos quisq; suas redite: persoluitis principi uestram fi-
 dem, Stipendium uobis pronūciatum emeruitis. Exoritur clamor pro
 indigno habentium, se domo frustra excitos ludibrio haberi. Nunc de-
 mum apparere, fraude ac dolo planè Ultraiectino se petitos esse. Si ite-
 rum aliquando ad conueniendum dies indicatur: non magis eum se ob-
 seruatuS, quàm is seruarit, cuius consilio princeps diem hunc indixit.
 Regressi inde ad ducentos passus in dumos uersus erant, cum subitò
 quendam ita infestè equum calcaribus agentem, se sequentem uident, ut
 à cursu uix spiritum trahens, iam iam procubiturus appareret. Missus
 hic è principis curia erat, ut retro pedes domum referentes de uia reuo-
 caret. Episcopus uos, inquit, ab itinere cœpto retractos ad urbem acce-
 dere iubet: ut à designatore mansionario per hospitia suburbana, dum
 cuius se instruat, distribuamini. Amorfortij mandatorum Consul's me-
 mores, pergunt iter, quod facere cœperant. Nihilo securius miles grat-
 fator propulso omni hostis metu interim pagatim singula loca peruagā-
 do, continentibus agminibus rusticos ex agris in urbes migrare compu-
 lit. Descenderat iam infesta manus in ripæ Vechtæ amnis finitimos ui-
 cos, qui spectant Hollandiam. Fiebant huc ex urbe Ultraiecto quotidie
 excursiones, eruptionesq; equestres in palantes: edebantur leuia sed sine
 effectu certamina, ne nihil clari expectatiq; facere dicerentur. Medio ciui-
 lis tumultus ardore, cū omnis religio in summo direptionis metu uersa-
 retur: D. Stephanus Niueldius Teutonum ordinis Magister, relicta ur-
 be, in Marfos (miliare uicus ab Ultraiecto distat) ubi arcem ad delicias
 magis, quàm ad uim propulsandam in alluentis Vechtæ ripa nuper cō-
 ditam habebat, tanquam in tutum asylum confugerat. Huc quoq; om-
 nes ordinis sui opes, quæ immensæ erant, quibus quàm uitæ suæ magis
 metuebat, sollicitus transtulerat: tutiores ibi fore ratus, quàm intra mœ-
 nia. Sed euetus (inquit Fabius apud Liuium, disertè & uere) stultorum
 magister est. His ipsis diebus, quib. milites omnia quāti in Vechte flumi-
 nis ripa uici sunt, loca insidebant, ipse in arce erat: tuendi gazas studio
 magis, quàm recreādi animum. Fossa arx circumducta erat satis alta, in
 qua ad omnem usum, piscium uaria genera conseruabantur. Huc grega-
 rius fortè temporis fallendi gratia hamo piscatum exierat septimo Idus
 Martias. Ordinis magister piscatorem è fenestra sublimi conspicatus,
 (ut uehe-

(ut uehementis erat uir ingenij) ab arce recedere edicit: & nisi pareat, habiturum mox infortunium. Nihil ille constantius, contemptis minis, subinde pisciculum attrahens, atq; escam mutans, securus piscari pergit. Stephanus pro indignissimo habens, se in suo regno à lixa uili contēni, famulo (Guilmo ei nomē) tormento eū iratus submouere iubet. Haud cunctanter is, quod iussus erat, herile imperium exequitur: traicit gloriā iactu piscantem gregarium per aduersum pectus. corruit ille, defluente è manu uirga in uulnus. Temerarium mehercle facinus, ne dicam stultum: quòd cum undiq; in arce tam infirma, nullisq; præsi dijs impositis munita, tātis facinorosorum militū cohortibus septus, obsessusq; esset, periculi sui non admoneretur: ubi nec auxilia expectaret, quorum aduentus à uis illis & grassationibus repressisset. Quare temerarium facinus similis statim exitus est secutus. Manauit repēs rumor atrocis facti in proximos uicos, inde ad duplicarios & centuriones: à quibus tantæ copię authoritate magis tum (quia militari gloria inter suos illustres clariq; erant) quàm imperij iure sursum prorsum circumducebantur. Ad hos simul undiq; efferati unius cæde milites concurrere, indignariq; cum ingenti fremitu, socium fortem uirum nullo suo merito ex arce trucidatū. Cuius mortem si inultam sinant, rusticos etiam undique iam arma confociaturos, à quibus omnibus locis per insidias incauti opprimerentur. Exemplum in hostem edendum, qui prior hostilia intulisset, utcūq; res caderet: quo reliqui mortales edocti, interfectorū pœnas in auctores iuste uerti scirent. Concors omnium dissonus clamor erat hic deniq; ut ulciscendi magis necem gregarij, quàm prædæ studio arx expugnaretur, ipseq; Magister suo sanguine cæsi necem expiaret. Iuratur in ceterorum uerba efferatis spiritibus, ab oppugnatione non recessuros prius, quàm arce potirentur, ipsumq; contrucidassent, qui facinus cōsciuisset. Inde expugnationi ultimæ instructi, arcem ingenti clamore cingunt: collocatis circuitu tormētarijs, dispositisq; ita, ut adductis & collimatis in fenestras, & rimas fissurasq; murorum ac turrium tormentis, ad prohibendam inde domesticorū præsidiorum uim, reliqui tuto machinas admouerent. Quare ij pauci qui intus erant, nullis telorum generibus defenestris aut pinnis se ab impetu efferatorū hostium defendere poterāt. Omnibus inde copiarum uiribus per fossam murum inuadunt: atq; undiq; scalis admotis, ingenti certamine in summa nituntur. Pars fenestras subductarijs funibus in transuersa confertaq; earum ferramenta iniectis conuellere: alij ianuas & limina è cardinibus, postesq; ipsos succula demoliri. Nonnulli tormentario puluere indito seris, uectes ac pessula perumperet: omnes ad subeundum aditus tentare: magna uirum gerere. Intus trepidatio ingens erat, et metus, armisq; quibus poterant potissimū, ex occulto fenestris hæretes scalas cum scanforibus deturbare: impigrè quisq; suis stationibus patētia loca tueri: solū cauere, ne qua tormētarijs expositi conspicerentur. Itaq; diu uirtute magis, & loci natura, quàm armis arcem tuebantur. Cochlea erat, per quam ex imo loco sursum gradibus ascen-

bus ascensus patebat, per interualla rimis speculatorijs perangustis distincta. Per hanc in superius conclauē suos inhortaturus ordinis præfectus ascendit. fortè clamoribus dissonis expugnantium inferentiumque scilicet turbatus (ueritum credo, aditum aliquā in arcem patefactum) admoto fissuræ capite explorat quasi tutò, ecqua fortuna sese daret, aut hostes impetum remitterent. ibi glòbi iactu per frontem trāsuerberatus, retrorsum abiit aliquantum, ac propemodum præ uertigine concedit. Descendit tamen genibus labantibus uacillantibusque semianimis: ac progressus in atrium domus, apoplexia subito ictus, exanimis in terram in suorū cōspectu corruit. Accurrunt desertis stationibus hero famuli opem laturi: cum sentiunt animā exhalasse. Oritur totis edibus cōploratio: nec spes, nec uolūtas est amplius tuēdæ arcis, id anxius, ut reb. suis & uitæ prospiciant: cum undique inter hæc conferti diffractis foribus, & per fenestras il lapsi, arcem capiunt. Cū armis obuios primo impetu efferatī trucidāt. Sacrificum cæsi heri corpori imminentem, dum animam eius precibus Deo religiose commendat, in uestigio obruncant, ac super mortuum adhuc palpitans cadauer deuoluunt. Sed ne adhuc quidem his supplicij exaturati, in recentī strage suos etiam rabie plusquam barbarica crudeliter ferro defæuiunt. Famuli qui in testudineatum turris columbarium trepidi subducti scala fugerant, pacti fidem, inuiolati dimittuntur. Reliqui arcem diripiunt. Huc statim sub multum in has regiones accessum, quantum rusticorum erat, omnes suas opes tanquam in inexpugnabile præsidium congesserat. Vniuersæ hæc quoque cum thesauris sanctioribus ordinis Teutonici, prædæ militibus fuere. Vasa tamen argentea grauiora du cum iussu in mediam concionem congesta, reddere coacti sunt. Rumor patrati facinoris Ultraiectum allatus, cum plebem, tum pleramque factionem, incredibile dictu, quam turbauit: quos de Centurionib. sua existimatio & dudum perspecta fides fefellerat. Cohortes statim patratore facinore iustam Ultraiectinorum uindictam, mala icti conscientia ueriti, metu pœne oblatrocinij speciem, diuersis itineribus alij aliò domos quisque suas dilabuntur. Efferat cædes Præfecti Teutonum, factionem ad odium execrabile grassatorum, ad quos carpandos mittuntur exemplò equites. Septem in ripa Vechtæ oppressi, retractique in urbem à fuga, tertio quam in carcerem deducti essent die, in foro Palatino percutiuntur. Centuriones ancipiti periculo solliciti, antequam à suis destituerentur, & præda onusti in persecutorum manus peruenirent, cum parte copiarum Leccam traiciunt: ubi exposito in ripam milite, & fide publica implorata, Viennæ Herculaneorum aliquandiu commorantur. Recens ira ad eos insequendos stimulabat episcopum, & factionē: ad quorum agras mentes illud quoque accessit, quod Brederodius princeps ad robur oppidi sui augendum, exulibus latronibusque asylum aperuisse uidebatur, quibus à diuinis humanisque rebus nihil tutum foret. Eam autem animi ægritudinem episcopus nihil dissimulauit: cum Ultraiectini per literas expostultrices ad illum datas nihil impetrarent, legatos

iple m,

ipse misit, qui cum eo coram de accepta iniuria expostularent. Missi autem sunt Iacobus Mindenus, Fredericus Seldenacker, Lubbertus Vualanus, et extra hos pauci alij. Cæterum Viennam hi profecti, ubi post arcem expostulationem eò spiritibus præ ferocibus efferbuisent, ut nisi, quos deposcerent, ij traderentur Ultraiectinis, talionem Brederodio minarentur. Quare rebus infectis, & egris animis discessum est. In metu interim erat Viennensis, ne qua eenephias ab Ultraiectinis coariretur, quos non quieturos sciebat, quin aliquid memoratu dignum designarent: uigilias noctu in muris, custodes inter diu in portis & speculis collocat, ne incautus opprimeretur. Arx huic inde erat, situ loci & opera satis munita, Termeida appellata, mille passus à Vienna, à Leccæ ripa ad teli coniectum sita. Huc sub noctem præsul Ultraiectinus lectum manipulum occultè mittit, qui eam nouis artibus inuaderent. Hi prima luce uadū transgressi, in ulua abditi in insidijs tantisper latuerunt, donec præfectus præsidij in ædem Meidensem proximam ad sacrum cum famulatio descendisset. Oriuntur inde duo, ad texendam proditorem delecti, monastico cellariorum fratrum habitu, capitibus attonsis cucullati. Hi placidè pulsato ostio, à famula insidiarum secuta intromissi, aditū occupant. Ibi cum mugitu ex occulto emergentes reliqui, accurrunt, arcemq; extrusa famula, ijsq; paucis qui intus relictī erāt, capiūt. Extemplo quicquid telorum ad arcem à Brederodio defendendam ibi inuentum fuit, contra incursum hostis disponunt. Nuncio in uasæ arcis Viennam allato, heros primò non satis secum causam hostiliter ab Ultraiectino illata uis reputare ualuit: cum quo semper quoad licuit, fidam pacem & amicitiam coluisset: ne quid dicā honorificū nominis titulum, quem in ipsa urbe gereret. Deinde submonitus à suis, id mali propter exules partim acceptū, partim quod cæturiones in fide publica intra muros uersari pateretur, intellexit cōsulto opus esse. Et quanquā exasperato animo arma illata indignationē mouebant, censuerunt tamen sedatiores ingenio uiri à cōsilijs, priusquā ipse uicissim hostilia tentaret, per legatos res repetēdas esse. Missi extemplo ad episcopum legati, ad altercationē usq; de illata iniuria disceptarunt. Captari in se belli materiam, cum domi intestine seditionis concitatores desint. Haud satis eum habere, domesticam facem tumultibus flagrantem iam extinctam esse, nisi finitimos principes quocunq; prætextu laceſsat, & ad bellum prouocet. Maiores (inquit legatus) nostri societatem necessariam magis quàm utilem cum populo Ultraiectino & episcopis ob nominis in urbe fumosum titulum semper coluere. Leccam nunquam cum infectis signis transuere: ne à se iniuria prius orta diceretur. Et nunc si illo argumento uos læsos querimini, edite, ut sit quod domum referamus; sin minus, præsidia deducite, ac res ablatas reddite. Quod si illa facere recusatis, pati cōretaliare iniuriā malimus: quādo armis disceptare nō libet. Ad ea ferocius episcopus Nulli obscurum esse, cur Leccam transisset, atq; arma prior intulisset. Neq; ipsum adeò Brederodium fallere, quantum uis dissimularet. Exules nu-

per in sui primū, inde & nominis Ultraiectini odiū eū apud se habere: à quib. hostilia indies aduersus amicos suos positis insidijs steterentur. Ad hæc, paucis diebus haud clām esse, quòd in parē contumeliā latrones illos sceleratissimos, à quibus haud ita pridē in Marsorū arce latrocinia horrenda perpetrata essent, in intimo pene cōsilio haberet. Id à se & Ultraiectinis ordinib. perinde accipi, atq; ipsius tacito cōsilio et ope illi adiuti essent. Abunde hinc cōstare, ab eo prius damnū datum. Quod uero amicitiam & societatis fidē iactitaret, sciret eam his ex rebus ab ipso apertē prius uolatam: Proinde se hos ad supplicium deposcere populo Ultraiectino tradendos: illos uerò iuberet sua ditione decedere. Quod nisi faceret, se præsidia ex arce Meidensi non deducturum. Quòd exules (inquit Viennensis) in oppidum receptos querimini, nihil est quod ad uos pertineat: cum uetus sit exemplum, patria profugorum & exulium in aliena ditione fidem publicam suppliciter petentium misereri, & è iure gentium exorata miseris seruare: nisi uestrum imperium in nos etiā prolatum esse fortassis arbitremini. Ut iam è Viēna ad uos opprimēdos, texendamq; proditionem profecti sint, id publico cōsilio factū certē conuincere non potestis: & uestrum esset, his capitis diem apud iudicem suum dicere. Apud nos quoq; legibus sua est seueritas, & fontib. sua pœna constituta: sed quā nisi in legitimē cōuictos exercemus. Iam quòd de capitibus grassantium copiarum tradendis, cum in nostra potestate sint, uelim ita arbitremini, ius gentium inuiolabile seruatum oportere: nec ipsi negabitis, quantumuis omnia miscetis. Reliquum igitur est, ut renūciata fide publica, uestre libidini fiat satis, resq; ademptæ restituantur. At Ultraiectinus exolescente paulatim aduersus grassatores ira (ut dies omnia lenit, adimitq;) turpe ac stultū ratus, si elapsis hostibus, ex arce uoto non potitus præsidia illico deduceret, arte agēdum censuit. Populus ancipiti in urbe metu, quorsum res euaderet, æger, factionē, eosq; qui principem huc impulerāt, execrabili odio persequabatur. Precari solum, facinus, quod patrarāt, authorum capitibus aliquando expiatum iri: ne quod paucorum consilio admissum esset, id uniuerfi ad postremū luerent. Nota enim uulgo erat uehementia ingenij Brederodiani: nec iniuriam sic inultam abituram, quacuncq; uia id fieret. Suspecta erat in primis cunctatio uiri ad uindictam, reputantibus præmatura consilia sepe infelicem exitum sortiri, lenta uerò maiori impetu suscepta, auspiciatius cadere. Et quanquam eum episcopo imparem esse satis constabat, timebant tamen, ne imploratis Burgundionum opibus (quod ea cunctatio minari uidebatur) & amicorum fide in fines suos effusus uicissim hostilia inferret: & magno paucorum stulta libido staret. Deferuescente itaq; indies ferocia, episcopus cum apud animum suum anceps periculum reputaret, coepit primū per literas ad Brederodiū factum excusare: trāfferetq;, se ad reddēdum impelli posse, quod ademerat, si locus colloquio legatorum destinaretur. Inde mediis his interuenit Gellrus, per internūcios amicos Ultraiectini nominis, haud pacis faciendæ studiosos perinde, atq;

de, atq; Hollandorum opes formidantes, inductus. Postulat per literas ad utrumq; sibi deferrī disceptandæ controuersię arbitriū. Abnuīter. Episcopus enim res quocunq; modo redditas hac occasione cupiebat. Brederodius haud obscurè aduertens quid à principibus Ultraiectini nominis talium rerum artificibus elaboraretur, fidem penes arbitrum constare iussit. Gelrorum Dux paucis post diebus, quàm ita inter principes conuenisset, occultè per literas arcis Meidensis præfecto imperat, ut extemplò ex ea deductis præsijs, ditione Viennensi decedat: iam inter Ultraiectinum & Brederodium de pace cōuenisse. Ille uim hostium ueritus, priusquàm pacis fides omnibus innotuisset, nocte cū præsijs furtim transmissis uado, Ultraiectum fugit.

LAMBERTI HORTENSII RERVM VLTRAIECTINARVM

Liber Quartus.



OCVS monet, ut intermissa paululum rerum Ultraiectinarum narratione, stilus ad ea recensenda reuertatur, quæ circa hos dies inter episcopum & Amorfortios agitata fuerunt. Hi cum principi ob supra relatas causas ad execrabile odium usq; inuisi essent, uia haud facile inueniebatur, qua eorum pertinacia retunderetur. Nam post tot insidias positas, cum nulla sceleriter successisset, omne penè consiliū uindicandi se amiserat, aliud itaq; per hos dies coepit. Iacobum Niuelgium ex factione equestrum primaria, præfectum in præsidio Amisiano locat, paratum (ut uidebatur) certamina cum uicinis serere, inimicitias & odia infestè exercere. Primū is adortus est Amorfortiorū municipes, sparsim in proximis uicis agentes: ab his multa iniqua postulare: his iudicia, accusationes, multas minari. Ab his procemijs ad ciuitatis iura & plebiscita inusitatis commentis uiolanda animum apulit, ut ex compacto rem geri palàm appareret. Monitus à senatu per literas, ut ab incepto desisteret: ac si quid uellet, iure secū ageret: respondit, se principi suo iuratum, nihil nisi eius imperata exequi: sed uix quidquam adhuc à se tentari coeptum. Colonum quendam Vuaembergensem è uilla dominijs Amorfortiani noctu in lecto oppressum arripuerat: hūc indicta causa, nulloq; iudicio damnatum, cum memorabili possessoris damno in uinculis per multū tempus asseruabat. Ablato, abactoque omni armento, ac supellectilibus, nihil præter rurestre edificium, & uacuum fundum reliqui fecerat. Quare uillam, ut calamitosam ac fatalem, cum agrorum cultores abominarentur, deserta incultaq; aliquandiu negligebatur. Captiuo interea è uinculis causam dicendi potestas non fiebat. Mittuntur è ciuitate legati ad præfectum, ut ex fide ueterum priuilegiorum (quia fonticā obtendebat causam) reum liceret uadari: aut si pecuniæ res foret, bonis præsijs se cauere uelle. Sed ne hic quidem æqui

577 quidquam obtinuerūt. Vim (inquit præfectus) fecit in suburbana prin-
 cipis iurisdictione: quare capitis iudicio damnādus est. Vos enim haud
 fallit, eum nuper cum manu ciuium scenum cuiusdam igne in agro cor-
 rupisse. Damnum infectum prius redditum oportuit, quàm de uadimo-
 nio uerba fiāt, disputetur ue, aut de priuilegijs maiorum agatur. Quare
 inanem operā scribendo legationibusq; mittendis sumere desinite: pro
 crimine si nō extremas, certè ex principis arbitrio pœnas dabit: ne simi-
 lis inferendī uim per uos licentia alios in posterum ad nefarium exemplū
 inuitet. Tum Amorfortius Dato damno in senatum statim te maiorum
 tuorum exemplo uenisse, & iure egisse cum reo oportuit, & iniuriarum
 formulam principis nomine intendisse: ac non insolenter in contumeli-
 am Amorfortiorum hostiliter direpta uilla, abactōq; omni pecore, è ci-
 uis prædio extractum prehensumq; rusticum in uincula coniecisse. Son-
 ti scelerisq; cōuictō certè sua mulcta parata erat. Imprudens locorum, in
 quibus medius confideas: & populi, cum quo seris (ut cunq; cadat) certa
 mina, nunquàm inceptaturus, si cogitares, id quod maioribus tuis, qui
 in hoc ipso præsidio præfecturam proximè gessere, eueniret, postquàm
 populum Amorfortiū laceessere cœpere, tibi quoq; euenire posse. Memi-
 neris si per occasionem infortunium feras, retaliatum ex iure esse, & nō
 læsum prius. Præfectus contemptis Amorfortiorū exostulationibus,
 principis iussum obfirmatus obire pergit. Perit extemplò per literas se-
 natus fidem ab episcopo legatis mittendis ultro citroq; Vuicam eundi,
 (non enim temerè erat, quòd contra ius gentium se uiolatum iri metue-
 rent) à quibus querelas de superbia & ui quorundam præfectorum iu-
 risdictionis Amisianæ intolerabiles in agrarijs administrationibus co-
 gnosceret: à quibus ipsi & coloni sui indignis contumelijs afficerentur.
 Respondit episcopus, Calen. Jun. se mirari, cur bonam pacem ab se exo-
 rarent, cum ea non nisi ab hostibus, & ijs quorum fides suspecta esset,
 peti soleat. Quod potuit, omnem beneuolentiam erga ipsos semper de-
 clarasse: nec dubitare, quin ita quoq; de se existimarent. Tantum abesse,
 ut hostilem spiritum aut insidias ab sese metuerent. Nihil moratus sena-
 tus, legatos mittit quatuor senatorij ordinis principes, Iacobum Dolre-
 rum, Ioannem Sosium, Gerardum Sosium, Nicolaum Gerardi filium.
 Breui pòst hi profecti Dorestatum uenerunt. Nuncio in arcem Amor-
 fortiorum legatos aduenisse allato, postridie exponēdæ legationis ijs co-
 pia facta. Huc intromissi, principem pedibus holoserico fasciolo obliga-
 tis humili scimpodio sedentem, pallidum extremaq; macie confectum,
 (ut qui ab aduersa ualetudine nōdum restitutus esset) ac planè Tropho-
 nianum aliquem offendunt. Assidebant dextra læuaq; ab intimo consi-
 lio, Iacobus Mindenus, Fredericus Seldenacker, Hadrianus Rhedius,
 Gysbertus Hardenbrochus. Atq; inter hos præter spem & expectatio-
 nem præfectum arcis Amisianæ offendunt. Et quanquàm hi commo-
 dius eum coràm de ui & indignis contumelijs acceptis criminari, ac ui-
 cissim ille suam causam tueri poterat, quàm si in absentē multas acerbas
 accusa-

accusationes cumulaturi fuissent, non sefellit tamen Amorfortios, quid inter ipsos alebatur. Dissimulata interim in præsentis sollicitudine, Dolrerus exorsus est acerrima oratione, indigna, quæ indies à præfecto paterentur, exponere, eaq̃ exaggerare, quantum dicendo ualuit. Per illum iura patria, instituta maiorum, beneficio priscorum antistitum accepta priuilegia, laudatas consuetudines forenses in suburbana iurisdictione, in uillas & prædia plusquam tyrannica ferocia sæuientem euertere. Colorum passim fugam fieri, alios arreptos indicta causa in custodiam trahi. Ut uis proficit, causas eum comminisci, ac principis imperium prætere. Velle scire se, num hæc illius iussu exerceat, an priuato consilio. Pofcere res ablatas reddi, indigna illata sarciri aliunde, atq̃ illū facinorosum ob graues iniurias memorabili multa anquirendum. De his certiores fieri cupere, ut esset quod domum regressi ad senatum referrent. Finem dicendi fecerat Amorfortius. Legatis paululum exire iussis, Niuelidius in consilio mansit. Dissimularunt tamen dolorem in præsentis Amorfortij, & indignitatem, quam paulo post aperto stomacho detexerunt. Intra mox reuocatos, magnis certatim clamoribus toto confessu aggrediuntur: nulla uox satis grauis atroxq̃ inuenitur, qua dignè appellentur. Sub hæc paulisper silentio facto, Aulæ præfectus acerbe in eos inuehitur, nihil expurgans præfectum Amisianum, sed translatione utens: Nō est, inquit, cur uos Amorfortij rogetis, quo consilio, suo'ne an alieno, uestræ possessiōis colonos arripiat præfectus Niuelidius. Quod ut sciatis, quicquid huius gessit hæcenus, episcopi iussu, cui iureiurādo obnoxius est, gessit: et grauiora in sua iurisdictione deinceps ubi iussus erit, moliturus. Nec uestri fori possessiones iura ue usurpat, cum extraurbanæ iurisdictiones ad episcopum pertineāt. Vana interim sub uestro nomine libertatis per suasionem facinorosi homines agrarij tuti, quicquid neq̃ iure, neque conditionibus æquis obtinere possunt, ad id occupandum aperta uipalām utuntur. Vestrum exemplum imitantes, libidinē pro iure habent. Peruicacię impunitas uobis ad omnia animos facit, ut ubiq̃ etiam iura libertatesq̃ allegentur. Habet in memoria adhuc princeps refractariam illam superioribus annis pertinaciam uestram, cum temporibus ciuilibus discordiæ, per uos tantis & tot tumultibus conquirenda pecunia differretur. Qua ex re irritatum eius animū multo adhuc inclementiore experiemini. Iniuriæ tardè senescūt. Aduersus hæc, cum multa, quæ uiderentur opportuna, Amorfortius respondisset, quorum alia probabiliter refellendo, alia defendendo, continuis orationibus aliquot horas consumpsit. Exitus hic ad postremum ab eo orationi est impositus. Cōclamando obtestati sunt, indignam uim sibi fieri, & opprimi suam libertatem. Vel illud rem ipsam coarguere, quod is cuius criminādi causa huc conuenissent, contra ius æquumq̃, exeuntibus ciuitatis Amorfortiæ legatis, in consilio, reus actus, permaneret. Tot denique horis frustra disceptando absumptis, cum episcopus ad omnia obmutuisset, Amorfortiam legati redierunt. Per eos aut̃ annos, quibus otium reip. VI

traiectinæ turbabatur, æris alieni, ob impensas, quæ in uarios legationū usus factæ fuerant, ad quatuordecim aureorū milia, & septendecim, conflatum fuerat. Vt ea redigerentur, breui dies ordinibus ad conueniendum edicitur his ipsis diebus, ut quantum impensarum factum esset, cōmuni ditionis sumptu dissolueretur. Quæ res tametsi ad Ultraiectinos, à quibus id æris pecuniæ inopia tum conflatum erat, propriè attinebat, ad audiendam relationem, aliæ tamen ciuitates è consuetudine per literas ad conueniendum eodē accitæ, dictum diem quoq; seruarunt. Proposito hoc tum in consilio nihil aliud fuit actum, quàm ut in proximum conuentus diem, qui tum eodē indicebatur, consultatio integra reijceretur, de conquirendis conficiendisq; milibus, quorum index capitatim recitatus lectusq; ibi fuit. Exemplum indicis, de factis impensis, ciuitatū legatis petentibus est concessum. Domos quisq; suas reuersi referunt. Amorfortiæ, postq; legati quid in conuentu ordinum propositū in consultationem proximi concilij fuisset, retulere, legendum exhibent indicē capitum, in quem usum ea pecunia insumpta diceretur. Nondum ad finem legendo peruentum erat, cum ab omni concilio uno ore recitanti sit reclamatum. Ecquæ inuerecundia esset, quod Ultraiectini nulla fronte proponerent ciuitatibus de contribuendo, ad ea debita, quæ ipsi sua ipsorum stultitia, nullo sociarum ciuitatum neq; consensu, neq; consilio parassent. Quid si animam nexi deberent. Olim cum Amorfortij iniquitate fortunæ, simul per intestinam calamitatem omnibus penè Hollandici nominis ciuitatibus obæratī essemus, ut capita uix è portis exerere liceret, metu ne uel retinerentur, uel nexi intercepti in uincula ducerentur: nulla Ultraiectinorum ope adiuti, ipsi nosmet argento facto & infecto in ærarium certatim collato redimebamus. Tunc & matronarum pecuniæ signa argentea quoq; congerentium, nostrum ærariū adiuuerunt. Smullingiæ inimicitia nulli ferè non mortalium in conspectu adhuc sedent. Hæc & id genus alia huc spectantia absentib. occlamantur. Quare in dictum diem conuentus non seruarunt. Et quia sine illis neq; largitio agraria, neq; recens domorum rusticarum constitui poterat, cum diem concilij non obseruarent, nec ad frequentiores ordines cōsultationem suam per literas saltem deferrent, rati illi id quod res erat, eos restitute ne conferrent: ad principem illico, qui satis ab ipsis stabat, rem integrā deferunt. Erat adhuc is à diuturno morbo inualidus, ægerq;. Quamobrem eum perpellunt (quia non minima portio eius pecuniæ illi addicta erat, quo alacrius negotium urgeret) ut diem Vuicam Batauodurorum conueniendi ordinibus indiceret: eoq; Rhenanos, & nominatim Amorfortios ab domo exciret. Cupidè & haud cunctanter postulatum Ultraiectinorum Præsul exequitur: ut principes facile omnes muneribus corrupti, diuina etiam humanaq; omnia uenalia habent: gurgites inexplebiles, & edaces populorum uoratores: quorum sitim Tantaleam neque Tagus, neq; Pactolus, quātumuis auri arenas rebulliant, unquā expleuerint. Per hanc turbatum fuit ocium populi Ultraiectini, lōgæ paci affue

ti: hinc

ti: hinc calamitas & euersio ditionis magna gloria & opibus florentissimi: hinc prima totius tragœdiæ scaturigio erupit. Breuî quàm id receperat Præsul, xviii. Cal. Iun. literas Amorfortiam dedit ad senatum. Lectæ autem sunt eodem die in hæc uerba. Ex quo episcopus renunciatus, & in hanc regionem procul ab domo accitus ueni, magni sumptus, cum in alios usus, tum in crebras legationes, cōtraq; grassantem iam nuper sine duce latrocinij specie peditem, à me facti sunt. Scopus autem eorum hic fuit, ut in ocio & pace nostra ditio floreret: id quod sedulo pro uiribus nostris præstatum fuit. Sed aliquanto grauioribus impensis cōstitit controuersia idētidem ab Hollādis iterata de paludibus: quas utinam publico & commodo & quiete circumcidere licuisset. Longè uerò maximam partem in equitum præsidia, atq; peditum, quæ Ultraiecto aduersus seditionē secessionēq; ciuiles imposuimus, profusam esse, haud dubito quin uobis constet. Quare æquum est, & par, uectigal aliquod constitui, quo hoc æris conficiatur aliquando, uosq; redimamini ab ijs, à quibus mutuo pecunia absq; hypothecis accepta est. Quoniam autem impensæ in hos usus factæ communiter ad omnes ordines pertinent, in contributione neminem excipi debere censeo. Diem ac locum Ultraiectum conueniendi indictum oportuit, ut hæc res ad frequens ordinum conciliū referretur: quē ipse quoq; qui indixissem, obseruare cuperem. Sed quia à graui diutinaq; aduersæ ualitudinis conflictatione, corpore adhuc languidus sum & æger, ut conuentui interesse non detur, primores ordinum, in primis autem religionis, magno consensu obnixè à me contenderunt, ut locus habendi conuentus Dorestati edicaretur. Idē reliquæ ciuitates per legatos flagitarūt. His à suis quibusq; permittetur potestas, constituendi quod è re communi uisum erit: ne consultando tempus extrahētes, in nouos & inexplicabiles labyrinthos malorum denuò abripiamur: id quod superiori triennio heu nimium experti sumus. Velim uos legatos huc uestros quoq; ad xiiii. Cal. Iun. è senatu, cum integra transigendi cōstitutionem potestate citra relationem mittatis: ut eodem die sub uesperum in diuersorio adsint. Mane postero die statim ad consultandū maturè cōuenietur. Postridie uetus ac nouus senatus in huius rei deliberationem habitus, facto senatusconsulto, in hæc uerba per literas principi respondit. Non esse è repub. potestatem transigendi quicq; hac in re cum ditionis ordinibus, cuiq; permittere, quamuis tutum ipse obtenderet, & periculum auertere uideretur. Sed & causam eiusmodi esse, ut eius deliberatio sit, penes quos summum imperium in repub. esset. Retulisse itaq; hanc consultationem ad ueterem senatum & populū. Deceuisse autem, scisseq; hos, ut ea quæ legatis mittendis mādarentur, scripto ad conciliū Dorestatum dato responderentur: ut ordinum atque ciuitatum auditis sententijs, Amorfortiorum resignatis literis, sententiæ non desiderarentur, (non enim sefellit eos quò iret tam præceps ad decernendum consilium) ne quid obstinatum calumniarentur. Ceterū eorum sententiā scripto transmissa, hæc fuit. Multis inexordio uerbis spe

ciosis excusabant, cum illud, quod conuocati cum alijs ciuitatibus lega-
 tiones non decreuissent, tum quod extra necessitate, integram rem ordi-
 nibus non permetterent: temporis ratione enim ad eam rem maturius consi-
 lium postulare. Velle tamen principi & ordinibus scripto id consilij da-
 re, quod per legatos daturi fuissent, ut cum acciperetur. Omne studium
 praesulis conseruandae pacis, & omni publici firmandi iustum se habere &
 bonum: uerum hoc unum sibi uideri ab eius dignitate alienum esse debe-
 re, quod cum ditio omni difficultate, parta post horribilem tempestate
 tandem tranquillitate, se euoluisset, & onere quinquaginta milium, quo-
 rum collatio difficilis fuisset, leuata foret: nunc eam ipse in nouam malo-
 rum excetram conijcere adoriretur, quasi tot tantisque malis nondum sa-
 tis edoctus esset, hac uia rem Ultraiectinam in suum ipsius exitum deflue-
 re. Impensas autem has, de quibus soluendis in praesentia disceptaretur,
 factas, nihil ad se aut communem ditionem pertinere: quarum cum bo-
 na pars ab Ultraiectinis per intestinos ciuilesque tumultus nuper conflata
 esset, in confesso stare, ad eosdem illas separatim pertinere. Iniquum pe-
 ti a se, & aliarum ciuitatum legationibus, ut cum publica ditionis calami-
 tate eorum amentiam in commune luerent. De paludibus uero, in qua-
 rum lites cum aduersarijs, & legationes, non tenues sumptus facti essent,
 commentum impudens uerius, quam ludibrii specie uideri. Et hos qui-
 dem nihilo magis publicos, quam illos, ad Ultraiectinorum motus con-
 pescendum, collocatos. Placuisse semel frequenti ordinum concilio, cum
 luculento decreto facto, ut fundorum domini ad eas soli, quae fierent, im-
 pensas deinceps tenerentur: atque ille in dominia earum, de quibus lis agi-
 taretur, priuata conijcerentur. Se cum alijs ante tempestatibus, tum su-
 perioribus annis in disceptatione de iure paludum, legationes suas pu-
 blico sumptu ex aerario etiam misisse, simulque indies mittere. Et ne tan-
 uanum id coarguatur, superesse quaestores, quorum calculi relati eam
 rem testarentur. Quare non magis se teneri ad Ultraiectinorum impen-
 sas, in domesticos usus, in legationes factas, quam ipsi olim ad octuagin-
 ta milia tenebantur, ob quae omnibus prope mortalibus ciuitas Amor-
 fortia in Smullingiaco negotio obnoxia fuisset. Qua tempestate, ut ip-
 sorum fides non implorabatur, quo pecunia adiuuarentur, ita nihil sua
 sponte uice humanarum fortunarum ciuitatis sociae eos commotos fu-
 isse. Cum ea controuersia iustiori ratione publica ad conferendum, quam
 haec sit, esse potuisset, quare ordinum fidem tum implorasse debuissent
 Amorfortij. Recitatae in frequenti ordinum conuentu haec literae Dore-
 stati effecerunt, ut tum constituendis collationibus sit superseffum.
 Laboratum nihilo segnus est ab ordinibus, ut constitutio tributaria aliqua
 excogitaretur. Et quamcumque ingrediebantur uiam, unus is scrupus ob-
 stabat, urgebatque, quod Amorfortij ubique intercederent, ut ipsi a contri-
 buendo immunes essent. Ratus princeps cum eo populo mitius agen-
 dum, blandimentis eos adoritur. Quarto nonas Iul. Hadrianum Rhedi-
 um, quem ciuitati charum, & gratia populari plurimum illic ualere con-
 stabat,

stabat, legatum eò mittit. Postridie quàm uenit, senatus ei datus fuit: in quem introductus, quid missus esset, breuiter exponit. Repetitis eorum annorum uarijs casibus, in quos præsul infelicitè inciderat: docuit qua uigilantia, ablata olim castella, oppida, arces, ditioni grandæ restituisset. Intestinum inde incendium ortum: cui mederi cupiens, cum nō posset, causam illi fuisse periculosa ualitudinis, à qua neq; etiam dum conuallisset. Omnia autē sua consilia huc intendisse, ut quanticumq; daretur, hinc à Gelro, inde à Burgūdis pacem & otium suis redimeret, iura maiorum tueretur: possessiones, dominia, & iura finium pertinaci studio uindicaret. Quod quidem cum cōstaret obnixè ab eo elaboratū, quare magnos huc sumptus factos oportuit: obtestari ob eā causam præsulē, senatū & pop. Amorfortiū, ut in cōquisitione pecunię se adiuuent, quo exoluatur ijs à quib. mutuò accepta esset: ne nouas intercessione sua (ut nuper) turbas motusq; cōcirent. Sūma deniq; orationis huc tendebat, si grauarētur postulata per omnia decernere, petere uel impensarū factarum collationē decerni. Nec posituros beneficiū apud immemorē, si id impetraret. Inde legatus curiā egressus, in hospitium concessit. Eum Coss. cum senatus placito mox illò sequuti, huiusmodi respōsum retulerūt: Senatum Amorfortiū, ipsamq; Amorfortiā, se ultro semper ad contribuendū cum ordinibus ad quaslibet impēsas, quæ iustè essent, & necessaria, quæq; publicè in ditionis salutē in columitatēq; fierent, principi obtulisse: quib. patria uita ipsa charior esset, adeò ut si hoste imminente, à bello uacatio daretur, eam recusaturi essent. id quod periculobreui compertū esset, tantū abesse ut pecunię causæ patriā communē parentē desererent. Sin aliò pecuniæ siue publicæ siue priuatæ erogarentur, stare sententiā, ne obolum quidem uelle contribuere: intercessione etiam impedituros esse, ne qua constitutio decerneretur. In quem autem usum hæc uersa sit pecuniā (inquit) uobis liquet: certè ad nullam sociarum ciuitatum publicè attinere, uel nuper in ordinum conuentu scripto à nobis abundè perspicuè demonstratum arbitramur: quod nec ipsi inficiabuntur, qui discriminis æqui & iniqui miscēdi principi authores hac in re sunt, licet dissimulanter id habeāt. Interiectis sub hæc aliquot diebus, de eadem re, conuentus ordinum ad consultandum iterum habetur. Cōsuetudo uetus regionis inferæ multis seculis tenuerat, ut cum de arduis ditionis negotijs apud principem disceptaretur, in eo conuentu Ultraiectinorū & Amorfortiorum primores iudicio præsiderēt. Forma illius iudicij quia temporum & hominum uitio corrupta erat, multa perperam discrimine æqui iniquiq; confuso perpetrabantur: ita ut sententiæ suffragijs obtinerentur magis, quàm æquo. Ordines, qui ea tempestate in administratione reipub. omnia pro libidine impotenter Ultraiecti gerebāt, ad deprauatam iudiciorum consuetudinem corrigendam, diem habendi conuentus indixerunt. Consilium in speciem laudatum, nisi fraudē subesse iudicio compertum fuisset. Amorfortij cum aduerterent dolum: id scilicet agi, ut se possessione & dignitatis iure in eo iudicio deturbatis,

quaelibet

quaelibet decernendi in absentes etiam pro imperio reliquis ius foret: ut ordinibus hic fraus parum prodesset, in concilium per hos dies accersiti, diem non seruarunt. Lulos se suis artibus, quibus alios aggressi fuerat frustra illi, sentientes, infecta re domos quisque suas discesserunt. Hec paucorum dierum spacio inter Ultraiectinos & Amorfortios incredibili animorum certamine gesta fuere. Redeo nunc eò unde excurri, hoc est, ad ea quæ memorabili casu deinceps & uarietate ab exulibus & episcopo acta sunt. Episcopus, qui ad hunc diem fermè usque firmus ab Ultraiectinis steterat, tum demum detecto dolo, labare cepit: utilissimus episcopus functioni, si popularium, si uernaculorum ingeniorum prudens, in initio turbarum intestinarum, antequàm factio potentiam suam firmasset, auxissetque, quod postea, consilium maturè sequutus fuisset. Quare cura reconciliandi factionem & pulsos in gratiam, ut res Ultraiectina pristinae gloriae & opibus restitueretur, laboraret: simul ne qua inertia aut secordia in hac parte apud posteros nomini suo officeret, dubium est, perniciosior ne fuerit ditioni, an utilior. Cuius si indolem & animum ad pacis artes nati perspicias, uir fuit cuilibet superiorum episcoporum partem si casum & uices fortunarum humanarum, si mores eorum quibus domesticè in rerum administratione utebatur, perniciosus, ut nemo alius. Cætera egregius, nisi credulitatis uitio, ab alijs egregijs artibus degenerasset. Sed superat omnia humana consilia, fatalis necessitas, ad quam regendam iacent consilia, et uiuax sagaxque ingenium humanum: ut falso ac temerè sæpenumero aliorum studijs nostra iudicia interponamus. Sum datum id interim ab exulibus, effectumque est, ut partim à Transiselanis principis animus lenita ira ad partium concordiam, ac causarum cognitionem apud incorruptos iudices flecteretur: partim per principes & regulos Burgundici nominis, seditiosum populum semper exosos, ut iudicio sisterentur. Horum secreto colloquio multa (ne indicio quæ agitabatur palàm fierent) accepit, quæ aduersariorum deprehensas artes coarauerent. Dissimulauit, ac tacitum interim consilium habuit per totam prope æstatem: mansissetque in occulto, nisi exules nimis luxuriosa lætitiâ impotenter exultantes, inimicis paria exilia indicio conuictis damnatisque ubicumque insultassent. Quare Ultraiectum his undique rumoribus allatis, à factione trepidatum serio est. Metu igitur, ne plebs ad nouas res inclinata, per hos nuncios alios super alios è finitimis ciuitatibus in urbem repentes, resumptis armis coemeterium occuparet, episcopum per literas ex arce Dorestato ordines tumultuose Ultraiectum euocant. Iam à graui morbo utcumque bonæ ualetudini redditus erat. Lætus ille sibi eam occasionem offerri, quam dudum dari sæpe exoptarat, per literas Florentium Burenorum Comitem, cuius nominatim consilio ad hanc rem etiam antea usus fuerat, illico consulit. Erat is per id tempus Iselsteinæ, (oppidum id ab Ultraiecto iustum militare abest) dabatque per literas è re præsentis naturæ huiusmodi consilium. Quoniam ingens sollicitudo ordinibus tranquillandæ conseruandæque à nouis motibus reipub, inesset, nec id sine præsi-

dijs arma-

dijs armatorum fieri posset: id quod ex superioribus secessionibus nu-
 per expertis latis constaret: principem ipsum quoque sui debere periculi
 admoneri: documēto esse trium annorū tumultus, quā parū inter ar-
 matos ciues sibi inermi ad illos à nouis rebus prohibendum tutum fo-
 ret. Quare aduersus uim incertam, iniuriasque omnes, ad custodiam cor-
 poris sui item, ab ordinibus equitum turmam unam, peditūque unam co-
 hortem, quibus munitus urbem ingrederetur, sibi decerni ipsorum sum-
 ptibus exposceret. Fore id non solum ipsis ad quietem domesticam fir-
 mandam utile, sed etiam necessarium: nisi mallent ex tranquilla & serena
 luce in turbidam tempestatem, maiori quā antea cum omnium eorum,
 quæ reliqua sibi fecissent, periculo relabi. Nec esse cur id ad plebē ferāt,
 uelint, iubeant ne id fieri: positum in ipsorum ditione, quo dignitatem
 ac salutem suam tueantur. Instructus his artibus episcopus, literas Ultra-
 iectum ad senatum trium ordinum dedit. Resolutis lectisque, maior solici-
 tudo uniuersos in cessit: reputantes, quantum ipsi aliās, quantum episco-
 pus auctoritate, blandimentis, cum ciuitas in armis esset, effecisset. tandē
 huc conuenere, ut (quoniam commune omnium periculum ageretur, et
 salus) præsidia peditum in urbe collocarentur. Decernendas eas copi-
 as principi per speciem tuendi corporis sui, ad quas conscribendas festi-
 nato opus esse: ut primo tempore cum his, non autem maioribus in ur-
 bem maturaret. Et quanquam decreta præsidia aduersus gliscentem ab
 integro coniurationem imponenda è repub. ducerent, tacita suspicio è
 sparsis exulū rumoribus, primoribus factionis è nobilitate equestri in-
 erat, & metus, ne aliò uerterentur. Auxere illum metum crebra cum Bu-
 rensi colloquia, et insolens consuetudo, ac frequens: cuius pater, adeoque
 ipse semper hostilianimo erga se fuisset. Accessit ad hæc mali consciētia,
 in læuam partem ferè suspicax. Decreto ordinum factiosi quidam terro-
 re armatorum percussū, umbra Tribunorum freti, cum armati in pu-
 blicum prosiluisse, obstare palam conabantur ne procederet: uociferā-
 tes, auxilia externa non ad cōtinendam ciuitatem à seditione, sed ad exu-
 les reducendos, sumendumque ultimum humanorum supplicium de ijs,
 qui episcopo adpellendos inimicos authores, qui que actarum secessionū
 concitatores extitissent, spectare: se clausuros illi portas, si præter suos,
 mercenarium aut stipendiarium equitatum, aut supra decretam unam
 cohortem pedestrem, secum adduceret. Consul Vuluenus, ne qua uis
 oboriretur, portam Albā qua urbem intraret, occupat. Urbem eo iam
 lectica ingresso, multo maior fremitus exortus, conquerentium claman-
 tiumque, nunc se aperte & repub. proditam: omnia ex compacto geri.
 Pedites ex infestissima nomini Ultraiectino gente, cū qua natiū quod-
 dam odium & fatale in æternum exercerent, conscriptos in se intra mœ-
 nia collocari. Hanc esse stirpem eorum, à quibus bis penè per proditio-
 nem urbis olim, auspicijs Frederici, Gysberti Strabi cognomento Isel-
 steinensis, & filij eius ductu Florentij capta fuisset: huic bellum etiam se
 ob acceptas illi iniurias intulisse, & oppidum obsidione cinxisse. Erat au-
 tem cō-

comit faderung künig
 aliud scribit is huius
 qd scribit qd huius notatur

tem cohors subitaria illa tumultuose è Benscopijs contracta, atq; à Florè-
 tio episcopo (quia raptim hæc agebantur) Ultraiectum properanti
 missa. Per hospitia bis uixdum distributis, cum sensisset præsul talia in-
 ter ciues moueri, postridie quàm urbem introisset, Benscopios exautho-
 ratos dimittit: translata culpa in errorem & ignorantiam, facile iram fre-
 mitumq; uulgi lenijt, ac se suspitione liberauit: magis ut id quod in ani-
 mo tectum habebat, dissimularet, quàm ut uulgi querimonijs, aut insa-
 nis clamoribus, metu aliquo compulsus, morem gereret. Statim ordi-
 num conuentū habet: in quo de ditionis negotijs ordines disceptarunt:
 præcipue autem de ui & iniurijs Hollandorum, aduersus quas nullo iu-
 re gentium agi posset. Ciuium bona & usurarias pecunias in omnibus
 locis manu iniecta publicè tenere: fructus agrorum pro libidine in sua
 ditione occupare. Sponsione cum nollēt contendere, aperta ui inualis
 omnibus, paludes non iudicio, sed ferro atq; igni, nisi sponte cederent,
 usurpaturos. Postulasse se constituendum disceptatorē, aut controuer-
 siam iudicio dirimendam, contentos eas sibi abiudicatū iri: oblati præ-
 terea, dum pronuncietur, fundis fiduciarijs: prædibus prædijsq; caue-
 re uelle. Ad postremum (quando illa abnuerent) causam petere ampliā-
 dam: uerū ab illis nihil æqui obtineri posse. Hoc ipso conuentu relatū
 quoq; est, de certamine irarum inter Gelrum & gentem Transiselanam,
 deq; eorum errore: quorum neutri, ira, cupiditateq; effascinati, cum alte-
 rius causam sanè perspicerent, sese mutuo criminationibus insectari, in-
 culcare, fœderis facti uiolatores exposcere: animos resumere, res repete-
 re, queri pacis conditiones à Treuirensi dictas non exequi. Suollanos
 contra conqueri, nullas pacis leges, nullam fidem sibi à Gelro seruari. Il-
 le contra, ferocius culpam à se in Suollanos auertere. His omnibus de re-
 bus cum crebri conuentus ingētū ordinum sumptu habiti essent, parum
 fuisse promotum. Veriti itaq; ordines, ne paulatim ira stimulante in tan-
 tam rabiem certamen tandem erumperet, ut dirimi nequirit: idq; Gel-
 rus annitteretur ut primū Suollanos, inde uniuersam Transiselanorū
 gentē sub ius ditionēq; suā redigeret, proposuerūt quod è re superæ infe-
 ræq; ditionis foret: idq; maturè exequendum, ante quàm serum auxiliū
 malo accepto circumspiceretur. Quoniam autem hinc ab Hollando, in-
 de à Gelro in diuersis causis & locis infestarentur, eorum alterutrum in
 gratiam sibi reconciliandum censent. Legatos ab episcopo ad Gelrum
 (quia is ex eo, quo arma ferre poruisset, iureiurando propè hostē se Bur-
 gundionibus perpetuum fore obstrinxisse, ob crebras in eorum agros
 incursiones uidebatur) primo quoq; die mittēdos, qui utiliorū prin-
 cipum & populorum exemplo, cum eo de societate inuēda, quo res suæ
 ualidiores essent, posito cum Transiselanis certamine agerent. Fœderis
 leges, quæ iustæ essent ac bonæ, daret ipse: quæ si placerent, ratæ haberē-
 tur. Hoc pacto propediē fore, ut per hanc initam societatem, sua poten-
 tia & opes, in magna gloria celebritateq; & inimicis terrori ipsi foris es-
 sent: & eorū edictū de fodiendis paludibus editū, sine effectu intermore-
 retur.

retur. De exulibus uero, qui urbi imminere, alijs super alios nūcijs indices allatis ferrētur, ordinibus curæ fore, ut frustra essent. Refrixit interim res de legatis mittendis, ut multa alia per id tempus frigide quidem, sed utiliter tamen in deliberationem ad consultandum deintegrò, proposita, segniter ad exitum deducebantur: siue id opera & artibus quorundam, qui inter ordines Burgundionibus impense fauebant, accidit: siue quod de fœdere desperarent: neutrum habeo cur affirmem. Erant apud Ultraiectinum & Gelrum in intimo concilio singuli prudentia inter suos conspicui: nec minus apud suos uterque principes gratia & autoritate pollentes: pacis concordiaeq̃, quod dabatur, alijs aliud suadentibus, semper authores. Hi ex composito suum uterq̃ secretò, ignorantibus ab ipsidem concilijs reliquis, tentant, num uia ad æternum fœdus sciendum inueniri posset. Abnuuit neuter: quin benigne utrinq̃ responsum, gratiaeq̃ insuper actę sunt: ut quibus principū salus, & patrię cuiq̃ suę res curæ essent. Hortari ad maturandum, quàm possent occultissime, conceptum fœdus, ne per dilationem & segnitiam, consilium, si iudicio alicui innotesceret, disturbaretur: ut pacis & fœderum leges æmulantium studijs sæpe in bello & ocio distrahi solent. Cogitare quàm utilis pariter & opportuna ea pax utriq̃ regno esset. Admonere suū quęq̃ periculum, opus esse maturato, quòd res Transisilana haud procul ab armis abesset. Ab altera parte Hollandos bellandi cum Ultraiectinis materiam quærere. Quare cum hi utriusq̃ gentis principibus in medio opportuni ad exitum starent, necessarias magis quàm honestas in ultimo discrimine qualuis conditiones cum Gelro societatis episcopo accipiendas esse. Distulit, dum hæc à duobus desudarentur, exulum destinatum episcopus negotium in aliud tempus: maximè cum præter expectationē præsidio Benscopiorum tumultuario destitutus esset. Sed in fœderis legibus conscribendis acriter interea laborari coeptum: & habebat res tanto plus difficultatis, quanto hostilia inter Gelrum & Suollanam factionem feruerent magis. Cætera conuentura facile uidebantur. Et ut celerius transigerentur omnia, placuit principi utriq̃, unum aliquem fidæ taciturnitatis, ac continentis linguæ in negotij participationem, utrunq̃ assumere. Interim dum hæc peraguntur, dies ad cõueniendum in Apeldornam Gelro & Suollanis ut iniurię disceptarentur, indicitur. Seruato ab utrisq̃ die, frequentes illò conuenere. Eòdem ex ordinibus Ultraiectinis, quia apud ducem gratia ualebant, ad utrosq̃ in gratiam reconciliandos, Transisilanorum literis euocati, ut disceptatores legati sumpti mittuntur. Ibi ducis legatus acerba oratione in Suollanos inuehi exorsus est, nihilq̃ grauius principem suum ferre dixit, quàm petulantes quorundam linguas, & in se dicacitatem: qua cum liqueret eius maiestatem palàm imminui, posse se haud iusta minus in illos arma induere, quàm si rebus ablatis priores bellum intulissent. Fuisse Suolle item plebeiu hominem, qui præter cõuicia multa, in frequenti compotatione Carolum Ducem proditorē appellasset: nihil aperto Marte, sed omnia Punica fi

de, & per insidias prodicionemq̄ gerere. Hæc cum ab illo dicta fuisse omnibus mortalibus constaret, in eum lege non agi, supplicium non sumi. Quare nisi episcopi diuturnus morbus obstitisset, cuius rationē haberet: contumeliæ irrogatæ poenas, uniuersos dudum exoluturos fuisse. Mensis spacium, dum restituatur, quiritationi, sumendoq̄ supplicio, de maiestatis reo concedere. Velle, salua ueteri cum Ultraiectino populo necessitudine, debito supplicio temeritatem linguæ petulcæ utilia aliorum exemplo & documēto ad posteros puniri. Excusantibus autem Suollanis hominis statim fugam, iussisq̄ se eum ad poenam conquiri primo quoq̄ die, secretò de societatis legibus illi, quos suprâ commemorauī, conscribendis interim colloquuntur. nam ij principes legationis data opera utrinq̄ ad summā quandam foederis complectendam, ad hunc conuentum missi fuerant. Tabulas, quibus inuitus coactusq̄ præsul in secessionibus ciuilibus populi iussa de exulibus, de æquanda plebi in reipub. oneribus ferēdis religione approbarat, Tribunis circa hos dies extortas discidit: plus (ut apparebat) ad legem de exulibus à se latam olim, abrogandam, quàm restituendam religioni ademptam libertatē. Nam cum, illorum quoq̄ tum pari ui expressas tabulas consignatas, hic repetere, & restituere potuisset, eas penes populum reliquit: odio quodam eorum, ut à quibus initium miscendi omnia ortum esset: & præbuisset hac uia paulo post, restitutis exulibus inimicis, in æternum pendendis uectigalibus uexandi eos opportunitatem, nisi fatū diuersum urisisset. Quare omni nomini religioso odio esse cœpit: eū criminari inter se, eū parere id tandem quod diu parturire dictus esset: iisdem se quibus ciues opprimeret, artibus sub iugum grauius propediem missurū. Fremere item plebs, et indignari, nec aduersari audere: quippe cuius uires eneruatæ iadudum, fractæq̄ essent. Factio uarie his rebus affici. Nam ut ob fractam plebis uim lætior erat, ita cum ex his, & similibus colligerent, in eo rem uerti uideri, ut desistendis exulibus, rescindendisq̄ tot actis superiorum annorum moueretur: in metu ingenti erant. Auxit eam suspicionem & aliud. Episcopus nihil moratus, extemplò ordinum concionem aduocauit: in qua postquàm multa de difficultate continendi populum sub imperio disseruisset, rempub. non suffecturam perpetuis impensis, quæ in stipendium militare in urbe contra rebellionem fierent: ad ultimum postulauit, sibi concordibus suffragijs locum intra muros designandū arcu cōdendæ suo sumptu decerni. Quod si id iudicaret ad deformationem nobilium ædificiorum fore, tradi unam quatuor portarum præsidijs obtinendam, quam libero suo arbitrio muniendam permetterent. Alioqui, inquit, nullam spem conseruandæ intestinæ cōcordiæ habeo. Nam cum neq̄ mihi pecunia ad cohortem alendam, neq̄ uobis ararium ad turmas equitum per aliquot annos suppetat, quibus artibus potissimum plebs tam efferata regi possit, non uideo. Et omnino tumultuandi licentia tantisper prohibenda est, donec ferox populus longo ocio absuctus, armorum obliuiscatur. Sed nimis remissos animos amplissimi

ordines

1527 Ju. de. p. h. e. i.

ordines erga rempub. gerimus, nostra oscitantia ipsis arma in reipub. uiscera suppeditat. Quid queso tanta nostra cura, quid tot uigilijs à nobis effectum est, non operæ est commemorare. Ex eo certè, quo omnè uim, omnia flagitia facere occuparunt, uix nocturna una dimicatione, eaq; cū periculo euerisionis reip. coniuncta, inermem multitudinis in cōditę turbam post duos amplius annos, quod intestinum malum cœpit, cum uestra clade insigni superastis. Clausi trabium uallo, et noctis beneficio caliginosę tuti, nisi occupati fuissent, in equestres, in religionem, in omnes bonos ad cædem destinatos, cum prima aurora erupissent. At uos uictis: sed ea uictoria præsentī numini magis, quàm uestræ uirtuti adscribenda est: ut mirentur homines militaribus artibus clari, uestram temerariam uerius & inconsultam, quàm circumspectam audaciã uobis tam sceleriter cecidisse: neq; maiorē per tenebras cladem fuisse acceptã. An deinceps speratis statum reip. pacatiorem absq; præsidijs? Nullus (credite mihi) hostis grauior est, quàm qui uictus, ademptis semel armis per ignominiam, ad arma iterum confurgat. Habemus eosdem hostes intra muros, cum quibus sexto Id. Decemb. collatis pedibus pugnaui- mus: sed eo infestiores, eoq; grauiores, quo sint occultiores. Minima eorum pars sunt exules. Atq; quos ego metuo magis, sunt, qui intra eosdē parietes multa blandimenta dando, nobiscum uiuunt, ad omnem occasionem ulciscendi se intenti. Quare omnino præsidio opus est, & quidē intra muros, ne in posterū ad arma recurratur. Atqui quid è rep. his temporibus magis sit ducendum, æstimare libet. Aduersus maleuolorum uim, certè nihil æque ad concordiam & societatem animos conglutina- bit. Bonis asyllum, facinorosis & concordia turbatoribus multiplex ter- ror erit. Quod autem imperium, quæ authoritas senatus olim fuit, inie- cto metu restituetur, si in officio durantes in priorem habitum iterū mā- suescant: Leones uidemus, & re ipsa experimur, & ursos, & si quæ sunt his truciora animantia, domari: adeoq; ut naturali posita truculentia, ad humanum conuictum & consuetudinem cicurescant: peneq; insiti in- genij obliuiscantur. sic efferati hi longa tumultuandi licētia, nisi perdo- miti perpetuo metu, barbara ingenia exuere nequibunt. Leges huc usq; sepultæ, quantum obfuerint ad opulentiam tum publicam tum priua- tam, experti sunt ij, qui ex opere manuario numerosam prolem domi a- lunt, quiq; usuris defraudantur. Valuit uis: quippe quos nullus pœnæ metus coercuit, ij non custodiam, non anquisitionem, non præsidium in quod arrepti, tantisper uincti detinerentur, dum quocunq; modo se redemissent, formidarunt. Emolumenta ditia hinc itaq; ad omnem ordi- nem proueniunt. Iam si quod proprium est huius rei, libeat expendere: ad ciuem sub ius & potestatem uestram redigendum, unum id esse ne- cessarium, in cōfesso erit, extra quod respub. & omnes utriusq; ditionis opes breui aliò delabentur: sed magis in pace quàm in bello extremè o- pus erit. Portæ foris ab exulibus, intus ab infesta omnis ordinis morta- libus plebe, quamuis rectè obsidentur. Arripiatur quis è nouarū rerum

authoribus: cōsocioiemus & arma & animos, ut ab armata multitudine, si ad arma conclametur, nos ferro defendamus: quo præsidio ordines septi, tuti erimus, si armata secessione cœmeterium occupauerint: Præclusis fugæ portis, ad cædem, & supplicium de uobis sumendum uertetur, ne meo quidem capiti parsuri. Vincent illi perleui mehercle momento: quippe & numero & robore uigentium corporum superiores. Captus in hac ipsa urbe ad consimilem serè modum fuit (sicuti accepi) Gulielmus Mechliniensis, à Lichtenbergana factione & pleraq; nobilitate: cuius tamè potētia quàm plebis minus formidabilis in intestina rabie est. Vt eò armorum non ueniat res, uerùm cum omnia casuum sint incerta, dementia est uelle eorum furori stare opportunos, ubi liceat esse securis. Me timor incessit ac horror, quoties mihi in mentem uenit ille dies, quoad trepidè allatum nuncium excussa epomide, è basilica excitus furēti multitudini ad cratem cœmeterij occurrebam. An quisquā uestrum est, qui nō horreat, quando subit illa trepidatio, cum plebe tota urbe cōcurrente, quisq; auro suo argentoq; signato, factō & infecto consuleret, metu ne opulentiorum ædibus diripiendis imminerēt? Præsidio uerò posito, sacra profanaq; omnia extra metum direptionis stabunt. Non imponent in sueta religioni onera: non adigent ad uestigalia pendenda: non libertatem uestram oppriment: neq; quoties subit in mentem, consignatas tabulas armata ui extorquebunt. Porro peditū in urbibus præsidia, ut magnis impensis constant, ita haud perinde firma sunt, atq; arxfossa ualloq; circumducta. Corruptur familiari conuictu hospitiū: & cum urbano luxu, perpetuoq; ocio frangantur, contemptui magis q; formidini uulgo fiunt: ut si ad manus ex preparato perueniatur, rem in ancipiti pugnae euentu ponant. E uestris annalibus mihi narrari memini, hanc urbem ualidissimis mille trecentorum peditum copijs à Dauide munitam, Henricum Niuelgium cum parua Montfortiorum Amorfortiorūq; tumultuaria collecta manu, per portulā intromissum aliquādo oppressisse. Quare rectè iuxta ac prudenter finitimi principes mihi fecisse uidentur, qui populum sub imperio & ocio conseruaturi, arces & castella ciuitatibus imposuere: quamobrem nullo intestino incendio amburuntur, nullæ factiones ibi flagrant. Pacis ocijq; turbatores arrepti in uincula ducuntur. Illud autem interim uereor, ne taciti, nescio quid difficultatis rem habituram, apud animos uestros auguremini: nec dubito quin iugum inde metuatis, exemplo portæ Catharinianæ ab Edmōdano uallo fossaq; cinctæ territi. Frustra mehercle id metuītis: plebis enim potentia quassata, nemo cōtrā mutiet, tantum abest ut quisquam arma sit sumpturus ad opus impediendum. Eo iam absoluto, mea præsidia deducam, ac uobis tuendum tradam, ne per me libertatis uestrae iura labefactata ullo seculo dicantur. Vtile consilium & necessarium ad tradendam posteris rempub. Quod ni scirem, nunquam hodie ad id uobis persuadendum in concionem prodijsem. Sin quid secus uisum erit, eo uti mini, meq; certiores breui deliberatione facite: ne consultando extrahētes tempus,

tes tempus, & uos, et rémpub. in nouas turbas conijciatis. res morā non patitur. Oratio principis sparfos de exulibus patriæ restituendis nūcios non tantum confirmauit, uerum etiam eum factioni inuisum fecit. Nunciabatur super hæc, exemplum ingentis præsidij in Brabantia delineatū fuisse uisum, opus miræ magnitudinis, turratum, aggere intus, fossa foris circumductum, inexpugnabile: quantum ex picturæ lineamentis colligere poterant ij, qui uiderant ipsum in re præsentis præsidium effigiatū. Adferebatur & alius rumor, eum cohortes aliquot Benscopiorū in urbem recepturum fuisse, si cōsiliū processisset. Huic trepidationi superuenere ex aula Burgundica literæ ad homines primariæ nobilitatis occultè datæ, ut circumspectè intentèq; portarum custodias agerent: ne externas equitū peditum uel copias in urbem reciperent: ali aliquid inter quosdam aduersus eos, qui tū primas inter ordines tenerent. Agi item, ut ualido imposito præsidio, opes episcopatus ad Hollandos transferrētur. Quare noctu interdiumq; excubias in portarum murorum stationibus quanta possent sollicitudine, tenerēt. Alijs super alios his nuncijs allatis ordines seriò perculsi, maturè deliberarunt, conueniuntq; episcopo postulatum apertè negandum esse: tum enim subibat omnium mentes miserissima ciuitatis conditio, cum sub Dauide porta Carhariniana in Edmondani ditione, ablatis urbi tormētis omnibus, & seclusis, foret. Adfuit breui interim conuentui habendo edictus dies, quo principi certū responderetur. Ibi prius ordines suis in præfulem multis commemoratis officijs, quæ negari non poterant, gratias ei egerunt, quod urbem incolumem quam perditam magis cuperet: quem affectum optarent perpetuum. Deinde communem omnium ordinum uoluntatem eò spectare, ut retusa seditione ciuili, mutuam operam confociarent, ne pax parta discinderetur. Verum cōsiliū de præsidio collocando, aut porta in præsidij formam munienda, planè e rémpub. non esse: aliunde enim haud plus periculi sibi & ditioni, atq; inde fore. Nam cum inter duos potētissimos monarchas medijs, atq; utrisq; proinde ad uim opportuni sederent, in procliu futurum (ut sunt omnia humanorum casuum incerta) ut uel ui uel dolo capta arce, in uictoris potestatem, & duram æternamq; seruitutem peruenirent. Dulcedini libertatis assuetis, morte ipsa iugum esse grauius. Maiores suos memorabili posteris exemplo id expertos, scelicitus excussisse, quam prudētius aggressi fuissent. Simul hic commemorando exaggerarunt tyrannidem, quam ea tempestate domi forisq; exercebant illi, qui tum portam tenerēt. Iam uerò nullam arcem tam ualidam, tamq; munitam intra muros condi posse, quam nō concursu ciuium manus expugnarit, etiam si muri eius turresq; eductæ coelum cacuminibus pertingerent. Atq; interim præterire se, ut omnes impensæ illæ siue eæ publicæ siue priuatæ forent, in sceleratos ociososq; milites factæ perirent. Ad hæc, non uidere aduersus quem tantam arcis molem erigi committerent, qui nullum haberent hostem foris, ubi omnia intus ab armis pacata essent, Rebellantem intra muros ciuem ita constrictum teneri, ut fa-

cile legibus debellari posset. Extorrem cōtemptui magis quàm formid-
 ni nunc deinceps futurum. Episcopus indignationis cupiditatisq̄ ple-
 nus, dissimulata in præsenti animi ægritudine, concionem dimisit. Cō-
 stituit alia uia singulorum animos explorare separatim, si eo pacto discif-
 sa sententiarum concordia, temp. in duas partes diuelleret: ita ipse eam,
 quæ à se staret, partem armis opibusq̄ iuuando, miscendoq̄ omnia, uo-
 to ad extremum potiretur. Callidum profectò consilium, si perinde id
 uerendum eum atq̄ inuidiosum ordinibus fecisset. Postridie separatim
 ordines in curiam ad se aduocati, iubetq̄ liberè apud se expromere, si pri-
 die alij aliorum inimicitias fortasse ueriti, aut odium, sententiam dissimu-
 lassent, num suum postulatum iuberent liberi. Communiter à singulis
 responsum est, non uideri è repub. esse, libertatem publicam per id adē-
 ptum iri. Stare sententiam, illam uelle retinere, adeoq̄ armis tueri, quàm
 diu daretur. Nō assuetum populum Ultraiectinum ferre iugum: quod
 n̄ susciperent, quibus seruili ingenio, excussa libertate in uilia m̄cipia de-
 generare placeret. Spe collocandi itaq̄ præsidium in præsenti abiecta
 episcopus, simul consilio in aliud tempus dilato, ira ardens extēplò Do-
 restatum se cum præsenti equitatu abripuit. Preterierat interea tempus,
 quod præfuli ad Suollanorum res inspiciēdas, Gelricq̄ querimonias de-
 latas nuper, cognoscendas datum fuerat: quo temporis spacio curis Vi-
 traiectionarum rerum impeditus, & à ualetudine ægra corpore adhuc
 marcidus, nihil exequi ualuit. Quare Dux ad ordines literas expostula-
 trices dedit: quibus deludi se ab episcopo grauius tulit, quod is diē præ-
 stitutum, ad deposcendum in pœnam Suollanum, maiestatis reum, nō
 seruasset. Si uel contemptum hunc, uel ludibrium præsensisset, sibi iustā
 materiam ad certamen belli cum Suollanis ferendum, esse potuisse: fo-
 re breui, ut se nō segniter (quia ociose ille omnia ageret) ulcisceretur. Ad
 episcopum in eadem uerba eodem tempore literæ datæ sunt. Metu ille
 partim, ne quod consilium de legibus fœderis occultè agitabatur, teme-
 rè turbaretur, partim studio auertendi à Trānsielanis belli statim perpul-
 sus, per literas ab ordinibus contendit, ut per legatos ad Ducem excusa-
 ta ualetudine, extrahendi negotij in Trānsielanis spacium impetrarent,
 (sperabat enim fœdus & amicitiam talibus conditionibus interea coi-
 turam, ut fraus Suollanorum quælibet, quamuis capitalis, et turbarum
 satores, in illis, noxę uenia concessa, continerentur) se primo quoq̄ tēpo-
 re, cum per ualetudinem liceret, omnia cum fide præstaturum. Suscepta
 legatione Ultraiectini Arenacum, ueriti præcipitem Ducis iram, extem-
 plò petunt. In locum, nulla mora, colloquio destinatum ubi sunt admis-
 si legati, auditis grauibus Gelrorum principis de episcopo longa orati-
 one querimonijs, multa blandimenta dando extenuare negligentia ad-
 orti sunt. Mortalium nulli non clarum esse, quàm periculoso morbo, ad
 desperatam propè ualetudinem, continuò laborasset. Multa cōsilijs de-
 stinatis sæpe interuenire, per quæ, uelit nolit, etiam cordatissimus quisq̄
 uanus habeatur. Nec ipsum Ducē diffiteri, fatalem necessitatem ineuita-
 bilem esse:

bilem esse: cui repugnare perinde esset, ac si quis cum Deo pugnare con-
 tenderet. Argumento uel illud esse, nihil ab Ultraiectino præiule per cō-
 temptum (ut ipse interpretaretur) omissum, quod præter inuiolatam ha-
 ctenus amicitiam, nunc pacem etiam & societate cum eo perpetuus iun-
 gere cuperet: id quod propediem fore consideret. Comperendinadam
 itaq; se petere Suollanorum controuersiam, ne quid animo iraq; extimu-
 lante, temere ante congressum cum episcopo tētaretur. Legatione beni-
 gniter audita, Casuū humanorū et uarietatis (inquit Dux) memor sum,
 ut inter calicem & labra fortunæ uis suam tyrannidem sæpe exercent. Et
 mihi multa sæpenumerò animo uoluenti, certoq; destinanti, præter cō-
 silium secus cadunt, quàm inducta fuerunt. Adeò diuina uis omnia pro
 suo arbitrio temperat, uersatq;. Sed et fœderis adiungendi, quæ conscri-
 buntur leges, sincerum pectus episcopi mihi possent coarguere, si exa-
 nimo, id quod is simulat, & uerè ageret. Nunc quia aliud contēptu mei
 committitur, quod nōdum in lucem editū, per fidos amicos mihi subo-
 leuit: cupiditate ulciscendi me, breuiter ita me explebo, ut ipsi doleat, a-
 lieno magis consilio credidisse, quàm pactam fidem religiose non ser-
 uasse. Responsum hoc referte, ne speret fore, ut in gratiam Ultraiectino-
 rum, regis ue Galliarum, ipsiusq; adeò Imperatoris, unquam à uindictæ
 cōsilio deducar: quando prior ludibrium (quod grauius accipio, quàm
 si hostilia arma intulisset) me suum fecit. Neq; hic dicam quid sit, quod
 animum meum tantopere offendat: semetipse breui prodet. Cum nihil
 pacati legati exorarent, metu anxij, ne bellū in Suollanos ex subita ira re-
 nouatum præcipitaret, obtestando obsecrādoq; tantum exorarunt, ne
 quid hostile prius moueret, quàm fœderis leges, quas in horas ingenti
 pacis firmæ ac societatis spe expectabant, scripto traderentur. Quæ si di-
 splicerent, non deprecaturus amplius, quod pœnæ socia urbs trans Ise-
 lam mereretur. Mora ad instruendū bellum ægrè in hunc modum im-
 petrata, legati domum reuertuntur. Cæterum quid nam Duci tantam in-
 dignationem mouit, ut fœdere nondum perpetrato, uix paucos dies cō-
 cesserit, quo minus illico bellum appararet, ac statim omnē agrum Suol-
 lanum immixtis copijs infestum redderet, haud obscuris tum cōiecturis
 colligebatur. Longe princeps in urbe, cum secessionum temporib; tum
 hoc anno, à quo ciuiles discordiæ intermissæ fuerāt, amicorum suorum
 factio erat. Hi ad potentiam domi suam contra pulsos inimicos confir-
 mandam pro uiribus sedulo id annitebantur, ut cōciliato iunctoq; cum
 episcopo per fœderis condiciones Duce, spes omnis reditus ijs in ciuita-
 tem incideretur. Et Gelrus ad suas suorumq; opes stabilendas his occa-
 sionibus opportunum ratus, ueteri odio, ob ignominiam, qua amicos
 suos affecerāt, exulum principes patria arcere conabatur. Hac uia haud
 dubiè sperans, se adiuuātibus ordinibus omnibus, qui sui erant, prope-
 diem in possessionē superæ inferæq; ditionis æternam peruenturū. Sed
 postquàm fama de exulibus sistendis, multaq; alia signa, quibus eos pa-
 lam in urbem reducere deprehendebatur, serpere occcepere: quia socie-

tatis pactum, quod paucorum sententia breui coiret, certò aboleretur; et suæ item factioni exilia & direptiones perpetiendæ uicissim forent, indignationis plenus, furorisq̃, consiliū preceptis ad omnia armorū strepitu in Transiselanis miscenda extemplò uertit: ea ratione præsulis Ultraiectini consiliū de rebus nouandis, impediturus. Et colloquia crebra cū Florentio Burenorū Comite, speciem alienati à se animi et occulte fraudis præbebāt. Sed nihil animo eius ægrius fuit, atq̃ id quod ad ordines deponendo præsidio, & porta in præsidij formā munienda retulisset: quæ res non ad sancendam societatem, sed hostilem existimationē spectabat. Horum omnium internuncij ad Gelrum præpotens Ultraiectina factio, quia rebus suis metuebat, erat. Quare Suollani, ob suspectā legationis fidem, cum præsule agunt, ut è suo consilio legatos ad Gelrum mittat: à quibus is amicitia cū episcopo admonitus, æqui aliquid concederet. Sed ne hi quidem benignius quàm superiores respōsum retulerunt. Vertit se inter hæc à Suollanorum cōtrouersia ad exulum causam disceptandam episcopus: quorum indefessa instantia ad postremum uictus, literas ad ordines Ultraiectinos in hæc fermè uerba dedit. Iam pridē cum uicinis oppidis exostulādo, quod exules suos tutarentur mœnibus se defatigari. Responderi sibi quasi ore uno ab omnibus, iudicia & leges in suis rebus pub. uigere. Exules indies queri, quòd indicta causa per summā ignominiam solum uertere subacti essent. Optare, neq̃ recusasse unquam, causam iudicio incorrupto agitari; nullum supplicij se abnuere, nisi bonam ac iustam probent. Consūtuisse se aliquando finire certamen, ne perpetuò sinister rumor de exulum iniuria sparsus, suū Ultraiectinorūq̃ nomen apud uicinos populos inuidiosum redderet. Ob id accersuisse se è populo Transiselano, coram quibus, quantum cōtrouersia esset, finiretur: ut exules aliquādo desisterēt passim occlamare, se falso crimine infontes opprimi. Statuit simul Ultraiectinis diē, quo ad indictum iudiciū Vuicam conuenirent. Misit & circa uicinos populos literas cum publica fide ad XXIII. diēs, ut quantum exulum usquā Ultraiectinorum esset, decimo quarto Calend. Augusti Vuicæ ad sistendum adessent. Acciuit ad edictum diem ad causarum cognitionem exercendam simul & Transiselanos. Conueniunt letitia immodica illico effusi exules frequentes, ut uicisse eos iam crederes, antequam in ius peruentum esset: triumphare ante uictoriam; exultare insolenter. inimicis absentibus paria exilia minari, sibi gloriā promittere: qui lege de se lata dudū antiquata, principis humeris in patriam iam iam reportarentur. Episcopus ut ad diēs aliquot belli à Gelro Suollanos ociosos redderet, liberum ei arbitrium scribendi, quas uellet fœderis condiciones, per eos quibus hoc negotij ab initio datum fuerat, permisit. Nihil ille cunctatus, haud grauātē suscepit: ac breueas à se subscriptas per fidum quendam hominem consiliorum utriusq̃ participem, ad episcopum transmisit. Æternæ autem Gelrorū Ducum cum episcopis populoq̃ Ultraiectino societatis leges hæc fuerunt. N I M I S hæctenus diuersis temporum difficultatibus ciuita-

bus ciuitates Ultraiectinae ditionis cum Gelris principibus, per episco-
 porum creationes ad odium usque penè immortale conflictati sunt: parum
 namque ex utriusque regni re habitae credebantur. Cardines enim illorum
 ita se contingunt, ut in mercimonijs exercendis & permutandis, neutrum
 penè alterius amicitia carere possit. Quod cum haecenus caeca certatim
 ulciscendi se rabie non sit animaduersum, grauiam inter se populatis incen-
 sisque agris bella gessere: quibus, uictor ac uictus iuxta gloriari potuit. Qua-
 re uotis omnibus precandum, ut ea in hostes nostros DEVS deinceps
 auertat. Itaque ut aliquando duo regna in corpus unius populi coalescant,
 placuit in posterum cauere, ne eadem pestes ambos principes amplius
 bello committant: cui quo uia praeccludatur, uiri his regnis consultissimi
 iussu principum leges amicitiae aeternas, ditionibus tum utiles tum ne-
 cessarias, in hanc formam conscripserunt. Ne deinceps a religione Ultraie-
 ctina in interregno ad comitia episcopiorum Canonice sodalitia in suffra-
 gia mittantur, nisi Gelrorum Ducis placito iussu ue: simul et illius poste-
 rorum, qui perpetua serie in eum principatum successuri sunt. Manebit,
 quoad uiuat, interim Henrico Bauaro & Palatino suus episcopatus inte-
 ger & incolumis. Quo mortuo, fortietur demum hoc foedus ius suum.
 Verum id ut stabile sit ac firmum, & auspicio aliquo sanciat: statim quod
 praesenti numine religiose fides futurae amicitiae data erit, Ultraiectinus
 collegam, quem Gelrus ei dicturus est, quique defuncto in functione succe-
 dat, asciscet. Dux in totum a rerum Ultraiectinarum administratione ab-
 stinebit: easque praesuli suo regendas relinquet. Et quo fausta haec semper
 auspicataque sint, foedus percutient, quo domi ac belli in rebus gerendis so-
 cij sint: benemeritis amici: hostes, hostilia inferentibus. Neuter absque con-
 silio alterius res moliat. Denique communiter bellum parent: duo in u-
 num populum coalescant. Placet hoc quoque in eodem foedere exprimi:
 si horum alterutri princeps populus ue alijs bellum indixerit, facere ue
 occuparit, aut rebus ablatis prior laceffuerit, ut prius inter se mature con-
 sulant, quam bello arma repetendis rebus, quamuis pia ac iusta contra
 induantur. Stultum est in discrimen caecis oculis ruere, quod consultan-
 do disceptandoque auertere liceat. Sin minus ab armis quietis esse detur,
 ut ui subactis ferro iniuria sit propulsanda, tum demum bellum consocia-
 tis animis communiter parent. Neuter agros, uillas, fundos, uicos alte-
 rius, uectigali stipendio insolenter imposito, aut onere ullo infestato. Li-
 beris populis suae leges ac iura maiorum integra seruato: & ipsi illi qua-
 si sub uno principe in rerum commercijs habendis tuto ultro citroque con-
 meanto. Neuter alterius exulibus domum hospitium ue tanquam asy-
 lum aperito. Multo uero ei minus, qui alteri damnum dederit, publica fi-
 des danda erit: nisi se sistendum lubentem, & ad dicendam causam offer-
 rat. Sed ne tum quidem nisi principis sui permissu, publicam ei fidem fa-
 ciendam esse. Postquam autem leges haec istis datae fuerunt, qui huc opera
 omnem ab episcopo ponebant, haud negarunt utiles esse illas quidem,
 sed uideri grauiores, quam quae ad seuerum unguem ita seruari possent. Re-
 sponsum

sponsum ab alijs est: quamuis in syluam quandam rudem ita essent con-
 iectæ, principum tamen arbitrio alia posse mutari, eradi alia quæ uideren-
 tur, leniri itē quæ censerent. Quare illico in hanc mutatum formam foedus,
 » mitigatumq; fuit. Comitibus causa creandi episcopi in suffragiorum sor-
 » tes, successionem uel per translationem, aut collegam, aui denique ullam aliam
 » functionis huius suscipiendae formam, nemo petitor deinceps candida-
 » tus uel ueniet, nisi quem Ducis calculus iusserit. Restituet ille uicissim Gro-
 » ningam, satrapiam Druentorum, Couerdiam, Diepenheimum, & quam
 » tum agrorum urbi ecclesiaeque Ultraiectinae ademit, deductis praesidijs
 » possessione cedit. Secundum haec, foederis praesenti glutino uterque prin-
 » ceps, & amborum populi ita alteris coniungentur, ut si alterutri arma ali-
 » unde inferantur, res uel auferantur, prius ipsi causam in consilium com-
 » mune relatum disceptent, quam bellum contra parent: si hoc pacto con-
 » trouersia citra certamen componi possit. Sin ea uia bellum discuti nequeat,
 » tum demum arma parent, bellum communibus animis susceptum com-
 » muni sumptu gerant. Populis iura sua patria integra seruantur: ut neque
 » maiorum instituta, neque consuetudines domesticae labefactentur. Neuter
 » alterius populo oneribus ferendis, grauis esto: ut est gemina gente unus po-
 » pulus consuetur. Venditionibus, emptionibusque rerum mutua mercimo-
 » nia exercebunt. Neuter alterius hostes, ob datum damnum, fide tutabi-
 » tur, nisi iudicio ad causam dicendam, uoluntarius sisti cupiat: ac ne tum
 » quidem fide adiuuandus erit, nisi placito alterius. Si per errorem inter foe-
 » dere iunctos animos (ut temere multa solent uinculum humanae societa-
 » tis incerta dissoluere) emulationis studium diffidium uel inciderit, tene-
 » bitur hoc in foedere, ut cura reconciliandi eos in gratiam, in qui genere &
 » sanguine proximi sunt, disceptatores sumantur. Transmittuntur haec so-
 » cietatis leges per secretioris consilij internuncium ad episcopum, cum huiusmo-
 » di uerbis, ut liberum arbitrium ei & potestas, quae uideretur, mutandi reijcien-
 » dique foret permissum. Haud cumctanter ille, acceptis istis respondit benigne,
 » paululum spacij ad relegendum requiri: quare breui se omnia cum fide remis-
 » surum, quae ad perpetuae amicitiae iura iungenda facerent. Exemit ea res pau-
 » cos dies, cum per internuncium moram excusaret, & curas quotidianas, quibus
 » indies alijs super alias obrueretur, ut uix foederis concepti conditiones per-
 » legendi facultas fuisset. Perlegisse tamen eas raptim cum magna uoluptate: ut
 » animu sibi fecerint, haud difficulter inter ipsos conuenturum. Summa ad ul-
 » timum literarum fuit, uelle se consultatione de toto negotio integram ad fratrem
 » suum Bauarorum Ducem & Palatinum reijcere. Ad quod cum tempus sumen-
 » dum foret, ne ex composito se extrahi existimaret. Caeterum benignam hanc pol-
 » licitationem tum demum Dux ludibrium esse (id quod est fama nuper iacta-
 » ta, ominatus fuerat) re ipsa deprehendit: nihil tamen per iram impotenter
 » statim molitus est. Obliteratum inde desperata concordia totum negotium
 » fuit: siue quod perpetuae ignominiae episcopum per eam seruitutem puderet:
 » siue quod Ducis pertinaci ferocia in sociam urbem Suollanam tactus, a-
 » nimo ab eo alienaretur: siue, quod magis crediderim, detecto pridem con-
 » silio, in

1527 In augustis

filio, in spem firmiter paciscendæ cum Burgundis societatis à Florētiō adductus esset: id quod breui pōst exitus coarguit: utrinq; certē de pactiōne deinceps est superfluum. Exulum capita Vuicam iam conuenerāt. Hi ne cœpta causa segniter procederet, per Comitem Florentium secretō episcopum submōnent, ut Ultraiectinā factionē ad obseruandū iudicij diem edictum adigeret: nisi causa cadere uellent. Fecit id ille haud grauatē: tametsi per inimicos, quorum aula principis referta erat, uix tuto ac sine arbitris id fieri poterat. Quibus submotis, eum edocuit, ne patere tur, quod pro cliue esset, sibi speciosis uerbis imponi, Ultraiectinos homines esse desertos, haud dubie cōsulis dolis & cauillis lufuros, ne in mala causa uadimonium obirent. Perspicere alterutrum sibi uictis necessariō faciundum esse: aut pulsos per inuidiam & uim in urbem recipere oportere: uel clausis & ipsi & exulibus statim portis, bellū parandū. Nolse se factionis scœuitudinem, quæ armorum fiduciam contra principes in opibus semper habeat, quæ tamen tantæ non essent, ut belli euentū in paucos menses traherent. Iam aliquando moderatū decere episcopū esse memorem, per quos uiros huius functionis fastigium, quibus eorum occlamantibus, qui nunc repub. gererent, ipsi esset partū. Dedecorosum, ingratum appellari: nec iuuare nunc, cum sua opera & ope seruare illos posset. Res lætas præsentis fortunæ statu contentas, aduersas uerò & iacentes fidem postulare: neq; promitti uerbis tantum, uerū rebus ipsis exhiberi uelle. Vt iam de ipso nihil essent meriti, pro quo illi gratiā repeterent: uel illud subiret, in tanta gloria & opibus res Ultraiectinas eos tot annos administrasse, quanta neminem alium antè. Excelsos semper uiros pro exhaustis pro patria laboribus ingratitudinis præmium summū ferre. Populum, ubi armatus ad uim euadit, nō discernere inter amicum & hostem. Eum hostem habere, qui præclare de repub. sit meritus: contra prouehere incendia & regnorum pestes, homines nobiles & factiosos, per quos popularis administratio subuertatur. Quare urbes quasdam prudenter ac laudatè institutas, optimates à gubernaculo repulisse, ueritas ne firmatis opibus patriam in seruitutē pertraherent. Innatam esse ijs qui plurimum ualent, ad maiora semper aspirandi cupidinem: adeò ut affectibus & prauæ imperandi libidini moderari nequeant. Athenienses has ob causas olim, & Lacedæmonios, primæ nobilitatis homines in rebus pub. testulis pepulisse: non ut ob admissa flagitia de illis supplicium sumerent, sed ne opprimere ualentibus, copia in patriam peccandi aliquando foret. Habuisse eos tanquam ora culū in memoria uocē Solonis, quæ extat contra Pisistrati tyrannidē. Per summos uiros urbs corruit: ipse autē populus uidens, at in scius in seruitutē cecidit. His à Burenſi præsul præsentis periculi, & beneficiorū admonitus, consilium quod antè cum Comite cœperat, seriō persequi constituit: omnia uerisimilia reputans, unde primi motus essent coorti, quibus de causis, per quos homines, quales uiri essent, quos exules fecisset: quis præsens urbis status, quis olim fuisset; non potuit animo certum turbatæ per tot bonorum

bonorum exilia, reipub. finem prospicere. Mittit Ultraiectum ad ordi-
 nes per nuncium literas in hæc uerba: Quod uestri legati pro socijs Trā-
 sifelanis sedulam operam apud Gelrum nauarunt, ipsorū uerbis habeo
 gratiam: & illi plenius referent, cum se offeret uicissim remetendi occa-
 sio. Nam quamuis in legatione nihil effectum est, aut certè parū: spes est
 tamen breui fore, ut in gratiam reconcilientur, ne nostra socordia extra-
 hi se querantur. Restituta iam ualitudine pro me sedulò id annitar, ut pa-
 ce domi forisq̄ facta, res nostræ in magna gloria & opibus floreat. Ve-
 rùm quàm diu studium nostrū exules spe turbandi omnia aliò trahunt,
 non uideo quī consilium meum rectè instituam. Qua de causa stat sentē-
 tia (ut nuper ad uos scripsi) quantum potest, certamen finire, eiusq̄ co-
 gnitionem legatis Transifelanis deferre. Tria autem cum sint exulū ge-
 nera præcipuè, quæ huc cēsentur: horum primi fuerūt Euerardus Sou-
 denbalchus, & Godefridus Vordius Hērici filius: quorum causæ quia
 ante episcopatus mei inaugurationem cœpere, in tabulas separatim cō-
 iectæ ad me mittantur. Secundum genus est ex eorum grege, qui postre-
 ma seditione ab urbis præfectis pulsi sunt. Postremum autem, qui ab ini-
 tio tumultus ciuilis à senatu uel exules facti sunt, uel peregrinationis er-
 gò relegati ad tempus fuerunt. Actiones itaq̄ horum in suas quasq̄ clas-
 ses congestas, commissas noxas, causasq̄ fonticas, ob quas anquisiti sint
 & damnati, excutiendas ante iudicij diem publicè exhibete. Cæterū de
 iudicio edicto die in præsentī nihil arbitror monendum esse: quem non
 minus obseruatuos uos scio, quàm illi seruabunt, quorum causa indi-
 ctus est. Missus extemplò Vuicam est criminationū index à senatu. Te-
 nebat factionis animos præsaga in sinistram partem rerum, tacita solici-
 tudo: ne per speciem dicendi iuris, exulum externorumq̄ auxiliorum ro-
 bore instructus urbi immineret. Anni solstitialis tempus tum lætius age-
 batur, quo ludī solennes ubiq̄ gentium ad recreandos mortaliū animos
 ob pestilentissimi sideris exortum fieri solent. Indictum Vuicæ sagitta-
 riorum spectaculum è more est. Quod ut clarius expectatiusq̄ foret, ad
 id certamen ludicrum honorificè inuitarunt, episcopum & Florentium
 Comitem, eorumq̄ pleramq̄ nobilitatem populus Vuicanus. Episco-
 pus iam bona corporis habitudine factus, uolens uisendæ fabulæ, quæ
 è finitimis uicis huc excitorem oculos detineret, aliquod specimē repræ-
 sentare, familiam omnem singulis tunicis donauit. In his symbolum to-
 tius historiæ, quam in suo episcopatu ediderat, mirè aptum, intexi ad lu-
 dorum statum diem, iussit. Erat id autem huiusmodi: Cauea aurato filo
 dextræ manicæ intertexta, leonem hiatu linguam terribili exerentem ita
 inclusum referebat, ut unguib. insertis clathros refringere, & quasi diu-
 coercita ira, fractis claustris erumpere cuperet. Intellexit factio quid sym-
 bolica pictura significabat: eam affirmare scilicet, principem diu sedisse
 quasi conclusum domi: arbitriumq̄ administrandi, ut libitum esset, di-
 tionem, paucorum potentiæ permisisse. Quare se clam, multa eos perpe-
 ram tuendæ stabiliendæq̄ dominationis causa ex libidine magis quàm
 æquo &

20 Julio 1527

æquo & iure perpetrasse: quæ obliterare ipse collecto rursus uirium ro-
 bore nunc aggredereetur. Cæterum in hoc certamine ludicro deiectæ uo-
 lucris palma penes episcopum fuit. Populo Vuicano exuberante gau-
 dio luxurianti, magna congiaria dedit: dataq; uicissim sunt dona illi
 honoraria non minus ampla, ad serię in imperium augurationis simula-
 tionem opum suarum usq; magnificè gratulantibus, singula laudatissi-
 mi uini plaustra. Accepit ægrè interim Gelrus, uerbis se specie amplis,
 (quod ad fœdus) ludi: sibiq; re uera nihil aliud quàm uerba data. Qua
 de causa ijs ipsis statim diebus literas ad ordines dedit, quibus infestè de
 perfidia episcopi & uanitate conquestus est. Omnem nauatam impigrè
 utrinq; operam in uentos abiisse. spem superesse nullam populos ac diti-
 ones fœdere consociandi, ad quam multorū animi erecti fuissent: ut mi-
 raretur, ausos fuisse quosdam, quibus non propius eius ingenium esset
 perspectum, tanta fiducia indubitata firmandæ societatis expectatio-
 nem affirmare. Edoctum se ab amicis fidei exploratæ, in eo rem uerti, ut
 consilio unius Florentij fide mutata, ad Burgundionum uires inclinare-
 tur: cuius societatis leno cinio & se & Ultraiectinū populum apertè pro-
 di. Nihil fidi enim illi genti esse: agere, ut præfule conciliato, infida socie-
 tate eum suo regno aliquando exuāt: & ueteri inde actione renouata, cō-
 ualescētibusq; nimis opibus se bello adorianur. Hoc sibi solennia uelle
 ludorum sagittariorum illa spectacula: hoc benignam ad id certamen &
 honorificam inuitationem, & comestationes perpetuas principum Do-
 restati. Editurum se breui exemplum, quo sibi eam rem dolere testare-
 tur. Accersuntur confestim Ultraiectum inter episcopum & Gelrum di-
 sceptatores, quos horum omnium quæ occultè transacta ferebantur, im-
 prudentes esse ignarosq; liquebat. Lectis hi literis amentia non simpli-
 ci percussi, haud ualuerunt induci, ut crederent tantam inconstantiam in
 principē uirum incidere potuisse: rati nimis religiose pactam fidē, plus
 apud episcopū ualuisse, quàm ut ullis promissis aliò flecteretur. Matu-
 rant hi unà cum Gelri literis properè Dorestatum, nouam societatem,
 si nondum coisset, auersuri, perplexi inter spem & metum. Episcopus au-
 dito, quæ suspicio per congressum & dierum aliquot solennes conuiuia-
 tiones cum Florentio, coorta Duci esset: præcipitem eius iram non nihil
 ueritus, in præsentia ita se purgauit disceptatoribus, ne clam id Gelro ha-
 berent. Quòd Dux (inquit) ob familiare colloquiū, ob unum item aut
 alterum congressum cum Burenfi, sinistrè suspicetur, equidem prohi-
 bere non possum: ut nec ipse, quoties mihi plusquàm domestica ipsius
 colloquia cum pleraq; nobilitate Ultraiectina, multo iustius in suspicio-
 nem rapere libeat. Decubui ad desperatam propè ualitudinem annū &
 plus eò inualidus ac æger: quo tempore cum rebus tantum medicis ua-
 carem, non admisi impendiō officiosiores in uisendo amicos. Vicinū
 ubi audiuit bona me habitudine nuper factum, cursu properè huc con-
 tendit, salutem gratulatum, Moti officio ibi humani Comit̃s Vuicani,

eum pileo donatū ad ludos anniuersarios inuitarūt. Venit, absumpsitq̄ nobiscum in publico gaudio aliquot dies. Quid quæso est quod ille hic criminetur? Si statim cum in hanc regionem descenderē, ob locorū affinitatem, societatem cum eo iunxissem, credo probasset Carolus meum cōsiliū: quia utile fuisset & mihi, & Ultraiectinæ genti. Ecquæ tandē inuidia est, cur mare cælo miscet, quod aliquot dies exhilarādis animis unā dedimus? Nec ipse tam superbus esset, aut inhumanus, quin rogatus benignè, lubens ad cōsimiles ludos adueniret. Nec mihi stomachum ipse conciret: aut faciendi foederis cum alio, exoleto priori, suspicionem pareret, si tibi cum hoc ipso, aut alio colloquia clam publicè ue seruisset. Sententiam non uerti (ne fingat) neq̄ dum uertere cōstitui, nisi qua spes me fallat. Tantum à me obuiando duci præstatum est, ut ultrà nihil possit. Quid si (ut cogitationib. humanis multa interuenire possunt) ad aliam societatem animum adiecisssem, num acceptam iniuriā queri potuisset, cum dextris nondum datis, conceptæ solū societatis leges fuissent? Nūc id respondi modo, causam me integram ad fratrem reiecturum. Quid si is dissuadeat: quid si ad firmiores opes exhortetur? Certè ne tum quidē quod indignetur, erit. Spacio, addidi, ad consultandā rē, opus esse. Cur igitur dilationē indignè fert? cur per morā sibi dolū nec̄ti suspicatur: ac nō suspicatur solū, sed etiam palām affirmat: cū argumentis probabilib. uanitatis conuincatur? Agē dispiciamus quā absurde id metuit, cuius liceat esse securo. Cum adesset hic Comes, grauit̄ cum eo exostulauit de accepta iniuriā à Burgundis: qui in me, ut aduersus apertum hostem, animo feroci essent: nisi quod bellum non nunciarent. Non deesse animum repetendi uindicanđiq̄ cōserta, occupata, manu, si perinde domesticæ opes paterentur. Hæc fuit per eos ferè dies nostra consultatio: quibus ut nimis credulus assentatorum quorundam uerbis, de nouo sanciendo foedere cum Buren̄si tempus me absumpsisse credit. Id solum, ubi me expurgauerim, de ipso addam interim: ne uerbis specie blandis quorundam prior perfidus coarguatur: nec à me illi addetur prius fides, q̄ ubi nihil commissum erit. Expurgatio extemplò ad Gelrum, sed uerbis mollioribus relata, eius præferocem iram mitigauit aliquātum. Eadem & Ultraiectinos in spem cceptæ societatis certiorēm erexit. Mittuntur sub hæc Amorfortiam ab episcopo literę ad senatum, ne grauarentur ad

III. Non. August. Vuicam legatos mittere, qui cum frequentiori Trāsiselanarum ciuitatum concilio exulum causas iudicio cognoscerent: ad ipsos ut integros iudices prouocationem factam esse. Habitus & Ultraiecti circa vi. Cal. Aug. à Consulibus de legatis Dorestatum mittendis senatus est. Dictæ à multis sententiæ, bis per omnia (ut dici solet) uariarunt. Censuerunt multi criminationes scripto per nuncium ad cōcilium mittendas: quo mansuetē episcopi imperio obedirent. Contrā alij, omnino nihil uel respondendum, uel nullam mittēdam legationem, præter exemplum tabularum, quibus præsul in perpetuū illos exules initio tu multuum intestinorum esse iussisset. Media inter has & æquior sententiā obtinuit:

1527 in augusto
13 kalendas augusti
17 July 20 d. 16

obtinuit: quando illi populi iudicio, approbante senatu & episcopo, damnati essent, turpè nunc fore, si cum postulentur, fugiendo iudiciũ, defectæ causæ rei conuincerentur. Censere ex omnibus ordinibus legandos eos esse ad conuentum, qui per totum trienniũ civilibus rebus & interfuissent, et præfuisent: qui acta omnia memoriter teneret. Hi cõmunem causam presentes & scripto et oratione tueretur: neu discederet, (modo à uirtuosos esse liceret) priusq; dijudicatum foret. Superuenere in consiliũ literæ ab episcopo datæ, quibus cõtendebatur, ut quoniam scripto aduersarijs fieri non posset satis, ex equestri nobilitate communi omnium nomine mitterent, qui iudicio exulibus opponerentur. Facto senatuscõsulto legati nominantur Ioannes Vuluenus Cos. & Æmilius Vutenus: minus, q̃ reliqui, civilibus secessionibus nobiles. Voluit autem episcopus ex eo ordine huiusmodi mitti, qui uel breuem, uel nullum magistratum per id tempus gessissent: quos ante oculos uersantes obtueri, minus exulibus doleret, quàm principes ciuitatis, à quibus curia, foro, & patria pulsi essent. Exules cognito legatorum aduẽtu, in forum toto oppido undiq; confluunt, ac nisi iuris gentium religione ic̃ti fuissent, uix à pulsando eos temperarant. Legati apertum discrimẽ protestati, traditis scripto actionibus, domum reuertuntur. Veritus episcopus ne (ut fama ferebat) post legatorum discessum, Ultraiectini temerè ad res nouas auerterentur: trepidè ad ordines literas dat, in hanc sententiam: Audiuisse passim spargi rumores, sibi in animo esse, exules reducere: quod cum fictum esset ac uanum, imò ne cogitasset quidem, allatum ad se fuisse, ipsos consultare de auxilijs equitum accersendis. Velle se scire, num quid ueri haberet, quod ferretur. Responsum ab ordinibus episcopo per eius præsides: id ipsum pari ratione commentum, ad ipsum delatum fuisse, qua multa indies in sui odium ab inimicis persuaderentur: neq; in consilio unquam propositum, neq; mortalium ulli id in mentem descendisse. Egerat iam antea cum Florentio, secreto colloquio, de equitum auxilijs mittendis, cum peteret. Mittit statim ad eum literas, ut partem equitatus sui in destinatum locum inter Vuicam et Ultraiectum Cal. August. præmitteret: cum quibus & suis iunctis armatus, ex improviso ordinib. urbem ingressus superueniret. Vetus consuetudo genti Ultraiectinæ ad eum diem usq; durarat, ut princeps in urbem uerturus, ordines, præmissis cum armis culinarijs, coquis, aduentus sui certiores faceret: ad cuius ingressum ter signum tintinabulo, cui ab eo nomen factum erat, honorifice dabatur. Ministeria autem ita nunc præ se uehiculis in ciuitatem misit, ut eorum propè tergo cum equitatu hæreret: essetq; iam ad portã prius, quàm aduenire nunciaretur. Detectus fuit occultus episcopi aduẽtus, casu magis quàm destinato cuiusquam cõsilio. Accidit fortè, quod cum equites è ripa Culenburgana Leccam in citeriorem ripam transportarentur, in hõsdem pontonibus Culenburgani nominis unus & alter simul traicerent. Ab his rogati, quò iter haberent, cū nusquã essent bella: Vesperi, responderunt, Ultraiecti cultros nostros escarios stringemus.

ducentos præterea equites, qui euestigio sequentur, adhuc operimur, et quingentos pedites. Vox ea non excidit surdis. Hi enim, dum loco constituto episcopū illi præstolantur, in urbē anteuertentes, quid uidissent, audissentq; ad Coss. trepidè deferunt. Huic nuncio superuenit & alius è consilio principis missus: qui accuratè Coss. mādabat, si se suosq; & rē pub. seruatam uellent, intentè portas præsidij circā dispositis custodirent: ne ue plus equitum in urbem admitterēt, quàm quibus pares se futuros existimarent, si ad uim res spectare occiperet. Peruenerat iam episcopus cum domestico equitatu ad eum fermè locum, ubi externa auxilia syluoso salictō ob umbræ opacum frigus, stabant: (anni tempus calidissimum agebatur) hi defluentibus frameis quasi ex insidijs coorti, ad ferij concursus simulacrum infestè admissis equis episcopo occurrunt. Quibus ille conspectis, obuiam processit: inde subuectis iterum alij frameis, infestum cursum effusumq; illico cohibentes, equos circūagunt. Ibi inter equites saluatione ab equis facta, pergunt iter ad urbem facere. Factio his nuncijs alio super alium allatis trepida, uix credēs principem cum tot armatis ad urbem accedere, exploratum unum emittit, quantas equitum turmas secum adduceret: simul quàm procul à ciuitate adhuc abesset. Ipsi interim, inuito Cōsule, atq; etiam obistente ne fieret, (lāgudus enim adhuc & extremè macilētus, pallidusq; à diuturno morbo in publicum protrahebatur) ingressis commodum coquis episcopo portas claudunt. Sagittariorū fodalitium armatum ad forum Palatinū occupandum edicto tumultuose conuocatur: sed tumultuosius habetur senatus. Fit senatusconsultum, mittendos legatos obuiam de auxilijs dimittendis: non esse è rep. ueterum nomini Ultraiectino hostium equitatum portis recipere. Redit inter hæc speculator exploratum emissus: nūciatq; principē cum ualido equitū præsidio, sed incerto numero urbi appropinquare. Obuiam legati Ioānes Huchtenbrochus & Adamus Diemenus à senatu dicti, principi circa Vechten pagum, mille circiter passuum ab urbe procedunt. Substitit ibi horā in equo, postquàm clausas portas accepisset. Altius ibi Diemenus homo disertus orationem orsus, ostendit qua uia, quaq; ratione in episcopatū uenisset: competitoribus eum omnibus præpositum. Quam ob causam Burgundiones infestos multis in controuersijs (ut ipse sciret) palàm populo Ultraiectino fuisse, et hostiles spiritus per eos annos in se gessisse. Hos iam secum eum adducere: cum ordines id sedulo hæctenus annexi essent, ut nullius egentis, pacem domi, nullum bellum foris haberent. Aperiri uiam hac inultata intrādi specie ad beilum. In illa multa esse, quæ hostilia præ se ferrēt: subitarium, ac non multo antè nunciatum, sed furtiuum accessum cōtra ueterum episcoporum morem: externa equitum auxilia, pedestres, quæ adhuc expectarentur, copias: equitum item turmas. Senatum, optimates, adeoq; omnem religionem orare, ut missis auxilijs, cum suis urbem equitibus introeat, & cum præfectis: (nam hos paulo antè Vuicam ab domo accitos secum proficisci iusserat) omnis ordinis mortales paratos

pro eo

1527 1^a aug^h
Epi. p. p. l. g. v. T. u. u. o. r. t. o.

pro eo fortunas ponere, & uitæ discrimen subire. Super hæc si corpori suo quid timeret, uelle eos pedites, qui urbi præsidio nuper impositi essent, sacramento ipsi obstringere, ut fideles & obediētes ad quoduis imperium & officium exequendum essent. Veniret iam saltem in mentem, ut omnes boni per omnia sine rebellionē eius imperio obediētes se præstitissent: quos immerentes hac fraude, & omnem agrum ditionis Ultraiectione bello infestum posset reddere. Si ne hoc quidem exorari daretur, uel equitum numerum ederet, ut esset quod ad consiliū referrent. Episcopus obtutu in Ioannem Huchtenbrochum paulisper fixo, obticuit: post paululum ab equo, Numerus equitum, si uacuum est, oculis perlustrate, inquit, quantus sit. Audio uestras portas mihi clausas, utcūq; id uobis cedat: nec decreui nisi his copijs armatus in urbem uenire. Vos retro redite, atq; ad senatum referte, (quoniā hic dies festus habetur, quā obrem à largioribus poculis temulentis parum mentes cōstant) uti crās prima luce uetus nouusq; senatus habeatur: tum maturē in deliberationem proponatur, decernaturq; num mihi, meisq; his quos uidetis, equitibus patebunt portæ. Idq; denūciate, ut certus sim, in Oestbroeck: quō me recipio, (abest id cœnobium ad mille ab Ultraiecto passus) principem ne me an hostē patriæ iudicent. Simul circūactis equis illō se ire plenus abripuit. Vesper erat diei, cum syluę Oestbrochianæ appropinquaret. Abbatem euocari iubet, sciscitaturq; an ipse quoq; sibi portā obijceret, perinde atq; Ultraiectini fecissent. Hospitium, inquit, peto uel unam noctem, contentus pauxillo cibo, qualis decet præsentem fortunam: & pabulum equis ab itinere lassis, ut reficiantur. Michaël pistor, & Henricus fusor æramētarius, & homines id genus, me exulem lato priuilegio, esse iusserunt. Quare ostiatim hospitium & uictus mihi nunc emendicandus est: primumq; ad te ut hospitalitatis haud rudem, exclusus statim diuertit. Si tu quoq; regiæ tuæ fores mihi clauderis, sub diuo cum his armatis pernoctandum erit. Sin lubens uolensq; receperis, non pones beneficium (si hospitem me seruet Deus) apud immemorem: sed quod, cum dabitur, cum scœnore tibi remetiar. Lætius nihil (inquit Abbas) illustriss. princeps, tuo ac tuorū aduentu nūciari potest: quantū esculenti ac poculenti est, et omne deniq; penu, tuū ducito. Simul equites uia faciēda totū propē diem fatigati, ductis in stabula equis, ad reficienda corpora concedūt. Episcopus ægritudinem animi dissimulans, pulte paulula ex colatipisis sumpta, cubitum abiit. Missus eodē uesper est ex urbe ab ordinibus ad equitatu panis, ac cætera edulia, honoris causa, haud secus q; si in ciuitate episcopus fuisset. Et exclusus ad hunc modum Cal. August. à pop. Ultraiectino Henricus Bauarus episcopus fuit, quarto anno q; præsul creatus esset. Postero die utrunq; senatū Consul clausis portis cōuocat. Colligit se quoq; factio equestris gradus in cōcionis modum, ad consilia agitanda. Et quia subito episcopo respondendū erat, non uisum fuit senatui ē rep. esse, eum intromittere: certum enim habebant ex tanto stratagemate, de tergo factionis, si reciperetur, satis futurū. Auxerat eum

metum rumor, eadem nocte ad classem equitum Burgundicam, quæ
 Florentij erat, quingentos lectos pedites accessisse: quorum ceteriones
 essent omnes Burgundicæ gentis: quiq; in multis bellis sub Carolo im-
 peratore ordines ductarant. Hi, quoniam anno undecimo, quo bellum
 ipsis cum Iselsteina fuisset, sæpe agrum Ultraiectinum populando uren-
 doq; infestum reddiderant, probabiliter argumentabatur, se cum his co-
 pijs fraude ac dolo ab episcopo peti. Accedebat huc quoque aliud,
 quod omnia uerisimilia arguebat: aduenisse qui dicerent, exules inter ar-
 matam peditum cohortem uisos. Placet tumultuose (quia dilationē nō
 patiebatur subita res) aduocare ordines, ut eò relata re, ex ijs dicerentur,
 quos legatos ad principem mitterent. Nominantur legati utriusq; no-
 minis religiosi profaniq;, qui à factionibus semper fuissent tam alieni, ut
 qui maximè: & inter hos Gysbertus Sulenus Consul. His mandatum
 est, ut precibus lachrymas miscentes, eò inducerent præfulem, ut uel cō-
 motus uice imminentis fortunæ, posita ferocia, auxilia domum ab se ab-
 legaret, & in urbē ueniret. Cum mandatis his legati profecti, postquam
 in Oestbroeck peruenere, copias non magnas illas quidem, uerum for-
 midabiles magis quàm ualidas conspexerunt. Quæ quantæ essent, pri-
 mum non quiuerunt expiscari: postea tamen sciscitando compererunt,
 equites non plus ducentos esse auxiliares, & quingētos pedites. Admis-
 si Ultraiectini, statim quàm aduenissent ad principē, decretum ordinū
 exponunt. Addunt hoc quoq; priuatim, ut cūq; uerteretur, intromisso
 eo cum præsentibus auxilijs, statim populum Ultraiectinum præsens et
 ineuitabile cum Gelro bellū habiturū, cuius quis futurus esset exitus, in-
 certum esse: certè sex hebdomadū bello se expertos, (& adhuc uomicam
 dolere) quid sit armis decertare. Negat se, obfirmato animo, nisi cū præ-
 sentibus armis episcopus Ultraiectum uenturum. Egressis paululum in-
 de ad colloquendum legatis, superuenerunt primores à consilijs princi-
 pis. Hi se Ultraiectinis de isto negotio expurgarunt: Cum Dorestato
 proficiscerentur, de auxilijs neq; equitū, neq; peditū sciuisse. Sed ne mē-
 tionē quidem ullam in consilio de asciscendis illis unquā iniectam, unde
 uel leuiter, quid ageretur, subodorari licuisset. Ad eos uisos in itinere nō
 minus se obstupefactos, quàm ipsos Ultraiectinos. Sed necdum scire sa-
 tis, quid episcopus in animo haberet, aut quorsum tantum copiarū per-
 tineret. Intro paulo post regressi legati, exorant spacium ad consilium re-
 ferendi uisa, auditaq;: et quidem in bonam partem omnia. Haud negatū
 id quidem illis est, sed ut statim quàm domū redissent, aduocatis in con-
 cionem ordinibus certi aliquid decerneretur, ne cauillando ludendoq;
 tempus absumeretur: ac se ante decimam meridianam certum, quæ sta-
 ret sententiā, redderent. uisi hic sunt inter armatam multitudinem exu-
 les. Cum hoc responso legati in urbem redeunt. Mæstos antè ordines
 atroci responso multo mæstiores fecerunt. Tum demum perspicuè anti-
 maduersum id est, quod toties fando auditum, de restituendis exulibus
 callidè episcopus dissimularat hætenus. Quamobrem alterutrū sciscen-
 dum: aut

dum: aut rescisso priori decreto, illis reportandos: aut rem bello decer-
 nendam. Quod ut auerteretur, omnia prius periclitari statuunt. Eosdem
 legatos eodem redire cum priori mandato iubent: edicuntque, ne locum ul-
 lum obtestationibus ac precibus prætermitterent: ut dimisso mercena-
 rio exercitu, cum consuetis equitibus urbem ingrederetur. Proponerent
 ob oculos uastitatem ditionis, incēdia, rapinas, cædes, latrocinia ex atro-
 ci bello, quod præsentissimum essent habituri: & ea omnia quidem, quã-
 tum possint, dicendo exaggerarent. At legati desperantes, obstinatum
 principis animũ à proposito dimoueri posse: siue uerecūdia moti, quod
 frustra domum regressi, nihil à consilio æqui impetrassent, legationẽ re-
 cularunt. Circumspectantur alij, atque item alij, qui tertiam legationem su-
 sciperent. Cum autem nemo legatus ire uellet, redeintegratus terror, a-
 mentia ad unum omnes impleuit: quamuis aleam subituros potius, quã
 ut exilio & bonis multatos reduci paterentur. Decursum tamen eò est,
 ne nihil renunciando, animum acerbatum furore magis accenderent: ut
 quod per legatos responsuri fuissent, id per literas significarent. Lectis
 præfulliteris: Agite, inquit, quando ita stat sententia, omnia deinceps ar-
 mis gerenda erunt. Cõscensis statim equis, egritudinẽ dissimulans, *Vui-*
cam redijt: neque per iram quicquam ordinibus respondit.

LAMBERTI HORTENSII RERVM VLTRAIECTINARVM

Liber Quintus.



CQUIS est, qui non omnium rerum in uita humana
 commutatione perspecta, fortunæ uicissitudinem in
 utramque partem, ad modum reciproci estus, attonitus
 obstupescat? Aut quis adeo eminetiæ & scelicitati sug-
 nititur, ut humana imbecillitate grandius quid aut cõ-
 stantius sibi promittere audeat: Communis enim uita

tanquam à deorum aliquo, clauo adhærenti gubernata, bonis malisque
 uicissim perpetuò circumagitur. Quare admirabile uidetur, nõ si quid
 inopinati eueniat, sed quod nõ omnia quę geruntur, præter spem cadant.
 Quamobrem par esse duco, historiæ narrationem aptè accommodare:
 gestarum enim rerum uicissitudine, ex immodica in secundis rebus agē-
 tium insolentia, & infortunio eorum qui uoto frustrantur, lapsa bundi-
 erigimur. Henricus episcopus in summa necessitudine cū optimatibus,
 in publico foris ocio de improuiso hostis iudicatus, in atrox bellum inci-
 dit. Nam sibi restitutus, ac tandem perspecta fraude, rempublicam con-
 stitutus, cum opinione infelicius res caderet, paucorum nobilitũ po-
 tentiæ se parem ratus, & se sefellit, et ditionẽ inuitus ad aliena sopes tran-
 stulit. Clarus immortalis nomine, ut nemo magis antè, quod ablata po-
 mceria precio ecclesiæ recuperasset, nisi id æterno domus suæ dedecore
 nunc oblitterasset. Postridie tormenta in publicum prolata expediri, atque

*Henricus Episcopus
 regis ad burgundos
 exortum transfugeret*

omnia quasi ad bellū apparari iussit. Quo spectaculo terror Vuicanis, at effusa exultatio exulibus oborta est, clamantibus, bene iam rem habere, nihil alio duce opus fore, cum ipsum principem haberent eiusdē conditionis socium, cuius auspicijs ad reditū in patriā uia pararetur. Huic terrori ad nobilitatem pleramq; ab amicis ex Hollandiā et Brabātia missae literae superueniūt, famam in ijs regionibus constantē ferri, pedestres copias Burgundici generis conscribi ab episcopo ad urbem inopinatio inuadendam. Haberi simul & equitum delectum: quare intente custodias portarum haberent, & nocturnas uigilias murorum stationib. collocarent. Auxit ad hęc pauorem hominū ex agris in urbem pecus armētumq; omne trepidē agentium uulgus, penu & frumentū uehicularum pro se in oppida uicina quorumq; asportantium. Multi, quibus res esset lautior, cum supellectilibus, ut apertum bellum fugiētes, in ciuitates emigrabant. Ordines ancipiti re percussi, uaria consilia agitare. Reputabant enim inter se Hollandorū iniurias, cū quibus nihil solidae amicitiae haberent, ab illis infida omnia ob nuperas cōfliktationes esse. Exclusionē exulibus foris item, et exulū amicis intus animos facere: seq; eos, ac spiritus preferoces suo iudicio indies magis ac magis prodere. Super hęc ad ultimum, in quo extremā ancorā fixerāt, ab ipso se deserere principe: pro quo fortunas & uitam in dubijs rebus ardoris ciuilibis posuissent: quem defensorē urbis futurū semper rati fuerāt. Bona item ecclesiarū in ditione Florētij iniecta manu publicē possideri: quae initio tumultus intestini in gratiam Ultraiectinae factionis, & Soudenbalchi Vordijq; exulum inuidiā libera fecisset. Nunc eundem Comitem pari studio, quo antē ad precludendam reditus tuam, ad reducendos eos pro uiribus anniti: adeoq; ad eam rem non solum promittere episcopo praesentem opem, uerum etiā ultro equitum & peditū auxilia suppeditauisse. In hac ancipiti animorū anxietate, legatum dominū M. Vuēsij cum literis ad Carolū Gelrorū Ducē homines nobiles primae factionis clam Coss. mittunt, oratum, ut quando omnia infida & hostilia in episcopo & Burgundionibus aduersum se cognouissent, ne ipse Ultraiectinā gentem insidijs à principe suo petitam, penē sub cultro desereret. Ad ordines relatum esse, Vuageningae esse equites, eosq; sanguinis Ultraiectinae nobilitatis. Petere hos, se accersendi ad tuendā contra uim, urbem, potestatem: nam ipsum Ducem ijs haud magnopere ad bellum indigere. Dux sepe antea cū ab alijs, tum proximē à Suollanis lusus, primū negauit callide, se id facturū: probabiliter Suollanū certamen, quod nondū confectum haberet, excusans. Respondit tandē, posse fieri tamen, ut centū equites aduersus assaultum permitteret, nisi suo insigni detrimento edoctus esset, hominū in specie amicorū, & magnifica addicētium uerbis fidem magis non habendā. Quare si tabulis principū factionis manibus subscriptis sibi cauere uellēt, postulata eorum se facturū. Cum hoc responso legatus in urbem reuersus, offendit suorū animos ad quiduis faciendum inclinatos potius, q̄ equestribus auxilijs destituerentur. Conficiuntur raptim tabulae, subscribunturq;

1527 1^o aug^o 110non p^ont in d^o 110

turq̄. Quibus acceptis antequam legatus proficisceretur, prid. No. August. omnem rem Gysberto Suleno Cos. detegunt. Quantum ipsi dijudicare ex probabilibus argumentis ualerent, fore, ut nihil opinantes opprimerentur: sic enim secum comparatum esse, ut amplius amicos ab hostibus intra extraq̄ urbem non dinoscerent. Non audere diutius se tam infirmis peditum intra muros praesidijs credere, nisi centum equites ad urbis custodiam conscriberentur. Vera ista sunt quidem (inquit Cos.) neq̄ mihi satis liquet, quos deinceps hostium, quos ue amicorū loco habeam. Adeo non possum dispicere principium exitum ue huius, quod agitur, negotij. Autor tamen uobis nō ero ad acciēda externa auxilia, neq̄ dissuasor: ut uobis liberum etiam faciam disceptare, quae ē rep. uideantur. Vnum id exoratum interim mihi dabitur, ut tantisper ab accersendis externis equitibus desistatur, dum ipse ultro citroq̄ legatus ad principem eam, qui me Cos. fecit: ut expiscer, bellum ne nobis paret, an pacē porter: simul quo consilio cum tantis copijs ad urbem accesserit. Ad ea quidam. Non fallit nos Cos. quid tu agas, ut per speciem legationis in apertum elapsus, omnino abdicatus magistratu Ultraiectum non reuertaris, ac nos in magno rerum discrimine derelinquas. Nosti ipse omnia Vuicæ impedimenta, machinas tormentaq̄ apparari: non modò ut bellum nobis faciat, (quod praesentissimum habebimus) sed etiam, ut dum cōsultando supine tempus eximimus, scalas ad stātia moenia inferat, impremeditatosq̄ expugnet episcopus. Non faceres pro magnitudine & dignitate Consulari, si repub. praedae ac caedibus in medio desererēs. Etsi stat sententia (respondit Consul) obita legatione domum redire: si tamen ante uesperum crastinum Ultraiecti non adfuero, tum facite quae uobis uidebuntur, ne repub. detrimentum accipiat. His conditionib. Consuli Vuicam ad episcopum profecturo, ex ordinum iussu adiuncti, Arnoldus Vuluenus collega in consulatu, Bernardus Vtenēgus, Franciscus Nienrodus: & ad hos nonnulli religiosi nominis homines, quibus priuatim Vuicæ negotia obeunda erant. Mane legatis uitxdum urbem egressis, contra datam Cōsuli fidem nihil factio cūctata, conuentū habet tumultuose de equitibus ē Vuageninga in incertum legationis euentum ad urbem euocandis: negotiū mandatur D. M. Vuesio, ut quantum posset, reditum domum cum auxilijs maturet, priusquam legatorum reditu ē Dorestato sub uesperum opprimerentur. Videbantur iam episcopum exosi bellum malle, & cum Gelro societatem, quam ulla cōditiones quamuis tolerabiles, ut reciperetur, admittere: licet aliud lingua quam pectore clausum erat, gererent: siue ob paulo antē Duci pactam fidem, foeliciter consuli celatam: siue quod, utcūq̄ conueniretur, parum episcopo crederēt. Quare cū nihil legatorū respōso expectato, illud maturarent, id consultabatur, ut eorum reditum in urbem auxilia occuparent. Ac ne detectum consilium motum excitarēt, simul ne Vuesius cum Gelro equite in insidiarum locum imprudens traheretur, sparsit rumorem, se indicti ludicri certaminis gratia, ab agraria plebe uolucrum eiaculatura

culatura inuitatum, in uicum Doranum iter habere. Et ut id quod facta batur, similitudine ueri cōprobaret, neu fucus subolesceret, diuersa porta cum Ioanne Varao equestris familiae, quem postea sub arce Vredenburgō à Burgūdionibus feriri uidimus, urbem egreditur. Fortè tum in ciuitate erat Ducis à consilio intimo, Herculeus Grossius: qui cum priori ad Gelrum occulta legatione in ciuitatem per amicorum inuisendorum speciem, prudenter quod aleretur dissimulans, uenerat. Legati interea postquam Dorestatum uenere, ad episcopum nulla mora admittuntur. Consul ubi multa disertè in utranq; partem, de pacis commodis & belli calamitatibus, commemoratis Ultraiectinorum in episcopum multis & magnis meritis, disseruisset: obtestatus est, ut positis affectibus, & belli cura auersa, copias dimitteret, atq; uernaculo equite satis cōtra uim armatus, urbem intraret. Audita benigniter legatione, postquam placidè pauca respondisset, minus ferociter quàm antea percontatur, ecqui equites ab ordinibus acciti intromissī ue essent, num nam quos operirētur. Negauit Consul id factum, cum ex urbe proficisceretur: neq; de euocandis quicquam decretum fuisse, quod sciret. Cōsul autem, ut ex sponsione pacta factionem à nouandis rebus auerteret, collegam Arnoldū Vuluenum & reliquos legatos præter Nienrodium maturè sub uesperū domum remittit. Tota autem ciuitas in spem concordiae extra factionem erecta erat. Conuocatur in concionem ordinum senatus eodem die. Recitatae hic literae sunt Consulis Suleni, quarū hæc erat summa. Statim q̄ Dorestatum uenissent, ad principem introductos se, ac legationē suam benigniter auditam fuisse, & certam concordiae esse spem. Episcopū responsū in insequentem diem distulisse. Ne quid rerū igitur nouarent, priusquàm uel ipse domum reuersus esset: uel per literas, quid staret sententiae, eos certiores fecisset. Rogati reliqui legati, ecquid ipsi referrent: responderūt, nihil se cōperti ex principis uerbis elicere per multas obscurasq; ambages potuisse. Fecit ea res factioni fraudis manifestae suspicionē, quod incautis et ociosis superueniret episcopus. Haud diutius cessandū rati, equo expeditum quendā subornant, qui quanta posset celeritate additis calcaribus Vuageningam properaret, nunciaretq; equitibus, ut sub diluculum posteri diei ad urbem alessent: exploratū habere per trepidè allatum nunciū, episcopum se totum ad oppugnanda incenia apparare: idq; fortasse postridie euenturum. Emittuntur & exploratores, qui transuersis regijsq; itineribus circumquaq; omnia specularentur: ut si quid hostium usquam in agris diuagari deprehensum esset, celeriter uigilibus ad urbem sub moenibus foris repentibus, & in murorum speculis excubantibus nunciarent. Sub noctem Cōsuli Vulueno per uim clauis portarum (quā constanter negabat externum Gelrorum equitatū intromissurum) extorserūt. Tota nocte à factione peruigilatum est, expectatusq; in horas eques, missis ex urbe, qui per mansiones eius accessum ad Albam portam denunciarent. Missus & Dorestato eques sub mediam noctem est, exploratum, num quid ueri haberet rumor allatus.

Paulo

Paulo itaq; post noctis conticinium Rhenos præteruecti silentio, cū ad Elstam usq; processissent Gelri, prætor loci ex interuallo per noctis silentium hinnito equorum accepto, celeriter equum conscendit: ac subditis calcaribus, Dorestatū petit. Intromissus hic in arcem, episcopo rem denunciat. Haud segniter is statim lecto correptus, Consulem Sulenū, & Nienrodiū excitari iubet, nunciariq; rem depræhensam nunc coarguere, haud uanum fuisse rumorem, de equitibus Ultraiectum occulte accersitis, ad se allatum: eos iam ultra medium itineris progressos ad urbē accelerare. Apparere hic factionis perfidiam: quam integra legatione nihil nouare decuerat. Mane sub illucescentē auroram Ultraiecti tanto silentio ad notam tesseram & signum patefacta porta in urbem uenerūt, ut nisi unguularum in silicibus strata uia strepitus equos quadrupedantes prodidisset, ducenti illi armati (tot enim erant) & uigiles in stationibus & plebem horum ignaram fallere poterant. Tum demum publicē luctus oboriri uisus hominum manus ad cælum tendentium, querenti umq; nunc inchoatum esse bellum, quod execrabilis factio hætenus tacite precata esset: iactam per istam causam defectionis ad excidiū patriæ, aleam. Quin priusquam numerus exterarum copiarū augeatur, eas urbe profligamus: Compescuit frementem plebem blandimēta dando factio: conuenturum de pace: uerum ob metum oppressionis præsidia esse imposita: ea deducturos, ubi pax conuenisset. Id quod propediem esset futurum. Ibi perditorum ex factione ciuiū audacia sese prodidit. Michaël Pistor, Gerardus Nouiomagus cultrarius, cum paucis sui ordinis alijs, tanquam pœnarum metu per defectionem ad Gelrū posito, impetum in ædes procerum collegiorum, qui principi uel ob honores obnoxij, uel functionem aliquam iurati erant, faciunt: easq; hostiliter diripiunt. Inde ad ostentationem præclari facinoris holosericis undulatisq; uestibus ad talos diffluentibus amicti, annulatiq; tota urbe sursum deorsum per publicū ob oculos ciuium obuersabantur: ad imitationē lustrationis amburbialis rudendo uicos plateasq; circumeuntes, asininis uocibus omnia complere: nullum contumelię in episcopum, nullum insanie atq; stultitię spectaculum prætermittere. Iugum per hęc dissolutā quiduis patrandi licentiam exuisse uidebantur. Sed inter arma perpetuū est iustitium. Opulentiores repentina urbis facie trepidi, quantum ex tēpore dabatur, tumultuose aurū argentūq; auferre, occultare, ne quid grassatoribus statim ad prædam obuium esset. Quisq; deniq; qui munera ab episcopo gerebant, in magno direptionis metu esse. At Gelrorum equitum magister auditis ijs quæ tota urbe facinora licenter designabatur, reputans secum quàm difficile foret alienam ciuitatem usurpatam diu retinere, si suæ factionis paucis sceleratis, uti cœpissent, potestatē quæuis flagitia in quemlibet perpetrandi impune ac licenter faceret, ad se secretē aduocatos illico grauius castigat, eo se urbē non ingressum, ut ipsis eam prædæ aut deuastandam daret, uerū ut ab hostiū iniuriā, si qua inferretur, assereret. Si id quod agerent, faustum esse uellent & scelix, plebem bene.

beneficijs deuinciendam esse: quo consociatis animis communiter rem pub. defenderent, ac non ut infestam satis, infestiorum redderēt. Frustra autem foris se bellum habituros, si plus sibi ab interno hoste quā ab episcopo esset metuendum. Iam in armis nihil firmi fore, si legum repagulis domi ruptis, omnia miscere aggredierentur. Pauor iam plerumque opulentiam ex urbe continenti agmine per uias exportantium bona suppellectiliaque effuderat, quasi aperto bello utrinque iam res gereretur. Gelrus uertus ne ciuitas per fugam ditiorum, qui oneri ferendo in bello essent, praesidijs nudaretur, ex templo cauit edicto, Ne quis res bona ue sua ex urbe asportaret: deprehensi multarentur, bona praedae forent. Qui belli metu paulo sub Gelrorum ad urbem accessum profugerāt, publice per literas reuocantur. Fuerunt, qui edicto contempto, exules a senatu fierent. Consul Sulenus auditis, quae circa urbem impotenter a factione gerebantur, a Vuica rus, unde nuper in urbem ad Consulatum extractus fuerat, concessit: ac mox paulo, quia belli horribilem tempestatem ingruentis praeguidebat, rebus ex urbe nauigio asportatis, Iselsteinam in pacatum abiit, priusquam de bonis efferendis publice cautum esset. Indicitur breui post iterum dies ad conueniendum in arcem Beueruuerdam, antequam ire, quas utrinque ingentes in pectoribus conceperant, in rabiem exirent. Huc ad conciliandos animos, hostiles inter se spiritus gerentes, ac bellum parantes, conuenere et Transiselani. Legati, qui ab ordinibus ad statutum diem in arcem adessent, ea conditione se profecturos paciscebantur, ne se absentibus quicquam nouaretur: neu ad praesentia equitum auxilia, alia in urbem reciperentur. Postridie quam profecti essent crepusculo diei silentio nunciatur trepidum, centum quinquaginta equites, & peditum cohortem unam extra urbem subsistere, ut intromitterentur. Consul totus in spem sarcindae concordiae erectus, audito nuncio insperato, attonitus obstupuit. Antesignani Gelrorum equitum in urbe, accepto nuncio nouarum copiarum laeti, haud elanguescendum ignauia rati, armati domum Consulis petunt: postulantque portam Albam aperiri, ut eques & pedes faciendo tinere fessis, absque mora intromitterentur: ne extra urbem pernoctantes, episcopo, cognito eorum aduentu opportuni forent. Negat id se Consul contra datam legatis fidem, facturum. Equitum Magister ne quid mora suis ante urbem haerentibus officeret, & Ducis indignationem prouocaret, conuocat in Palatinum forum quantum equitum atque peditum in ciuitate erat. Cum his iam multa nocte, lychnuchis cum funalibus praeguntibus, ad Albam portam descendit: atque ea uie effraeta, socias copias in urbem frustra reclamante Cos. recipit. Erat autem ea peditum uis nullo delectu raptim e fece rusticorum in agris contracta. Quare bene foris consulta neutrum alteri iam reconciliare poterant: quod unum haud dubie ualidis praesidijs urbe firmata Gelrus spectabat. Prima luce nouae copiae per hospitia distribuuntur. In Beueruuerda a rerum omnium, quae circa urbem accidissent, legatis ignaris, de concordia disceptatur interea. Transiselanus disceptator inter episcopum & Ultra-

iectinos

iectionis sumptus, ubi multa disertè ac grauius de incommodis ex bello præfatus esset, iussit Ultraiectinum priorem occasiones & causas repentinæ alienationis, repetitis altius ordine exulum controuersijs, exponere. Tum Ultraiectinus legatus exorsus, singula à temporibus primi motus in ciuitate, ut quæq; gesta erant, exponere cœpit: quibus occasionibus, principijs, quibus authoribus, qua uia, quo cōsilio, per quos homines, contra seditiones rempub. tutati essent, & cōseruassent. Nihil ab se aduersus sceleratos & seditionum concitatores, earumq; comites uoluntarios susceptū, actum ue, nisi principis auspicijs fuisse, & iussu. Rebus ipsis fidem suam patriæ persoluisse: ad quam præstandam iuramento adactos, eius religione exolui haud potuisse. Sed & concordiae cum inimicis leges nullas unquã se recusasse: ut non possent satis mirari, quid illi in mentem uenisset, quòd non ut amicus, sed ut hostilem animū præferens cum armatis peditum equitumq; copijs, Ultraiectino nomini hostibus ad urbem furtim accesserit. Omnia quàm bellum potiora ducere, ac malle. Sed quando neq; pacem æquam obtinere, neq; uim suis opibus à moenibus propulsare possent, par esse ut auxilia ad tuendos liberos & uxores aliunde accerferentur. Quæsitum inde est à Transiselanis, quid de recepto Gelro in urbem equite futurum esset: staret ne incepto consilio perseuerare, an integrum esset adhuc illum uel retinere, uel amittere facta pace. Exulum, inquit Ultraiectinus, quorum conatus toties irriti & consilia frustra fuere, animi, & insolens ferocia: tum autem & iniusta præsulis ira atq; indignatio: sed & quorundam in urbe exulum conatui fauentium terror, nos ad amicorum opem implorandam subegerunt. Horum autem cum nullus ferè sit, quin sanguine uel affinitate nobilitatem Ultraiectinam attingat, si pax cōueniat, nulla cuiusquam inuria urbe cedent. Transiselani paululum ad consultandum submoti, ac mox intro regressi, actis gratijs Ultraiectino quod ad præstitutum diem conuenisset, quodq; nihil grauatus fuisset, ea quæ propria huius causæ essent, à principio ad finem exponere: rogant num qua uia inueniri posset, qua auxilia utrinq; statim dimitterentur. Respondit Ultraiectinus legatus, quòd ad se, id tum demum futurum, ubi controuersia de exulibus finita esset. At sciri oportere, quid animi ac sententiæ episcopo esset, pro quo fortunas & uitā deposuissent semper: par esse, ut uicissim ille eūdem animū in se gereret. Æquum, respondere Transiselani, eos postulare: neq; ex eorum usu fore, si secus ille contenderet: maximè uero quòd diu exulū negotium integrū staret: ne urbs nullis præsidijs firmata, inimicis ad insidias opportuna foret. Interrogatus Ultraiectinus deinde, an plus copiarum uel expectaretur, uel intromissum esset, negauit id factum: (sefellerat eum præter fidem abeunti datā, copias in urbe præsertes nouarum copiarū accessu se absente auctas) neq; de pluribus adhuc decretum, nisi episcopus prior nouarum rerum autor esset. Conuenit itaq; in hunc modum: ne præsul prior bellum populo Ultraiectino faceret: quo per ocium de concordia ageretur. Sufficitur in locum Suleni,

*Huchtbrochus in locis
Suloni fugiens*

qui se paulo antè Consulatu abdicarat, Ioannes Huchtbrochus. Arnoldo Vulueno magistratus continuatur. Legationes interea Ultraiectinæ domū approperantes, ubi haud procul ab urbe ab obuijs uiatoribus præsidia in urbe nouis copijs Gelris præter fidei religionem aucta esse accepissent: tanta eos consternatio & pudor, quòd dicta sua Transiselanis affirmata, & facta Ultraiectinorum non iuxtà conuenirent, cepit, ut auerso ab urbe itinere, retro abire, neq; domum redire consiliū sederet. Quare ad urbem nunciata, mittuntur celeriter legatis obuiam, qui ordinum uerbis eos obtestando, orandoq; ne se in medijs malis destituerent, à fuga retraherēt. Superuenisse quidem peditum equitumq; auxilia, sed ea non accita, ita ut ubi uideretur, exautorati domum dimittere possent. Quo autem errore id factū esset, ipsos præsentis melius cognituros, quàm nunciari posset. Persuasi legati consensu iterum uehiculo spe deducendi ex urbe quantum copiarum interea accessisset, iam multa nocte in ciuitatem reuertuntur. Offendunt statim ciuitatis opinione fœdus turbatum: ipsamq; factionem bifariam discissam, effringētium cum Gelrorum cataphractis portarū seras, & obstantiū id ne fieret. Ad hanc discordiam accedebant graues legatorum de ipsorum perfidia querelæ: quòd nulla cōscientia tacti, pactam fidem abeuntibus uiolassent: ut causa belli & initium, si quod haberent, ab ipsis ortum uideri posset. Cōtrā alij factū excusabāt, in errorem depulsum. Non inficiabantur quidem, accitam cohortem, & portis receptam: uerū curam eam omnibus inesse, ut amplis pollicitationibus preces miscentes, illam rursus ex urbe deducant, ac domos suas tantisper dimittāt, donec episcopus uel hostis iudicaretur, uel pax cum eo fieret. Addebant & errorem uerisimilē. Ab se conductum fuisse quendam nuncium, qui cum literis ad ciuitatem accelerantibus copijs properè occurreret, & Vuageningam retro à coepto itinere auersans, ibi subsistere tantisper iuberet, dum reuocarētur. Spem enim in presenti statu omnibus reconciliandi episcopum in gratiā, ostentatam. Nuncium autem ob uiaticum, quod per obliuionē differebatur, totum diem in ciuitate moratum fuisse, cum iam dudum abisse crederetur. Quare obuium cuidam eum factū, acriter obiurgatum, castigatūq; quòd iam iam serò profecturum, redisse obito negotio oportuisset. Statim intellecta moræ causa, accepto uiatico sub quintam paulo uespertinam quanta maxima potuit celeritate in pedes se coniecisse. Noctis autē interuentu eum à uia aberrasse: atq; interim auxilia omnium circa urbem ignara ad portas peruenisse. Et ne belli causa quæreretur, postulantibus equitibus Gelris ut portæ clausæ aperirentur, à Coss. constanter reclamatum fuisse. Tum demum equitem præparatis antè ad id animis (ut apparebat) cum parte ciuium nouandarum rerum cupida, uiclastra serasq; portarum diffregisse. Nuncio nouarum copiarum, que à Gelro ad turbanda omnia nocte Ultraiectū missæ erāt, Vuicam mane perlato, pauor maior oppidanos cepit: quod rebus adhuc stantibus non modo quod nihil fidum in factione esset, uerumetiam quod ad bellum

tota

tota animos pararet: neque pacem neque concordiam augendo vires quaereret, tametsi uerbis in speciem benignis pacem dari cupere uidebatur. Transiselanidesperatis rebus, ne sui ad exitum conuentus intenti, praeter expectationem imparati opprimerentur, domos quisque suas illico maturarunt. Videbant iam non ab Gelro hoste seorsim, utrum illi secum & cum episcopo bellandum esset, nec ne, consultari: sed qua bellum ratione gereretur: quosque opportunos magis primum adoriretur. Episcopus nihil iam amplius cunctandum arbitratus, ne occuparetur, lectissimos pedites ad intercludendum Ultraiectinis ad austrum e Rheno commeatum, in ostium Leccae mittit: hisque Pilanum Amorfortium, & Pellitium Buscoducensem duces praeficit. Cum his coniunxit Fredericum Sombrenum cum ducentis equitibus magistrum equitum. Magno autem bello Ultraiectino leuam huius ostij brachium ualidum praesidium iam olim habuerat, natura ipsoque loci situ firmum, & ad utrumque supra infraque nauium cursus interceptos idoneum. Locus ipse a reliqua planicie ita eminent, ut utroque uersum in amnem longissimum prospectum praebet: & ad excurrendum ad urbem mirum in modum sit opportunus. Hic intra paucos dies opere tumultuario ex arborum truncis rudiisque robore & gleba superiecta praesidium erigit: non altum illud quidem, sed latitud. pedum quinquaginta plus minus: cum cuniculis, & uallis praecutis in ipso aggere & praeterea fossa circumducta adactis. A tergo (ut nauigio hostibus inaccessum foret) scaphae in ostij faucibus tegulis onustae demerguntur. Imposita metu proditoris in hoc deinde externa selectorum peditum praesidia sunt. Inde late immixtis peditibus hostium agros peruastauit: quantumque hominum ac pecorum in possessionibus Ultraiectinorum oppressum esset, praedae fuit. A ferro & igni & strage uillarum solum temperatum est: promulgato simul edicto, ut quicquid hominum Ultraiectini nominis, ecclesiasticorum profanorum ue, absque discrimine sexus aetatisque intercepteretur, hostium loco esset. Iam tum segetes maturuerant. quare quicquid earum hostium erat, Dorestatum ex agris conuehi: eodem & pecus omne compelli iussum. Sub haec bellicas machinas omnes Vuicae tanquam ad expugnationem apparare, expedireque aggressus est. His ex rebus matura ad hostilia uicissim inferenda Ultraiectinis data materia, cum alij atque alij trepidis rumoribus de accessu episcopi ad urbem non nihil affingentes alimenta suggererent, tumultuariorum peditum nouas copias scripserunt. Fuga ingens hunc terrorem e caenobijs suburbanis penum omne in urbem asportantium, migrantiumque ex agris longo agrum ne cum armento omni per uias spectantibus auxit. Et ut bellum se ipsum aleret, uicos & pagos, ne hostilia paterentur, stipendio imposito episcopus ad paciscendum compulit in tres menses. Contra Ultraiectinus, eos pro hostibus se habiturum denunciat, qui cum episcopo paciscerentur: ab eorundem uicis, ne hostilia acciperent, se quoque pecuniam stipulatos. Misera profecto plebis agrariae conditio, quae cum hostes non haberent, ab Ultraiectino, & Ultraiectinae ditionis suo principe, ne praedae

ny die bast

herdmy gelu

essent, pacisci subigebantur. Ultraiectini adhuc non contenti hac rusticorum calamitate, in super eos, quos inuitos resurgentesque operam suam in ostio Leccæ fossis ducendis posuisse constabat, nocte arreptos, ac rure in urbem extractos, in carcerem coniecerunt. Erat totus interim in hoc episcopus, ut hosti undique comatus clauderet. Haud quieuit inter hæc Gelrus. Lacescentibus ad hunc modum Ultraiectinis bellum in infera ditione contra episcopum, ipse aliquot dies de bello Transiselano consulauit. Ioannes Vuissingus cognomento Henricus Macer, & Matthias Ketellus è Transiselana regione oriundi erant: equitum par nobile, & ob belli artes Carolo Gelrorum Duci chari. Hi relicta patria multis & magnis bellis sub illo meruerant: quare & prior ille in gradus interioris amicitiae receptus fuerat. Corrupti precio, seu (quod magis affirmari) ut gratiam apud principem Gelrum inirent, Hassaliam haud procul à Suolla proditione tentandi negotium suscipiunt. Postridie Id. Augusti. lucis principio tanquam ad mercatum nauem armatis grauem, sed asseribus sparisque instratam, ipsi oppidanis ut popularibus domesticè nocte in oppidum recipiunt. Postquam autem ad forum uentum fuit, ibi deiectis asseribus cum ingenti clamore ad faciendum subita hostium specie pauorem oppidanis oriuntur armati, occupantque oppidum. Trepidatio maior, quam pro hostium numero, quantum hominum in publico erat, in fugam compulit. Capto oppido, à direptione & cæde temperatum est. Unus, qui solus obuios foro arcere armis ac uirtute contendebat, à confertis multis uulneribus confossus cecidit. Ingentem interim hominum armorumque prædam ex Bataua egit: diripuitque, quicquid uillarum obuium habuit episcopus. Tum consilium ordines Ultraiectini de abrogando publicè præfati episcopatu, ac societate cum Gelro iungenda cœpere. Quare xvii. Cal. Septemb. conuentus habendi dies ciuitatibus, ut Ultraiectum conuenirent, indictus est, ad audiendum publicè in frequenti ordinum concilio diploma ditionis Ultraiectinæ recitari: simul ut ea quæ uitio perperam quotidie admitterentur, mutarent & corrigerent. Spectabat autem eò Gelrus, & factionis primores, penes quos uis omnis miscendi omnia erat, ut assensu trium aliarum ciuitatum principe hoste iudicato, ipse quoque in belli societatem traherentur. Ex Amorfortia uenere legati Segerus Vuilda, & Nicolaus Gerardi F. Et reliquæ ciuitates, quamuis extra belli societatem Ultraiectini, quia commune trium ordinum negotium, cum accerferentur, prætexebatur, legationes suas quoque misere: ne non uenisse fraudi fuisset. Postquam ad edictum conuentum Ultraiectum in curiam magnam basilicæ D. Martini frequentes conuenere, primarius decanus historiam quatuor superiorum annorum dicendo texere exorsus, ostendit quam multa beneficia pop. Ultra in Henricum episcopum contulisset, eaque qua nunc ingratitude uastando agros, ac claudendo undique flumina & comatus, pensaret. Exaggerauit pericula, sanguinem, facultates: que pro eius dignitate tuenda, pro incolumitate ac salute patriæ conseruanda deposuissent. A quo tantorum beneficio

beneficiorū admonito, cum gratia par repeteretur, cōtra diploma religi-
ose à se iuramento inaugurationis die confirmatum, ipse indies alia atq̃
alia, quæ ad nomen Ultraiectinum extinguendum spectarēt, moliretur.
Bellum illatum cum ordines auertere nō possent, modica auxilia ad pro-
hibendam, si qua inferretur, uim, non ad concitandum bellum, compa-
rasse: legationibus mittendis, orando, donandoq̃ quantum in humano
consilio situm esset, sudauisse, ut id declinarent. Inde ubi hæc & alia mul-
ta id genus in hanc sententiam perorasset, rudem quandam ex tempo-
re delineatam formam decreti de iungenda societate cum Gelro, et bello
cum episcopo gerendo, in medium e sinu protulit: lectumq̃ illud publi-
cè est. Fuit id autem in hæc uerba, cuius exemplar Amorfortijs ad refe-
rendum petentibus datum extemplò est. Nos collegiorum primates
Decani, canonici v. collegiorum basilicæ D. Martini, Seruatoris, Ioan-
nis, Petri, Diuæ uirginis, in urbe Ultraiectina. Post hos, equester ordo
ditionis inferæ: Cōsules, Tribunitia potestas: uetus nouusq̃ Senatus ur-
bis Ultraiecti: tabularum harum lectoribus, atq̃ cognitoribus: tum au-
tem & ijs quorum hæc cōtrouersia refert, referet ue in posterum, S. Epi-
scopus Henricus à quo in episcopatum uenit, nobis non minus geren-
dis rebus pestilens, quàm ditioni perniciosus fuit. Primùm autem, cum
nullo publico, sed priuato quorundam consilio, quos in interiori amici-
tiæ gradu habet, nuper arcem Meidensem cæpisset, penè nobis bellum
concitaret. Nunc quoq̃ uicis inferæ ditionis omnibus grauiā stipēdiā
imperat, præter ius & bonum: tributo ne humili quidem agricolarū fe-
ci remisso ac tenui. Arces & castella præsidijis impositis exterorum equi-
tum peditumq̃ infimi loci, exclusis summo loco Ultraiectini nominis
natis uiris, firmat. Agrestem ad hæc hominū multitudinē totis agris ar-
matam, cum fossorijis instrumentis ad fodendum, & loco munito inex-
pugnabile præsidium in Leccæ ostio collocandum, non ad tuendos aduer-
sus communē hostem fines, sed intercludendas uias aditusq̃ omnes in
urbem conuocauit. Ut mittatur, quantum exterorū auxiliorū equestri-
um ac pedestriū indies conscribit: quorū bona pars est ex eorum genere,
qui P. Ultra. semper infestis hostes fuerunt: scilicet ut nos in angustijs cō-
clusos obsideat, & ad ditionē cōpellat. Ex agris ciuiū nostrorū, quasi
hostiū, bubulū pecus egit: & quantū armētorū in pascuis fuit, præde mi-
litib. dedit. Cum aut̃ tutos nos ab hostib. esse existimaremus, nulla qui-
uimus cōiectura assequi, quorsum ista, quo ue cōsilio paret: quib. admis-
sis, hanc iniuriā nobis cōciliauimus: cū hactenus nō fortunas modo no-
stras cū eo, sed uitā etiā periculis ingēti animorū consensu obiecerimus.
Quare hoc eius consiliū & turpe & scedū, tū cū diplomate ex diametro
pugnat, tū amplissimis eius promissis aduersatur. Spectat aut̃ id ipsum
huc quoq̃, ut cōmunis libertatis iura labefactentur, publica totius ditio-
nis libertas, laudatæ cōsuetudines, instituta maiorū, iactura non inis VI-
traiectini & agricolarū, in præiudiciū cōmune omniū oblitterentur, ab-
rogenturq̃. Itaq̃ ut hæc, & id genus alia mature auertantur: simul ut, ne

,, nobis exitio sint, occupentur. has ob causas & pericula in posterum im-
 ,, minentia, quæ hinc pullulare nobis, & possessionibus nostris olim oriri
 ,, possent: simul ut diploma, iura, libertatem, consuetudines, sanctas cõso-
 ,, ciatis animis tueamur: censuit senatus & ordines consultatione matura
 ,, amicitiam aliquam ineundã esse, ne incauti ex improviso opprimamur,
 ,, & insidias declinemus. Quamobrem concordēs societatis fidem sanxi-
 ,, mus, nobis & posteris utilem futuram: & fœdus adiunximus, ratũ san-
 ,, ctũq; auxilio senatus hoc decretum habituri, quod huic calamitati, hisq;
 ,, impendentib. periculis consociata animorũ concordia obstabimus: uim
 ,, armis propulsabimus. Quod impensarũ in bellum fiat, id ad uniuersos
 ,, pertineat. Alea secunda aduersãq; omnibus ad exitũ eius usq; cõmunis,
 ,, & par ex æquo omnibus sit periculũ. Placuit quoq; in conferendo nemi-
 ,, nem excipi mortaliũ debere: nulli remitti stipendiũ impositum, quo mi-
 ,, nus cum alijs contribuat, sed ut compar profanis religio censeatur. Con-
 ,, tribuent æqualiter huc imaginibus maiorũ illustres homines, & humili
 ,, loco nati: opulentia cum tenuis fortunæ & infimæ classis proletarijs, ut
 ,, res publica posteritati incolumis tradatur. Neq; magni quidem referet,
 ,, unde pecunia redigatur: ex mutuo'ne usurario ue ære, ut agri pignori, si
 ,, necesse sit, opponantur: quo hoc negotium alatur, & ærarium sufficiat:
 ,, an alia uia. Quare apud Deũ datis dextris mutuã pacti fidẽ spondemus,
 ,, quod sicubi opus erit, summo omniũ cõsensu, aut certè bonæ ac magnę
 ,, partis uoluntate mutuã uicissim operã nostrã in hoc ponemus, ut oppo-
 ,, sitæ hypothecæ redimantur, mutuũ scenus dissoluatur, ut damni exper-
 ,, tes inde euoluamur. Nemo tum ea in re tergierabitur, sed datæ dextræ
 ,, sancitẽq; fidei quisq; memor, lubentẽ se ac uoluntariũ (ut par est) offeret
 ,, ultro. Inter ordines nemo ius sibi ulla ratione, aut uiam ad elabendũ ulli
 ,, us libertatis prætextu usurpabit, qua cõtra hoc decretũ ad asserendam
 ,, suã dignitatẽ tum uti posset. Quod si nos bellũ (quod deus auertat) ha-
 ,, bere contingat, cum hoste neq; pacẽ faciemus, neq; amicitiaẽ fidẽ adiun-
 ,, gemus, neq; ulla si quæ offerantur pacis recõciliationis ue leges quauis
 ,, iustas & bonas, quæ hanc societateẽ impediãt, ipsi ordines separatim re-
 ,, cipiemus: sed ne ipse quidem, qui nobis ad hoc bellũ auxilia miserit. Si
 ,, uero interim tolerabiles dari pacis cõditiones usu eueniat, ea nõ per unũ
 ,, aliquem ex ordinibus aut socijs iungetur: sed eius faciendæ potestas tri-
 ,, bus ordinibus, aut bonæ eorũ parti permittetur. Et quæ in ea bona atq;
 ,, æqua uidebuntur, illa cæteri rata, iusta, ac firma iudicãto. Dolus frausq;
 ,, abesto. Quoniã autem ista inuiolabilia esse placuit: nos collegiorũ proce-
 ,, res & collegiorũ sodalitia, nostra sigilla: itidem & nos cõmuni equestris
 ,, nobilitatis nomine rogati, Ioannes Reneschius Vuluenus eques auro-
 ,, tus, Gysbertus Varaus, Vuolterus Hammo, Ernesthus Vuicanus. Cõ-
 ,, sules itẽ urbis Ultra. tabulis sanciti fœderis magnũ urbis nostræ sigillũ
 ,, appendimus. Datum Ultraiecti, anno xxvii. super M. D. XIII. Cal.
 ,, Septemb. Postquam fœdus iunctum de bello cõmuniter parando in
 ,, frequentĩ ordinum ac ciuitatũ concione recitatum fuit, legationes ciui-
 ,, tatum

tatum, quarum nulla uox cōsentiens accesserat, acceptis exemplis ad referendum illico domos suas reuertuntur. Episcopus auditis ijs quæ circa urbem indies fierent, metuens ne ob superiorum annorum odium et simultatem Amorfortij à se per hanc occasionem alienarentur, literas ad senatum dedit in hæc uerba. Vestra fides & studium erga me effecit, ut apud uos animi mei ex iniuria accepta ægritudinē effundam. Dubium mihi nō est, quin rumor de exclusione ad uos allatus, uarie uos affecerit. Lector tamen, uobis eundem animum adhuc esse in me, qui superiorib. annis fuit: uti rationem rerum à me gestarum, & conscientiæ rectæ testimonium uobis probem. Audio Hassaliam nobis in Transiselanis à Gelro per homines talium negotiorum artifices ademptam, à quo quiduis potius quàm hostilia expectaram; cum incolumi ad hoc tempus amicitia, pax à me prius, & quies ab armis data, uiolata non sit. Atq; utinā ea perpetua, quoad uiuerem, esse potuisset. Statueram nuper Ultraiectum ad tranquillandos discordiarum turbines armatus contendere, ut restituta repub. ocium pristinū ditioni recuperassem. Erat consilij mei ratio talis, ne inermis urbem ingressus periculum, ut antea aliquando, subirē. Quare auxiliarib. copijs, & equitatu ad corporis custodiam instructus ad urbem ueni: non alio mehercule consilio, quàm ut intestinam facem partim per id tempus, quòd in Germania supera abessem, partim in ualitudine mea aduersa exortam, penitus extinguerem. Adueniēti portas clauserunt. Quàm uero isti ea in re iuramenti religioni fecerūt satis, esto ad posteros de ea re iudicium. Super hæc externa equitum & peditū auxilia in urbem receperunt. Nihil itaq; aliud humani consilij mihi superest, nisi ut à uobis contendam, ne, quod ad belli dubium principium attinget, uestri periculi admoniti, ad maturè consultandum oscitantes opprimamini: reputantes identidem apud animos uestros, quid hinc sit exoriturum, uiam inueniatis, qua malum imminens propulsetur: ut si in rabiem propediem animi ad bellum parati exarserint, extra eius necessitatem uos amicos habeam, ac colam; quibus fretus, inimicorum, quos hostium loco posthac habebō, illatā iniuriam ulciscar. Quod si obtinero, beneficium non ponetur apud immemorē. Cæterum quoniā cū alijs, tum belli temporibus in speculis intentior custodia propter ditionis limites necessaria est: ne ciuis per nocturnas uigiliarū perpetuas miseras nimium obruatur, è proximo Hoehlandios in ciuitatē accite, qui pro muris uobis in agendis stationibus auxilio adsint: ne per proditorem tentati, in hostium potestatem trahamini. Christophorus Lâgius, uir militari gloria datus, qui nuper cum grassatore pedire castellū Teutonum in Marsis ipso magistro ordinis cæso, expugnando uiceperat ac diripuerat, per id tempus reconciliatus factioni Ultraiectine, cohorti in urbe præfectus erat. Hic Calen. Septemb. cum quadringentis peditibus ad Emnessiorum agros effusa populatione uastādos mouit: qui cum nihil minus quàm hostilia operirentur, pridie esculenta uenum Ultraiectū importarant. Emnessæ accepto Ultraiectinorum aduētū, cum iam haud

procul à uico abessent, tumultuariò collecta rusticorū manus, in auia lo-
 ca aditu difficilia diffugit: unde eminus inordinate irrumpentes, & ip-
 sum robur agminis à tergo tardius sequentes, sclopis tormētisq; manu-
 arijs carpsērunt. Numero enim hosti longè impares, nequaquā acie oc-
 currere poterant. Vbi uerò agmen citatum insidias præterisset, clamore
 à tergo & ab latere terribili segnius ab itinere procedentes adoriuntur.
 Fit pauor ingens atq; trepidatio. cadunt alij globulorum nymbo: alij ar-
 mis abiectis callium ignari, in circumiectas uie paludes diffugiunt, ubi à
 suis longo interuallo exclusi hauriuntur. Interim prægressum agmen ef-
 fuse omnia uastat populaturq; eoq; infestius, quod partem suorū ab oc-
 cultis insidijs carptam, ac compulsum in paludes accepissent. Quicquid
 graue nimis asportatu erat, corrumpunt. Fuit autem præda, nimis quàm
 opulenta armentorum & pecoris omne genus & pecuniæ ad septē mi-
 lia aureum. Addiderunt & flagitio perfidiam. Opulentiores ubi in ma-
 nipularibus fidem, ne hostilia paterentur, pacti essent, ex composito ab
 alijs superuenientibus se suaq; omnia redimere adigebātur. Moti iniuria
 Emnessiorum Amorfortij, (nam amplas ibi possessiones habebant) lite-
 ras extemplò Ultraiectum mittunt. Earum autem sententia hæc erat: Se-
 natum Amorfortium accepisse, quàm hostiliter colonos suos, quos Em-
 nessæ in agris suis collocassent, immixtis peditibus ipsi diripuissent: pe-
 rinde se eam populationem accipere, ac si ad muros suos arma scalasq;
 intulissent. Velle scire causam, quamobrem pro hostibus haberentur. Re-
 sponsum ab Ultraiectinis est benigne & callide: Non debere mirum ui-
 deri, quòd infesta & hostilia nullam pacti fidem paterentur Emnessij, qui
 priores lacessiuissent. Superioribus enim diebus uoluntarios eos ad offi-
 um Leccæ episcopo in ponendo præsidio fossorij armis opem tulisse.
 Si à bello esse alieni uellent, hostem non adiutum opportuisse. Inde cum
 infesto agmine in Hamersfeltios mouerunt, (uicus est sub prætura Lu-
 esdana, ad mille passuum ab Amorfortia) eosq; foede depopulati, opimā
 pecorum & rusticorum prædā Ultraiectum compulerunt. Hac expedi-
 tione postquam ingens damnum prædijs Amorfortiorū datum esset,
 per literas & legationes cum Gelro & Ultraiectinis grauius de accepta
 iniuria exostularunt: quòd hostilia omnia paterentur, cum ipsi in hoc
 certamine à neutra parte semper stetissent: ut utrisq; animos suos donec
 debellatum esset, probarent: neq; aliud hæcenus declarasse, q̄ id quod
 amicæ uicinitatis esset, coargui possent. Polliceri nihil aliud adeò dein-
 cept Gelrorum principi & populo Ultraiectino se præstaturus. Super
 cætera mirari, quòd illi non reputarent secum, quàm infestus Gelri VL-
 traiectiniq; nominis ager reddi ex Amorfortia posset, si uellet in belli so-
 cietatē discedere. Ad ea Dux benignè Amorfortijs respondit: Nunquā
 aliud animo suo persuasum habuisse: nec aliò se quàm ad perpetuā ami-
 citiā inclinatum, & uicinitatis ius cum senatu & populo Amorfortio cōsen-
 dum. Id ipsum quoq; suis ordinum ductoribus ab initio inchoati belli
 mandasse. Verum ut multa sæpenumero absente principe peccantur, et-
 fecturum

1527 m / y / p / m / l / x / i
 featurum se, ut primo quoque die ipsis fundorum suorum coloni in integrum restituerentur. Qua de re & literas se dedisse ad Ultraiectinos, ut quemadmodum edixisset, facerent, si Amorfortij prius agros & predia sua in indicem coniecta, ut dinoscerentur in posterum, exhiberent. Nichil illi morati, scripto ea Ultraiectum transmiserunt: quare aliqua pars pecoris colonis illico est reddita. Hac prospera re Langianorum militum excitatus Arnoldus Faber, tertiae cohortis ductor, ad parem fortunam tentandam, Dribergam (episcopi ea tum uilla erat) cum expedito exercitu eam depopulaturus proficiscitur. Erat in eo exercitu gregarius, seu lixa uerius, famulus cuiusdam Gerardi Eccij, e nobilitate Ultraiectina, neque armis ferendis aptus, neque ad militaria munera obeunda maturus: adolescens impuber adhuc, ceterum indole feroci, & truci ingenio supra aetate. Hic officij causa exorato hero, agmine expeditus sequutus fuerat. Quoniam autem praeda ob incolarum & uici tenuem fortunam non magni nominis contracta, non operae precium uisum fuit diutius ibi castra habere: simul quia periculosum ob densam soli naturam erat, per quod hosti ab Dorestato opportuni fuissent. Quare celeriter Ultraiectum, priusquam nuncius depopulati agri Dribergij uicam allatus esset, iter occupant. Praecesserat iam agmen ducentos passus, cum lixa, quod agricolae nullam pecuniam exprimere ad paciscendum secum posset, ardenti manipulo admoto, & uillam, & ditissima duo granaria incenderet. Robur & cohortis ductor exorto incendio stupefacti, mittunt speculatores extemplo retro, exploratum, quid rei esset: iubentque autorem patrii flagitij arreptum (multa extremi supplicij ab incendio abstinere iussi fuerant) atque equo funibus alligatum, secum in urbem trahi. Rumor incendij in agris tum primum a Gelris missi haud paulo concitatore cursu Ultraiectum allatus, plus ciuitatem quam ipsum hostem conterruit: quod quantum aedificiorum extra urbem & castellorum haberent, episcopo incendijs ac populationibus opportuna forent. Et quod praesagiebant, id opinione omnium celerius statim accidit. Episcopus insequenti incendijs auspicijs nocte, cum quingentis peditibus & modico equitatu ex ostio Lecce ad urbem accessit: ac copijs in ripa Rheni ad ducetos inde passus instructis, nequaquam Gelrum metuens, manipulares lectos ad suburbana tria incendio infestis uastanda emisit: addito tamen hostili spiritui clementi edicto, ut antequam ignis tectis iniiceretur, & omnia flamma absumerentur, quantum pecorum & supellectilium seruatam quisque uellet, raptim e domibus auferrent. Dum in tenebris silentio haerentur, pauci, quibus animus ad omnia paratus erat, placide ad portarum uersatiles clathros succedunt auscultatum, num ij qui in murorum stationibus excubabant, suorum aduentum fremitu strepitu ue sensissent. Inde ubi sopitos uigiles, ut in nullo uicino metu sensere, tectis in tribus simul suburbijs ignem iniiciunt. Clarum exortum prius incendijs fuit, quam stationarij hostem adesse cognouerunt. Et quia laborantibus suis, quod hostilijs copiarum uis incerta esset, per tenebras opem adferre non audebant,

audebant, totis mœnibus & turribus tormentorum tonitru eminus ful-
 minatum inde per plerumq; noctis in incertum est. Plebs cum armis ad
 muros adesse, quisq; in suis stationibus; religio uero in curiam pontifi-
 ciam armata exciri trepidè ad omnem euentū iussa est; numerum magis
 auctura, quàm ad bellandū apta multitudo. Incēdio hoc suburbano ro-
 ta urbe perturbata, præfecti militum, ut fuco aliquo inuidiā popularem
 ob prius datū incendiū à se auerterent, testarenturq; nullo publico con-
 silio facinus patratum, ipsum incendiarium capitū anquirendū publice
 condemnāt. Nec dubitant, quin plebes, poena authoris ac spectaculo
 exaturata, fremitum remitteret. Peruentum erat in circū Palatinum, ubi
 reus iudicum sententijs damnatus percuteret. Ille autem inter triste sup-
 plicij ministerium cū semianimis nudatis scapulis in sabuli aggerem dur-
 ctus esset, lictore ex compositò auerso, extrahenteq; animaduersionem,
 ad circumfusæ militaris multitudinis hortatum recepto animo, ut mani-
 bus uinctus stabat, in fugā se dedit: elapsusq; nullo insequente in Ciuici
 templi asylum euasit. Crebræ inde quotidie eruptiones utrinq; in hosti-
 cum factæ: frequentes item uelitationes, ac prælia multa commissa. Inte-
 rim secundo mense quàm bellari coeptum esset, ærarium in urbe exhau-
 stum (quía stipendium non persoluebatur) mercenariū militem tam fe-
 rocē fecit, ut nec ad contrahenda certamina, nec ad eruptiones in hosti-
 cum faciendas induci potuerit. Quare pecuniæ inopia ordines cōpulli,
 D. M. Vuesium ad Gelrum quindecim aureorū milia mutuò petitum
 mittunt: pro quibus uicissim illi prædibus ac prædijs omnibus ecclesia-
 stici nominis in eius ditione cautum est. Vuesius nocte (quía interdū
 & indicium & occultas hostium insidias metuebat) iter emensus, breui
 cum pecuniā domum, præsens gaudium & ciuitati ob direptionis me-
 tum, & militi secum ferens, redijt. Noluit autem factio locupletioribus,
 qui oneri ferendo essent, circa initium belli, ut tutius id traheretur, ne ue-
 eorum animi à se alienarentur, aut ad nouas res excirentur, stipendiū im-
 ponere. His Dorestatum allatis, episcopus, cui animus ad obsidendum
 Gelrum per hæc additus erat, cum sexcentis peditibus & centum equiti-
 bus impedimentisq; pridie Idū Septem. ad urbem mouit, & quidem
 clara luce occupauitq; coenobiū Pacatæ uallis, mille circiter ab urbe pas-
 sus. Agitabat id aut, si in castris ibi positis perseuerasset, ut iter aditumq;
 Gelro intercluderet, ne ue commeatus è Batauia in urbem portarentur.
 Et apparebat hinc ab ortu, inde à meridie in Leccæ ripa infestis itinerib.
 id facile futurum. Ne Gelrus receptum, cum uideretur, in urbem, aut ex
 urbe Arenacum haberet, statim quàm locum castris occupasset, à frōte
 lapidibus stratam uiam transuersam perfodit. A tergo uerò, ob difficilia
 accessu palustria pascua, minus tormentis admouēdis & equitatui apta,
 nihil erat, quod periculi ab hoste metueretur. Rumore de hostium ad-
 uentu & capto castris loco per quosdam ex agris trepidè in urbem alla-
 to, cum uanum unum id de duplici eorum numero sparsum inter cæte-
 ra esset, claudi extemplò portæ iubentur. Et quanquam eorum accessu
 nihil

Ves. d. d. nel

nihil auxiliares Gelri perterrentur, metu tamen ne præsidium in ipsis propè portis statim inchoatum intra biduum ita muniretur, ut inde ex-
 turbari nequirēt, & utrinq; arcta obsidione pressi, fame rerumq; inopia
 turpiter ad deditiōem compellerentur, tumultuose cum tormentis Al-
 bana porta erumpunt, occurruntq; hosti ad portam cui ab operis urba- *Bilt port*
 nis nomen est, trecentos ab urbe fermè passus. Constatere intra portam
 & proximum pontem tuti à globorum iactu, dum pauci cum leuiorib.
 tormentis emissi, hostem ad uelitandum eminus lacerent. Episcopus
 nihil moratus, & ipse manipulares ad prouocandam pugnam Gelro ob-
 iicit. Stataria autem fuit nulla, sed procurando refugiendoq; per pascua
 inter leprosum gdes & obiectam portam, Parthorum ac Numidarū
 more inuicem procul ferire, simulacrum uelitationis præbere. Nec sta-
 bāt interim copiae utrinq; ociosæ. Illæ enim grauiorib. in regiā adductis
 uiam sclopis infeste inuicē ex interuallo incessere. Cæterū quia mutuus
 conspectus per intercapedinem extra globorum fermè iactum erat, &
 utraq; acies ita instructa stabat, ut neutra ab altera nec à tergo, nec à frōte
 lateribus ue uulnerari posset, (nam hi portę mole uelut uallo obiecto, illi
 syluæ densitate tuti, certaminis spectatores erant) nox imminēs procur-
 satores ad receptum utrinq; cōpulsit. Ab neutra parte clades illa accepta
 fuit. Habebat hostis intra cœnobij pomœria sua castra, equitibus Gel-
 rorū inaccessa. Statuit Martinus Rossemus militū Gelrorū Tribunus
 per prata, à tergo castris circūiecta, cum omni pedestriū copiarū ui Epi-
 scopū, utcūq; caderet, adoriri. Quare ea nocte impedimēta, & cāpestris
 tormenta, puluerem tormentarium, cratesq; expediri apparariq; iussit.
 Mane ingens coorta nebula, caligine densa cœlū obtexit: quam paulo
 post tempestas sequuta, consilium discussit, ac Gelrum intra muros con-
 tinuit. Eodem die mulieres aliquot Ultraiectinæ in itinere ab hostib. in-
 tercipiuntur. Quæ de urbis statu, deq; auxiliariorum numero interro-
 gatæ, ubi ea quæ fando domi audierant, fideliter exposuissent, nulla ne-
 que contumelia neq; ignominia affectæ, quò ire cœperāt, dimittuntur.
 Nocte insequenti duas molas iniecta flamma ad Albanā portam in Gel-
 rorum conspectu manipulares aliquot corrumpūt. Rossemus uarijs cu-
 ris animo agitato, qua arte ex loco suapte natura munito sine suorū cla-
 de hostē submoueret, ludibrio rem cum Duce ita aggressus est. Dux fi-
 cticias literas ad Rossemum in hæc uerba scripsit: Se sequenti die paulo
 sub exortum solis cum quatuor milibus armatorum, & mille equitum,
 ad Biltam ad futurum: ipse interea quantum copiarum in urbe esset, ex-
 peditum ad inuadendum à tergo securum hostem silentio portis educe-
 ret: se uerò circa aduersam portam cœnobij eum inuasurum. Has literas
 callidus princeps & gloria militari clarus cum huiusmodi mandatis ta-
 bellario tradit, ut ex composito in hostium stationem interceptus cū
 literis diuerteret: ut ijs lectis, hoc dolo pauor hosti inijceretur. Erat ta-
 men in urbe persuasio talis, ut seriò id futurum fuisse autumarent. Haud
 fefellit Gelrum ars sua. Nuncius ex industria in stationarios illapsus ex-
 cipitur.

cipitur. Literæ extortæ, & ad Trib. delatæ, illico inter inimiti cōsiliij pri-
 mores duces, rerum consiliorumq̃, quæ Gelri inter se agitarent, cognos-
 scendorum auidos, recitantur. Et quanquam de nouis copijs cōscriptis
 nihil allatum esset, uanis literis tamen habita fides effecit, ut serio exten-
 plò ad uasa conclamareretur. Rati fugam occultò futuram, impedimenta
 cum bellicis machinis, ne à Gelro præuenterentur, diluculo Dorestatū
 præmittunt. Timorē uanum sequuta est fuga effusa inordinataq̃ agmi-
 nis, haud perinde metu, ne è proximo à tergo carperentur, atq̃ ne noua-
 rum copiarum occursum à fronte simul & à tergo circumuenti, memora-
 bilè cladem ad internecionem usq̃ acciperent. Gelrus cognita per ex-
 ploratores effusa sine ordine hostium fuga, paucis in urbe præsidio reli-
 ctis, fugiētes equitibus immixtis assequuntur. Fugientiū postremo agmi-
 ne turbato, uersis equitib. pontificijs in Gelrum sit supra Sestū equestre
 certamē. Paucis utrinq̃ uulneratis peditū accessu, Gelrus receptui in ur-
 bem canere compellitur: diremptūq̃ in hunc modum prælium fuit. Sta-
 tim quàm relictis castris episcopus Dorestatum in hyberna abiisset, pri-
 usquam consilium mutaretur, Gelrus nouis copijs quadringentorum
 peditum urbem firmat: quæ per suburbium in hospitij (plebs enim pa-
 lam eas tectis recipere recusat) sunt distributæ. Cum his simul super-
 uenit rumor duas cohortes secundo Rheno tectis nauibus, ut ab aqua et
 terra in Leccæ ostio præsidium expugnaretur, indies expectari. Ac ne ua-
 nus rumor, coargueretur, quo aures omnium impleuerant, omnia, quæ
 bus ad demoliendum quatiendumq̃ præsidij uallum, & fossas obruen-
 das opus esset, crates atque scalas item apparant: commemorando ac-
 citos plures equites Iuliacenses. Ipsum adeò Ducem tantum aurum pro-
 pediem, quo bellum traheretur, adportaturum, ut eo Episcopus & e-
 ius frater Palatinus uendi possent: hac persuasione multitudini obsidi-
 onis & famis metum ademerunt. Et quia iam exacta æstate autumnus
 ferus erat, ut hyems iam appeteret: qua pluuio cælo, ad ostium Leccæ
 tormenta grauioris generis per præpinguem uiarum rotis hærentem
 & glebosam terram adduci nequibant, multos sumptus superuacaneos
 fecerunt. Inter hæc media consilia, ne quid temporis remitteretur, Lan-
 gius in Schalcuicanos profectus, inde magnam hominum ac pecorum
 uim præ se egit: à quibus paulo antè episcopus pecuniam quoq̃ stipula-
 tus fuerat. Et hætenus quidem Gelro sua societas cum Ultraiectinis im-
 punè fuerat: cum episcopus animaduertens sibi necessaria in utrumq̃ ho-
 stem arma sumenda esse, transmissis Rheno partem Batauorum insulæ
 peruagatus, incendio populationibusq̃ omnia deuastauit: stipendiarijs
 Mauricanis, Rysuicanisq̃ factis, præda onustus Vuicam redijt. Nec
 Ultraiectino quidquam iam præter suæ ditionis uicos reliquum erat, &
 eos quidem paucos, unde stipendium ad bellum, ne hostilia sentiret, sub-
 pularentur. Consultabatur interim de circūsidendo hostium præsidio.
 Sed obstabant multa, quibus id quod agebatur, ad exitum perducere
 nō poterant. Anni tempus, quo sub pellibus miles habendus erat: uires
 infirmio.

infirmiores quàm quæ ad obsidionem sufficeret: suspecti plebis animi,
 ne urbe egressis præsidijs nudata portæ clauderentur. Tentandum om-
 nino tamen erat aliquid, ne uel militum animi bello desueti, luxu Ultraiecti
 no frangerentur. Cæterum ut defectionis securi in hosticum cum omnibus
 copiarum, quas intra extraque urbem habebant, uiribus ex urbe tuto mo-
 uerent, callidum consilium in speciem plausibile repertum est. Decreue-
 runt ex omni sagittariorum sodalitia, quod ea tempestate ex opulentia
 pleraque urbis conscriptum erat, trecentos selectos, obsidum loco secum,
 suspicionem dissimulantes ad obsidionem abducere: et hi ipsi, ex operis,
 quos uideretur, binos sibi allegerent. Vbi uero id detectum in uulgum
 promanauit, fremitus tota urbe multitudinis exortus est, indignatum,
 uociferantiumque, hæc ne esse copias terrestres naualesque, quæ à Leccâ
 hostem circumfiderent? Hoccinè illud auri, quod à Duce in bellium
 adueheretur: scilicet ut ad cædem & obruendas corporibus suis hostium
 fossas destinarentur. Adeo tota multitudo cum episcopi esset, quia pro-
 pter obsides adductos nihilo tutior à defectione urbs uidebatur futu-
 ra, abscissum id consilij fuit: ne quemadmodum Ultraiectum Gelrorum
 facta fuisset, rursum sub nutum ditionemque Episcopi perueniret: ut solent
 nimis callida consilia euentu rerum tristitia, mortales plerumque fallere. Ver-
 si inde ad operas conductitias publicas, & baiulorum plebem, fossioresque,
 quorum ministerio in castris ponendis, & ad alia quæ laboris maioris
 opera erant, pro laxis uterentur, uix inuitos restitantesque factionis odio,
 addito edicto, fossoribus instructos armis secum urbe extraxerunt. Equi-
 tum præfecto cum ducentis equitibus ad occupandum opportunum ca-
 stris locum premissis, pars aliquanta urbi præsidio relinquitur. Equitem
 Dornam iter habentem (nam Vuicam oppidum haud perinde loci situ
 aut laboribus munitum, præter imminentem arcem episcopi sedem, mu-
 tato consilio prius circumfideri parabant) cætera multitudo peditum sub-
 sequi iussa, in Ameronga illi se iunxit. Viginti forte equitum Gelrorum ad
 eliciendum hostem Vuicam propere euagabantur, relicto à tergo in insi-
 dijs cætero equitatu. Fredericus Seldenackerus episcopi equitum Ma-
 gister cum una turma Gelro, nihil moratus, subito patefacta porta occur-
 rit. Gelrus ex præparato, quasi uiribus impar, prælium detrectans, pau-
 latim cedendo, hærentes in tergo episcopios, in locum insidiarum per-
 traxit. Ibi à tergo Gelrorum insidie exortæ, & multitudine et clamore in-
 genti, hosti inopinata re perterriti pauorem faciunt. Itaque quauis ab op-
 pido exclusi, in hostium undique potestate erant, acerrimum tamē, si quo
 pacto per confertum ordinem erumpere potuissent, prælium edidere.
 Aliquandiu tentato certamine cum pauci hostium impetum, septi undi-
 que, non ferrent, neque fuga elabi possent, Gelris se dedidere. Præfectus e-
 quitum cum paucis inter dimicandum per confertos hostes statim post
 contractum certamen in apertum dilapsus, armis in fossam occultam abie-
 ctis, ut ad fugam expeditior esset, equo Vuicam per Lambrocam se ab-
 ripuit. Duo de uiginti capti, et Ultraiectum abducti, lege militari multan-
 tur, dimit-

tur, dimittunturq̄. Mox paulo mutato rursus consilio auersis itinerib.
 VIII. Cal. Octobris Leccam cum pedestribus equestribusq̄ copijs Gel-
 rus petit. Et quia nocte iter illud emetiebatur, ignes ex cōposito ē specu-
 lis, maximè turri Dorestatiana ab episcopo ijs editi sunt, qui in præsidio
 ostij erant. Hi ubi hostium aduentum sensere, adeoq̄ iam intra teli con-
 iectum esse, mane horas aliquot tanto fragore acui tormentorū tonitru-
 is fulminarunt, ut fumus in nubem coactus Geltris præsidij omnem pro-
 spectum, post clarum incendium longumq̄, ademerit. Rossemus omni-
 um Gelrarum copiarū ductor, uix dum positis castris, ne hyberno cœ-
 lo inceptum occuparetur, ex templò militibus in concionem aduocatis
 (præmiserat iam exploratum, quā minimo periculo præsidij oppugnā-
 dum adiri poterat) ita dicere exorsus est. Nisi hyberni cœli intemperies
 appetēs, commilitones fortissimi, mihi necessitatem maturandi consiliū
 destinatum imponeret, nunquam hodie uos ad expugnandum hostis,
 quod in conspectu est, præsidium educerem: cum alioqui ne ocio marce-
 sceretis, laboresq̄ militares leuiiores uobis forent, in castris uos exercere
 liceret. Vix hanc periodum orationis absoluerat, cum clamor ingens si-
 bilum militarē sequutus, parantem haudquaquam tempori conuenien-
 tia, dicere, exploderet, exposcētium debitum prius stipendium numera-
 ri: cuius persoluendi spe, urbe egredientes, Persicos montes pollicēs, im-
 pleuerat. Id ne eum agere, ut postquam agmen uana spe lactatum, blādi-
 mentisq̄ ex hybernis extractum, in castris habeat, pro stipendio specio-
 sa uerba adnumeret: lanienæ hostium obijciat: Maiorum deniq̄ more
 menstruum stipendium pro subeūdo expugnationis periculo, certatim
 diffonis clamoribus postulare. ad hæc in sex menses autoramentum ad-
 dici. Ac tum demum ad iussum exequēdum, loca ac uices se sortituros.
 His autem fremitibus cum personuisset undiq̄ clarum concio, Langius
 cum sua cohorte sacramēti religione exolutus, ad Galliarum regem, qui
 per id tempus arma contra Cæsarem parabat, ipse seditionis author tran-
 sijt. Cum quo se coniunxit illa cohors, quam postremum conscriptā in
 supplementum, paulo antè in suburbano per hospitia distributam fuisse
 dixi. Hac defectione militum Rossemus animaduersa, uiribus suis diffi-
 dens, priusquam hostium inopinato impetu opprimeretur, castris reli-
 ctis, reliquias copiarum infecta re in urbem reportauit. Nec fugerūt per
 hæc apertam suggillationem, plebs enim tota urbe collecta, redeuntib.
 ad portam turmatim obuiam processit, gratulataq̄ egregiā de infirmo
 hoste uictoriā, quem se difflaturos insolenter iactitarant, percontabatur
 ubi opima spolia episcopo detracta reliquissent. Ludibria passim exau-
 diri occinentium, Gelrum, apparatus armorumq̄ terrore tantum bella-
 re: haud perinde manus in prælijs uigere, atq̄ linguas haberēt minaces,
 & insolēter temerarias. Episcopus triduo quā hæc acta essent, ne quid
 com meatus Vechta amne ex Hollandorum ciuitatibus Ultraiectū por-
 taretur, arcem Vrelandiam in fluminis ripa propè sitam, sed ruinis ob-
 uetustatem, & bellorum uarias tempestates desertam ac deformem, im-
 positis

1527 in f. p. h. i.
et v. h. i.

positis præsijs firmare aggreditur. Fuit autem id præsidium olim, nulla vi propè expugnabile, ob parum densati circa soli pascua, maxime autem hybernis mēribus, inundatione excurrentis alueos suos fluminis irrigua, Hērici Viandensis episcopi opus ibi aduersus uim ab ea parte Hollandicam positum. Multos inde ab episcopis neglectū annos (ut multa alia, aduersus uicinorum principum incursiones cōdita: præcipuè autem Gildenburgum in ostio Leccæ ab Anoldo Hornensi collocatum) uetustate collabi, ab alijs dirui inde laterum inopia in fundamēta postea cceptum. At postquam ditio sub Hollandorum ius atq; imperium transt, reliquæ uetustarum ruinarum Ultraiectum à fundamentis subrutæ, ad arcem Vredenburgum auectæ fuerunt. Huius ruinas itaq; tūc, ne ab hoste impetu transcenderentur, tumultuario opere episcopus muniuit. Ad illum ab opere, antequam absolueretur, disturbandum, Dobbelsteinus cum cohorte unā & leuioribus machinis profectus, nocte exploratorem emisit speculatum, quantæ profunditatis circumducta fossa esset, quam sudam fuisse persuasus antea fuerat. Cæterum noctis silētio remulato aliter comperta, postquam audiuit stationarios aduentum suum præsensisse, inordinate effulos in fugam suos, metu ne per tenebras carperentur, (id quod episcopijs haud factu difficile fuisset) in urbē reportauit. Per hos dies episcopus ex ostio Leccæ in Batauos rursus transmissio amne mouit, lateq; eorū agros uastauit. Vnde præda omnis generis parta, Dorestatum compulsa fuit. Non desedit Gelrus, hostium transitu accepto in urbe: quāta potuit celeritate trāsgressum subsequitur. Sed postquam Taislicam, ubi traiectus est, peruenere: offendunt pontones in ulteriores ripam, ne iter à tergo intercluderetur, de industria subductos. Spe fluminis traiciendi frustrati, ne spiritus ferocia relanguisse uiderentur, à ccepto itinere in Leccæ ostium ad laceffendos præsiarios in pugnam, diuertunt: sed frustra eorum cōsilium fuit. Nam n̄ qui in præsidio erant relictī, pauci illi quidem, sed delecti, tutius rati, id armis de uallo tueri, quā inuadendum, si ad uelitandum longè numero impares occurrerent, hosti patefacere, & quidem omnibus præsijs nudatum, machinis eum retro submouerunt. Erat autem belli negotiū in hoc statu. Cum Ioannes Dux Cluēsis, uir pacis artibus nulli principū per eam tempestatem inferior, cui libet uerò superiorum facile par, per Palātum præfectū regni hæreditarium è principis utriusq; sentētia efficeret, ut datis in octo dies inducijs, ad agendum de reconciliatione & pace, Huesenæ conuentus ciuitatum ditionis Ultraiectinæ superæ inferæq;, & principum amborum haberetur: ipse cura reconciliandi in gratiam utrosq;, disceptator sumptus, quod posset, controuersiam dirimeret. Cōuentui uerò dies indictus est quintus Cal. Nouem. ac fides publica huc per eos dies ultra citroq; commeātibus data: ne quis periculum causatus, disceptationem de reconciliatione pacis, si ea coiret, discutere potuisset. Venerūt ab Ultraiectinorum episcopo legationes Iacobus Mindenus, & principis à scrinijs proximus Archigrammateus. Transiselanī ad mittendū quo-

in arch. h. i.

que huc legatos (quia id concilium, ipsorum non minus quam ciuitatū aliarum referebat) rogati ab episcopo, ex equestri nobilitate & singulis ciuitatibus oppidisque legationes miserunt. Oppida item inferre ditionis, Amorsfortia, Vuica, & Rheni, quæ in fide adhuc erant, & partim extra belli etiam societatem, in principis sui gratiam e primoribus senatorij ordinis suos legarunt. Adfuerunt & à Gelrorum Duce, Ex ordinibus autem Ultraiectinis D. Æmilius Niuelidius Decanus basilicæ D. Martini, Gerardus Sukerodius Decanus ad Seruatorem, D. Marcus Vuesius, D. Fredericus Regius. Ex equestri autem gradu, Ioannes Renescius, Ioannes Huchtenbrochus, equites aurati. E' senatorio ordine, Adamus Diemenus Consularis, & Gysbertus Clutingus conuenerunt. Hi sub noctem profecti, episcopi insidias, quæ uano rumore ad montem tenere nunciatae fuerant, ueriti, ab equitibus centum Arenacum deducuntur. Postquam uentum est eò, legati in sua quicquid buleuteria (sic enim uocantur loca consilij designata) concessere. Primum legationes ciuitatum atque episcopi in concilium, ubi uiri regni consulti ad cognoscendum causam confederant, introducuntur. Erant autem ex intimo consilio ad id lecti, Archidiaconus Cliuensis, Palantus præfectus, eiusque frater: ac præter hos unus & item alter. Ibi Archidiaconus alius exorsus, acta per episcopum Treuirensis disceptatorem & alia in quodam Hussenno conuentu, de fœderis legibus inter Gelrum & ciuitates episcopumque Ultraiectinum exposuit, ita orationem pertexens, ut æquior Gelris quam par erat, & oblique fœderis uiolati culpam in ciuitates transferre uideretur, ea ratione illas fortasse ad dandas accipiendasque tolerabiles pacis conditiones perpulsurus. Finis autem orationis hic fuit, ut expromerent, si qua uia æqua pax faceretur, omnis belli apparatus discuti, ditiones ab euerfione conseruari possent. Remittendum esse utrisque aliquid de suo iure uoluntate, quod armis extorqueri non posset. Nullas inimicitias tam graues, nullumque tam atrox bellum arfisse, quod non æquis bonæ ac iustæ pacis conditionibus potuisset componi. Quare cum ambo populi in spem pacis essent intenti, darent nunc operam, ne tam ad uerbis disceptandum, quam studio finiendæ controuersia conuenisse uiderentur. Ad ea cum parce respondissent legati, e concilio digressi, post moræ paululum rursum intro mittuntur: adhibenturque & Gelrorum Ultraiectinorumque legationes. Tum legatum episcopi ad hunc modum dixisse accepi. Quod precatus est episcopus Henricus à Deo opt. max. eo die, quo armatus auspiciatò inauguranus urbem ingrediebatur, lætor id exponendi occasionem uobis, pacis conciliatoribus, uiri regni Cliuensis consultissimi, mihi hodie datam: præcipue uerò iniurias querendi, quam inuiti in hoc bellum nullo nostro merito, nullo consilio tracti sumus, & à quibus belli initium sit ortum. Precatus autem fuit, ut quemadmodum ad arduam prouinciam gubernandam Colonia excitus esset, mens principe digna inter ignotam gentem, daretur: ne meliorem amisisse quam creasse dicerentur. Ut in id sedulo anniteretur, ne quem lederet prior, aut ad uim prouocaret: pacem & otium ac tranquil-

ac tranquillitatem inferæ ditionis pro uiribus non solum tueretur, sed, quod posset, ad magnâ gloriâ & opes etiam proueheret, res in Transiselanis amissas, recuperaret: turbatos componeret: denicq; nullū locum socordiae, quoad ecclesie rebus præsideret, aut ignauiae daret. Hoc uotū utinam obrinere potuisset, florentissimæ ditioni difficilis collatio certè fuisset. Sed numen magno luxui & summis opibus obiratum, nō modo non audiit, sed statim in rempub. Ultraiectinam, facem intestini tumultus penè inextinguibilem immisit: ut nullus ferè locus sit in nostro orbe tam obscurus, ubi eius flamma non sit conspecta. Malum inde episcopatū principium, hoc est intestinum malum, peior exitus excepit. Sequutum est bellum funestū, quod nunc habemus. Quod utinā uobis reconciliatoribus componatur. Cuius inchoati culpa quoniā passim in nos ab hominibus Gelri Ultraiectiniciq; nominis confertur, apud eos qui negotij huius ignari sunt, sit ut ab hoste stent, et nos concitati belli nomine male audiamus: ac nobis parum propitij etiam ij sint, qui uolunt ac debent esse æquissimi. Exponam igitur breuiter, à quibus prius ortum sit bellum, & illatum, ut testimonium nos iusta in hostes arma sumpsisse, apud uos, ut pacis recōciliatores extet: neq; priores laceffiuisse, sed illatū, iure gentium auertisse. In fœdere, proximo bello, quod Gelrus cum populo Transiselano gessit, ab episcopo Treuironum, sumpto ad id disceptatore, ita expressum tabulis ea de re confectis fuit, ut Gelrus omnibus oppidis & castellis Transiselanis, quæ tum tenebat, præsidia deduceret. Et in spem in perpetuū firmandæ pacis, deinceps à præsidijs & ciuitatibus, quæ ecclesie Ultraiectinæ essent, abstineret: nullum unquam ius sibi in ea usurparet: præter Groningam. Hæc pacta iureiurando, teste numine, & tabulis scriptis rata esse iussa sunt. Rursum, ne ille arbitrium Treuironum principis utiniquum reiiceret, sed id damni uicissim pensaretur, Ultraiectinus episcopus inuicem Gelro quinquaginta aureorum milia pro redditis possessionibus persolueret. Numerato itaq; argento, deduxit præsidia, restituit omnia è fœderis pactis. Sed quid cū huiusmodi agas, qui neq; ius nouit, neq; fœdera sancta habet: apud quem nec fides ullum dignum famæ laudatæ præcium obtinet: Spes nos, minime infidiarum perfidiæq; suspicaces, ita securos, ac propemodum sublatis pedibus altum stertentes habebat, ut conuersi ad intestinum incendiū extinguendum, coelum citius ruiturum existimaremus, quàm is fidei religionē, etiam barbaris sacrosanctam, uiolaret. At quantū nos fefellit Carole, nostra de te existimatio & securitas. Rebus domi utcūq; iam ex sententia compositis, ex præparato Ultraiectū occupauit, Hassaliā in Transiselanis per prodicionem cepit, bellum nobis intulit: uicos Ultraiectinæ ditionis, imposito stipendio in tres menses exoluendo, tributarios sibi fecit: uillas, horrea cum magni præcij frumentis, ferro & incendio populatus est: agros abducta pecorum hominumq; ingenti multitudine, hostiliter uastauit. Hæc cū ne uerbo quidem tactus prior patrasset, præsul ad bellū uicissim se armare, & effuse omnia uastanti obijcere adactus

fuit, magis ut suos ab hostili incurfione, quàm ut se ab iniuria uindicaret. Ad hæc si quid habet, respondeat, quare res nostras repetimus: deducat ex Ultraiecto quantum armatorum ibi habeat: decedat urbibus & oppidibus: reddat ablata. Quantum damni utrinque datum est, arbitrio principis Cliuensis æqua fiat existimatio. Pacem petimus cum utilem, tum utriusque bonam. Et episcopi quidem legatus in hæc uerba loquutus est. Gelris inde Ultraiectinisque legatis, ubi ille dicendi finem fecit, potestas dicendi, quæ uellent, facta est. His submotis paululum ad colloquendum est concilio, ac mox rursus introductis, Gelrus factus silentio, ita dicere exorsus est. Si perinde id quod principio episcopatus Henrici utiliter per Treuirum expressum fuit, ut ab iniuria utrinque abstineretur, et nos intra ditionis nostræ pomeria uos contineremus, seruatum fuisset, bellum profectio nullum haberemus: pax fida, quæ triennium fuit, nunc quoque inter principes integra, facta tecta que esset. Sed cum in exaggerando perfidie crimine, quod in nos cogeris, sis immodicus, satius esset causas prius, cur huc rerum sit peruentum, excutere, quam nos apertis criminationibus uiolati foederis magno spiritu, et nullo ore temere accersere. De praesidijs equitum peditumque Ultraiecto impositis, de capta Hassalia, adde & populationes uicorum, & conflagrationem unius horrei: constat factum. Sed iure ne, an iniuria, quibusque de causis hæc patrata sint, tum ad quos pertineat res, id in controuersiam uenit. Nec hoc in negotio uelim nobis fratri esse, quod uulgari ioco de nostra fide, tantum non Punica iactetur: cum ne uobis quidem id, quod de ipso episcopo fertur, quicquam profit. Patris arbitrio Treuirensi permisso, ab eo ita expressum fuisse, non nego: & paruit Dux lubens, propterea quod multa de iniurijs uoluntate in gratiam reconciliatoris excelsi uiri remittere decreuisset: simul quod bello fatigatus, utriusque regno otium restitutum mallet, quam ulterius caedibus multoque sanguine ditionis suæ pomeria propagatum iri. Sed ne tam iniustum quidem uisum fuit foedus, ut non facile passus sit illi se alligari. Dissoluta ab episcopo expressa pecunia, deductis illico praesidijs, omnibus oppidis & castellis cessimus: & quidem ob id tanto celerius, quanto hostium, si quid cunctati fuisset, maiori calumnia praegravabamur. At in hisdem pactis positum quoque fuit, quod tu haud scio callide ne, an per imprudentiam suppressisti: certe ut omnem culpam concitati belli, uiolati que foederis speciose in nos transmoueas. Positum autem simul in eodem foedere fuit, (sic enim sperabatur, incrementem in posterum maleuolorum audaciam coerceri potuisse) ut à conuicijs in nos & dicacitate populus Suollanus deinceps temperaret: ut est ad maledicendum & scommata iactanda, quam ad benigniter loquendum pronior. Factis enim dictisque inimicorum iuxta principes læduntur, & ad arma prouocantur. Utque pax perpetua uindicaretur, legibus in conuiciatricem linguam animaduertenteretur: supplicium ad reos, exemplum ad uniuersos perueniret. Quod quidem utrum exequuti estis tum, an à nobis nuper prius rupta sint pacta, querimoniam Ducis ad episcopum & Suollanos delatae, indicio extant. Suol-

rant. Suollani, ueteri statim à percusso foedere, odio nondum exuto, fe- 1827
 roces spiritus continere non potuerunt. Plebei quidam, quos Suolle uix
 natos norant, nullum petulantiae genus in principem nostrum praeter-
 miserunt: & quidem impune. Querimonias per legatos ad senatum de-
 latas pro ludibrio accepistis, tantum abest ut ad poenas e foedere eos de-
 poposceritis. Suollanos nunc appello, nam horum & peccatum & cau-
 sa ad uniuersos attinet. Additum item fuit reconciliationis pacto, ut exu-
 les, qui ob Gelri nominis sectam in fugam acti fuissent, ex templo in inte-
 grum restituerentur: decretum fieret, ut aedes, fundi, bonaque omnia ipsis
 adempta, redderentur. Qua fronte uos audetis, datae occasionis ad bellum
 suspicione a uobis auersa, nos perpetratae pacis uiolatores, ad execrabile
 odium usque appellare, & damnum pensari poscere, res ablatas repetere, cum
 ista nec refellere nec refutare possitis? Super haec Ioannem quendam Go-
 ierum, conuentus habiti die uixdum exacto, hominem Gelro nomini a-
 micum, arreptum in carcerem duxistis. Interea dum ibi pedore squalens
 per multum temporis computrescit, longa consultatio uos de eo percu-
 tiendo tenuit: illius capite scilicet foederis auspicia, quasi porco maciando
 consecratos. Miror uos in eam inuerecundiam adduci, cum haec ita
 sint, ut adhuc commetum istud nobis uos probaturos speretis: Quare
 cum constet a uobis materiam belli exortam, nihil profecto est quod di-
 catur amplius. Quod uero de occupato Ultraiecto obijcitis, sic accipite:
 Censeo cum his agendum, (Ultraiectinorum legatos monstrans) quam
 obrem ordines episcopum excluderunt, & ad tutandam contra uim ur-
 bem equitum & peditum auxilia suis impensis conduxerunt. Eam per nos
 recuperare ab ordinibus licet, si queatis. Nec plus hoc belli negotium ad
 nos pertinet, quam Gallicum bellum ad Ducem Cliensem, cum ad sti-
 pendium faciendum ex eius ditione illo manibus prompti equites ac-
 cerantur. Nec debet id tam aegre ferre episcopus, quod Dux patiatur,
 suos, cum nullum ipse foris habeat bellum, ne armorum desuetudine &
 ocio elanguescant, alibi stipendium facere: cum si ipse prior eorum operam
 ad bellum promptam proposito stipendio implorasset, haud grauate
 permittitur fuisset. Id quidem sic esse, uel illud coarguat, quod ipse, posi-
 ta, quod ad se, armorum cura, in urbe nondum fuerit: licet uos pro hosti-
 bus eum habeatis, totamque eius penes ditionem ad paciscendum, ne hosti-
 lia patiantur, compellit. Quod uero ad Hassaliam, nihil est quod aga-
 tur, si unum illud dicam, talionem esse iustam. quemadmodum uos he-
 mines intemperantia linguae maledicae in Ducem inuectos non arripui-
 stis, ut in foedere pactum fuit: adhuc nostros amicos contra fidem prio-
 res legistis: uicos Batauae post graui stipendio imperato uobis tributari-
 os fecistis: sic captum talionis iure oppidum, quasi pignori oppositum ita
 tenere stat sententia, ut bello nisi coacti, nos non interponamus. Petimus
 nos quoque concordiam, & utriusque ditioni pacem optamus: sed damnum
 datum, & contumeliam acceptam, per arbitros pacis, ut medios decet a-
 micos, digna aestimatione pensari postulamus. Quod ni fiat, nullae pacis
 o 4 conditio.

conditiones erunt. Hęc Gelrus. Quoniam utriusq; oratio uehementior
 erat ob mutuū conspectum, quàm ut pax expectaretur, uisum fuit se-
 natui Cliuensi, colloquium in posterum diem ita rejcere, ut una queque
 legatio separatim ab aduersarijs arbitris audiretur. Itum itaq; est in eam
 sententiam ab omnibus. Postridie Ultraiectinorum ordinum legatis co-
 ram Cliuensibus seorsim datum est concilium. Horum autem prima, a-
 deoq; ferè tota oratio fuit, beneficia & merita in episcopum per trienniu
 commemorantium: plus effusæ beneuolentiæ, plus studij in eum unum
 se cumulatè collocasse, quàm maiores suos, in uniuersos, si in unum locū
 coacti essent. Egenum in episcopatum penè ascitum, ac propemodū pre-
 cio emptum. Cum reliqui competitores haud sine ambitu, rescissa ditio-
 nis pomoeria se sarturos suo ære, nullo Ultraiectinorum impendio pro-
 misissent: illis repudiatis, Bauarum creasse: ac statim ipso penè inaugura-
 tionis die quinquaginta aureorum milia, communiter ditione pendē-
 da, quibus amissa oppida & arces à Gelro redimeret, decreuisse. Ortam
 inde propter hanc pecuniam, antequam cōficeretur, atrocissimam ciui-
 lem seditionem: quam tertio uix anno, cum totius nominis Ultraiectini
 ad interuentionem usq; periculo, restinxissent. Media urbe se cum amicis
 eorum, quos ipse iam dudum cum assensione populi exules esse in per-
 petuum iusserat, conflixisse, & quidem sceleriter: neq; sine sanguine eam-
 de ciue uictoriam stetisse. Paulo post eum ad ordines retulisse de præsi-
 dio in urbe erigendo: aut, si id obtinere non posset, de porta in præsidij
 formam fossa & aggere cingenda: prætexuisse nescio quem metū ab ci-
 ue. Compertum mox, eum cum Burgundica aula, absq; Ultraiectinorū
 ordinum autoritate, societatem pactum. Nuper autem ad urbem, cum
 multiplicibus equitū peditūq; copijs accessisse, ut exules hostes urbis, se
 natus autoritate & populi iudicio, suoq; adeò ipsius edicto iudicatos, in
 ciuitatem reportaret: scq; qui ad id temporis usq; cum ipso principe rem-
 pub. gessissent, uicissim ad cædem destinatos. Quare se clausisse illi por-
 tas. Misisse extemplò circa eum legationes alias super alias, ut ijs quibus
 uenisset copijs externis, à se amissis, à quibus metuebatur, ne quid ui age-
 retur, cum equite familiari urbem ingrederetur. At æqui nihil exoratu.
 Exorsum inde, cōscriptis maioribus copijs, eum esse bellum: atq; undi-
 que intercluso comœtu in urbem, infestas copias ad moenia admouisse.
 Nihil ad postremum hostile cum prætermitteret, perpulsos ordines
 fuisse, equestres pedestresq; copias contra incertā uim suis impēsis (quia
 nihil satis tuti usquam erat) raptim contrahere. Acciuisse autem equites,
 qui sanguine ac propinquitate pleramq; nobilitatem Ultraiectinam at-
 tingerent: quos ut sibi fidissimos fore considerēt, ita eos dimittere, sibi
 cum uideretur, liberum fore. Nullo foedere diu se Gelro alligatos: abnu-
 isse, ne secum aduersus episcopum arma caperet. Et ne hæc, tãquam ina-
 nis sonitus uerborum, uana coarguerentur, non recusare quæcunq; im-
 perari possent, si ea hostis refutaret: imò uoluntate ab armis se discessu-
 ros. Apparebat cum gratia coram concilio, quod nihil absurdi habuisset oratio,

set oratio, eos pro se respondisse: & eo magis, quod ob Gelri amicitiam, æ-
 quiorib. aurib. ijs fauebāt. Intromissis sub ea episcopi legatis, ubi Ultra-
 iectinorū orationē totidē uerbis exposuissent, iussi sunt ad ea, si qua ha-
 berēt, inuicē dicere. Tū ad ea legatorū alter. Non ignorabā, inquit, Ul-
 traiectionorū uerba speciosa magis fore cōp̄ uera: ut quorum oratio præpa-
 rata sit semper, translata culpa ad purgationē. Neq; id nouū mihi uide-
 tur, cum mos is genti huic sit, orationib. in speciē uerisimilib. & blandis
 magis, cōp̄ ad probandū aduersarijs præsentibus, in cōcionib. apud rerū
 ignaros apparere. Sed multo uehementius mirabar, quid sibi uellet eo-
 rū tam numerosa legatio: quæ quidē nihil aliud præ se ferre uidebatur, cōp̄
 quod numero et multitudine superiores nos obruerēt. cum ea planē ad
 hunc conuentū ociosa sit. Ex quo enim de urbe bellare cōceptū est, nō cū
 pop. Ultraiectiono, quāuis ab eo bellī principiū cōcepit, sed cum Gelrorū
 Duce nobis certamē fuit. Sic arbitrari ergo uos uelim, de Ultraiectionorū
 reb. me in mādatis nihil habere: ut cum quib. separatim pōst agendū sit:
 sed huc aduenisse, ut cum Gelro, si fieri possit, pacē faciā. Quare in præ-
 senti nihil est quod his respondeam. His semotis, Ultraiectionorum ite-
 rum in concilium legationes conuocatae, ubi sensere, se hoc consilio ab
 episcopo reiici, ut facta cum Gelro pace, ipsius tyrannidi, omni auxilio
 destituti, ad uictoriam exponerentur, uel paucis uerbis in scriptum con-
 iectis ea edi, quæ aduersus se episcopus potuisset obtendere, petiuerunt:
 ut causam suam & ius, innocentiamq; reconciliatoribus probarent. Epi-
 scopilegatus paululo ad deliberandum cōsultandumq; spacio sumpto,
 in concilium reuersus, negauit ius agendi cum Ultraiectionis sibi permis-
 sum: quare ab hoc conuentu eos alienissimos duxisse. Sed quia Cluēsis
 principis dignitas causam illati belli cognoscere uehementer aueret, si-
 mul & iniurias, in episcopum, Ultraiectionorū: ne superbiam id quod iussi
 facerent, priuatae tribueretur, aut causam parum æquā tueri apparerent,
 ordine se, gratificandi magis, quā illos criminādi causa, rerum seriem
 explicaturos. Pertexuit inde telam historiæ ciuilib. tumultus ad bellī ex-
 terni cum episcopo initium, eius narrationem ita temperans, ut culpa &
 fraus omnis prius facti belli penes pop. Ultraiectionum esse palām uide-
 retur. Facto inde perorādi sine, legatus Ultraiectionus uicissim atrociter
 recriminari episcopū. Sed cum infirma prorsus eius refutatio esset, pro-
 tulit in medium exemplum diplomatis, quod ē ueterum episcoporū mo-
 re, inaugurationis die, iuramento sanctum se habiturum affirmarat: uix
 sibi à conuicij interdum, ut nimis uehementis expostulatoris ingenium
 non contineret, temperans. Primum omniū eum superiori anno castel-
 lum Meidense Brederodio ademisse, & quidem sine ullo publico ordi-
 num decreto, contra instituta maiorum, & diplomatis fidem. Quam te-
 meritatem penē atrox bellum sequutum fuisset, nisi stultum inceptum
 opinione scelicus cecidisset. Iam cum se ecclesiasticæ libertatis, & religio-
 nis immunitatis uindicem iureiurando, teste numine, fore recepisset, nō
 obscure periurum & perfidum conuictum esse. Quoniā ipse fidē prior
 suam uiou.

suam uiolasset, se nulla uicissim religione ad ulla officia exequenda teneri: sed & uano ipsius ingenio impelli posse, ad amplissimū Episcopi munus iure ei abrogandum. Compulisse insuper omne religiosum nomen, remissis plebi oneribus tributarijs, ad uestigal de cocto potu pendendum: id quod nullo æuo fando auditum esset. Adhæc legem de exulib. promulgatam, & in tabulas relatam, inuitis reclamantibusq; ordinibus obliterasse. Hæc aliq; id genus magno spiritu criminando, huc deniq; rem deduxit, has ob causas se coactos sibi consulere: nec in animo esse eum mœnibus recipere, qui restitutis inimicis, bonorum omnium fortunis & capitibus insidiaretur: sed ne fidem quidē ullam pacisci, nisi ex autoritate Cliuensium. Atq; ista quidem Ultraiectinus præsentib. Gelrorum legatis: hi enim consilia conferebant. Postulatum ab hisdem est, ut episcopi legatus, ne promissis extraherentur, criminationū capita in indicem coniecta Cliuensibus traderet. Nihil ille grauatè id extemplo fecit, hac lege illorum fidem pactus, ne Ultraiectinis ea inspiciendi copia fieret, neu (quia cum illis agendi potestas permessa non erat) exemplum petentibus daretur. Responsum ad ea ab Ultraiectino est. Quoniam secum agendi ius permillum illi non esset, uicissim se religione solui. Sin ille scripto publicè criminationem ad conciliū referret, se quoq; facturos, ne ad pacem episcopo defuisse in posterum dicerentur. Proposito inde separatim episcopi legato, Ultraiectinorū responso, paululum obtinuit: ac mox, Nihil, inquit, est, quod eadem toties ad tædium usq; repetatur: quando potestas, cum ordinibus neq; de bello neq; de pace agendi, nulla mihi permilla sit: quorum causam à Gelri negotio ita alienam episcopus habet, ut eam sui arbitrij integram relinqui uelit. Illud interim ordinibus publicè, ne uos ignoretis id quod ipsi dissimulant, respondeo, ab ipsis prius incendium ortum: quo exemplo adductus episcopus, ferro et incendio uicissim populabundus in eorum agros irruit. Dimisso hoc è concilio, introducuntur Gelrorum & Ultraiectinorū legati. Inter quos Gelrus, ad atrocem de incendio illato querelam, Si id quod priuata temeritate et licentia peccatum est, ille publico consilio patratum esse interpretetur, nihil est profectò quod dicatur amplius, (inquit:) sin militari licentia multa sæpe peccari, quæ à publico consilio absint, fateatur, erit in quem autorē uobis æquis arbitris, à nobis culpa trāsferamus. Lixa fuit, qui Driebergam episcopi uillam populatum, cohortem ex urbe absente atq; ignorante Tribuno proficiscentem cum esset sequutus: iamq; nulla præda graues urbem alij repeterent, solus in uico relictus, granaria iniecto igne exussit. Quam ob causam militaris ira statim arreptum, atq; in equum manibus constrictis coniectum, in uincula abduxit. Triduo autem post ad supplicium incendiarius educitur, utili exemplo, ne quis iniussu centurionum temerè deinceps ad urēdas hostium segetes tecta ueraperetur: sed ut è disciplina militari, imperio parère assuescerent. Stabat iam arenæ obnupto capite admotus, ut feriendus erat, cum per militarē commiserationē, clamore mixto tumultu exorto, hortantiū ad fugam, subtrahen-

subtrahentiūq̄ reum, cum iudicū fuga, in asylum ille dilaberetur. Cum igitur id publico consilio non factum esse constet, sed priuato audacia perditulixæ scelero, quæso num à nobis rectè primum incendium exuscitatum dici potest? Nō opinor. Alio qui in principum capita resiliens, quicquid priuatim usq̄ à naccis iniussis committeretur. Desinat proinde id obijcere, quod nec nostro iussu, nec à nobis factum sit. Cum circa hæc omnis disceptatio legatorum, quos dixi, uerteretur, aliquot diebus altercando magis quàm consultando ad hunc modum absumptis, inferæ ditionis ciuitatum legati domos reuertuntur, paucis relictis, quibus pro magno negotio erat bellum, quod fieri posset, componere: nec inde discedere, priusquàm in formam certam reconciliationis leges expressæ essent. Sed in tanta legatorum ciuitatum Transiselanarum, & equestris nobilitatis turba, difficile erat pacem reconciliare, alijs aliud postulanti- bus: quare placuit, paucos utrinq̄ ad colloquium deligēdos, quibus ita belli pacisq̄ arbitrium permetteretur, ut ex autoritate Cliuensium consilia ad suos referrent. Huc lecti sunt è legatis Transiselanarum ciuitatū, Petrus Manuickius, eiusq̄ collega, Coss. Dauentrienses. Ex equestribus Ioannes Bockhorstius, & præfectus Volenhoæ. Cum his cōiuncti sunt legati episcopi. Erant autem isti in hoc toti, ut ita moderarentur concordie conditiones, ne ut parum equæ ab alterutro principum reijci possent, aut etiam offenderēt: ita tamen, ut ipsis omnia adhuc integra foret, & ad unam communem utriusq̄ regni utilitatem, & cumulum florētissimarum opum cederent. Pacis autem leges exprimi cœptæ in hanc sententiam sunt. Omnium primum Ultraiectinus permetteret statim col- legam sibi renunciari, quem Gelrus ei diceret: is esset aut Lunenburgensis Ducis filius, annum agens uicesimum secundum plus minus: aut Carolus, ipsius Gelrorū Ducis è concubina filius, qui per id tempus apud Treuirensis episcopum agebat, natus annos uiginti, aut plus paulò. His relatis ad alios legatos, interrogatum inuicem est, ecquod cōsiliū aut sententia huius rei esset, ecquæ ratio aut forma administrationis penes collegam foret: Nam episcopum Ultraiectinum collegam Vuormaciensi episcopo datum quidem, at penes eundem esse summæ rerum gubernaculum. Contrà Leodiensem & ipsum ascuuisse collegam, uerūm sibi omnem prouinciæ administrationem seruasse, ne cum re nomen episcopi simul amitteret: & sub specie quietis, dominum sibi præfecisse diceretur. Huiusmodi constituendæ amicitie ratio cum ciuitatum legationibus prorsus displiceret, quod communi hosti hoc pacto adiungerentur, amplius consultare de pace superfederunt: discussumq̄ id consiliū fuit. Inter has conditiones pacis item continebatur, si utrinq̄ placuissent, quod statim, ubi collega dictus esset, Gelrus quicquid castellorū, quantum oppidorum, possessionis iuris Ultraiectini olim episcopatu ademptum occuparet, id uniuersum deductis inde præsidijs ita restitueret mācupio, ut nullo seculo ecclesiæ res & fines magis integri facti ue fuissent: caueretq̄ in futurum, ne à successoribus in regnū Ducibus, eius pomceria inua-

ria inuaderetur. Promissum meherde specie amplum, sed ad inescandū ad leges seruitutis, re compositum. Additum enim sub hęc erat, In conditionibus fore, ne collega administrationis clauum antè capesseret, quę priscā episcoporum consuetudine religioni, equestribus, & ciuitatibus iuramēto obnoxius, legitimis auspicijs inauguratus esset: ipsiq; adeo ordines utriusq; ditionis, inuicem illi se iureiurando obnoxios dedissent. Adiecta inde fuerat turpis seruitutis lex: ne in futurū comitijs episcopij, præsul, nisi Gelri, & eius hæredum in perpetuum, nutu iussuq; designaretur. Harum conditionum prætextu, nō inuasorem regni, aut oppressorem metuerent, sed tuendi iuris & latarum possessionum D. Martini, ac stabiliendæ ueteris libertatis causa, episcoporum tutorem & uindicē, ab Hollandorum superbia futurum. Quòd ad Suollanos uerò, & uectigalis portorijq; ius Suollanorum attineret, nihil fore, quod amplius disceptaretur, aut laborarent ipsi: id uniuersum se remissurum. Iam ut Dauentrienses aliqua beneficij specie sibi conciliaret, in pactis hoc quoq; tenebatur. Quoniam autem Gelrus Iselam suprā infraq; duobus præsidijs Lucifero & Vultenao in ripa positis, ne naues cum cōmeatibus ad ciuitatē conueherentur, obsederat: ut ueteri odio posito, rem arbitrij Ducis Cliuensis faceret: idq; adeo lubens exequeretur, quod is è re, ad indissolubilem gratiam inter ipsos conciliandam, esse censeret. quare id illius arbitrio se permissurū. Hęc quamuis ita in concilio ab episcopi & Transiselanis legationibus reiecta fuerūt, ut id ratum esse iubere, ipsis permissum non esset: nisi illi prius hoc integrum ad episcopum, hi ad frequens ordinum Transiselanorum concilium retulissent: cōuenit, ut post octo inde dies circa Dauentriam rursus conueniretur, ibiq; quæ uiderentur ad communem utriusq; ditionis utilitatem uerti, durātib; inducijs, disceptarent. Scriberet interea episcopus Ultraiectinus per literas Palato, ecquid animi, quæ sententia sederet, ubi satis deliberasset. Se itidem extemplo facturum Gelrus promisit. Datę hanc ob causam in octo adhuc dies induciæ. Intra quod tempus, liberum utrisq; populis commeādi, quò uideretur, ius, sine fraude esset: similiter & legatis utriusq; nominis, interea eodem ultro citroq; faciēdi iter fides integra foret. Hęc tertio nonas Nouem. Accepta episcopus ea, quæ in concilio Hulseno, acta propositaq; ab Gelro essent, perinde interpretatus est, ac si defectis uirib; et Duci et Ultraiectinis uictum se dedere compelleretur, nec ulla auxilia, copijs in arcto conclusis, aduersus utrosq; præstolanda sibi forent: omnem cogitationem in belli curas statim conuertit. Passus tamen est, Gelros Transiselanosq; ad diem indictum concilio uel ob id conuenire, si mutata sententia priori, ac collegæ nomine discusso, in diuersam hostis abduci potuisset. Misit extemplo Dauentriam D. Abstemium VIII. Idus eiusdem mensis, ut præsens ijs quoq; quæ in eo colloquio dicerentur, interesset: simul, si pax non conuenisset, rerum Transiselanarum curam præsens ageret. Iter fecit per Amorfortiam. Vesper erat: & iam ciuitatem eo, quem dixi, die ingressus, statim ad se Cos. conuocauit. Percontatusq; est, ec-

quid

quid uideretur de collega asciscēdo, deq̄ seruitutis sub Gelro legibus, à 1527 in numero
 quo deinceps in comitijs episcopus dictaretur. Alia item præterea, quæ
 in conuentu disceptata erant, num ère cōmuni ea ducerentur. Si in confi-
 lium adhibiti, sententiam super his interrogarentur, quid ad insuetum et
 insolens ditioni hoc uerbum, respōderent. Firmiores (inquit Cos.) qui-
 dem, aduersus fatalem penè hostem, uires haberemus, hoc adiūcto: cui
 et ipsi quoq̄ sempiternum contra Burgūdiones odium innatum est. sed
 cum imperiorum mutationes, propter inusitatas leges & cōsuetudines,
 quæ simul solent irrepere, fermè ad graues motus intestinos sint occasi-
 ones: & ipse Gelrus parum tenax fidei audiat: uix uideo, utrò inclinārē.
 Dicam tamen (sed absit dicto inuidia) quod non præmeditato mihi in-
 mentē uenit. Ferunt Eumenē regem, de Antiocho, cum is multa inania
 & fumosa, atq̄ in speciem amplissimi satrapis in concilio promississet, fa-
 bulam huiusmodi retulisse. Accidisse aliquando, quòd leo puellam quā-
 dam forma insignem adamaret. Vbi hic cum patre uirginis multa de e-
 ius nuptijs differuisset, respondisse patrem: se quidem ad dādum esse pa-
 ratum, sed ungues eius formidare se, et dentes: ne quando abducta in u-
 xorem filia, per occasionem ac causam quesitam, ad ferinum ingeniū re-
 uersus, eam beluina ferocia inuaderet. Hoc audito, leonem ungues posu-
 isse, & dentes. Quare patrem, simul atq̄ uidisset eum ijs exarmatum, qui-
 bus esset formidabilis, correpto fuste leonem extemplò interfecisse. Si-
 mile quiddam Dux molitur. splendidis enim promissis nos tātis per po-
 sita ferocia inuitat, dum imperio potitus, subactos pro libidine mulctet.
 Quāobrem haud temerè illi credendum esse censeo. Mane Abstemi-
 us inde profectus, Transiselanos petiuit: atq̄ ibi moratus est ad id tēpo-
 ris usq̄, donec superæ inferæq̄ ditionis uniuersum ius sub Burgundio-
 num opes imperiumq̄ transijt. Frustra interea Cluensis responsum ab
 episcopo expectabat. Conuenerunt legationes Transiselanarum ciuita-
 tum et Ducis dicto die in colloquium, ad Speculā Dauentriensem. (ab-
 est is à ciuitate Dauentria locus quingentos passus) Erant in Gelri legati
 onibus Harmannus Cnopperus, Doctor Vuinaldus, Doctor Langi-
 us, iudiciorum Arenaci præses, ac Ducis à libellis supremus. Gelri inter
 eos legatus prior multa grauiter ac uerè de fœderis utilitate communi,
 quàm ingens, & planè necessarium utrisq̄ populis societatis uinculum
 illud esset, orsus dicere: utq̄ errore magis, quàm insito odio aut malicia
 huc usq̄ bellum exarsisset, eò ad postremum peruenit, odijs tandem ali-
 quando desistendum, & utrunq̄ principem cum altero in æternum sta-
 bilito fœdere iungendum esse. Vt autem id ceu pignore aliquo interpo-
 sito, firmiter coiret, allegendum collegam, Ducem hereditarium ecclesie
 decernendum tutorem: exequenda ad ultimum ea omnia, quæ octauo
 inde die ad Hussenam dicta essent. Ad ea Transiselani Pacem ut utilem
 se quidem expetere: & in id sæpe antea cōnixos, ut eam in uaria belli for-
 tuna obtinerent, nec ad eam perueniri potuisse. Semper ob dictum fa-
 ctum ue aliquod insolens, ab altero rursus bellum laceffitum fuisse. At

de collega asciscendo, deq̄ decernenda in sempiternum Gelrorum principibus tutela ditionis Ultraiectinæ: pro quibus omnibus in speciē amplissima uicissim ille polliceretur: conditiones illas pacis, nisi aliæ excogitarentur, ciuitatibus, quæ adhuc in fide essent, non placere. Prætextu enim tuendæ ditionem, et confirmandi uires, seruitutis leges impositū iri. Tum autem, quod ea regni forma noua, & insueta, in futurū: quū principum ferociā pertæsi, uincula eorū soluere cuperēt ciuitates & ordines, (ut assolent ferme in suos potestate parta paulatim abuti) calamitosum exitum promitteret. Quare aliam rationem quærendam, qua pax fieret: utq̄ semel hic de summa rerum cōsultaretur. Ibi Gelrus ferociam, quam hætenus prudenter dissimularat, (quæ certam pacis fiduciam animo cepisse uidebatur) spe falsus, uerbis æquauit. Si nuper, inquit, in colloquio hoc responsi dedissetis, nihil fuisset opus iterum huc ad conueniendum legationibus diem indicere: ut tempus disceptationibus, sine momento ullo absumeretur. Sed quia id factum non est, & cum pax oblata repudietur, nihil est quod de ea ad cōcilium referatur amplius. Illud autem etiam atq̄ etiam moneo, ne concilij, dum nimium cauti in præsentibus, & prouidi uideri uultis, in futurum poeniteat: cum uel alterius ultro societatem nostræ præpositum iueritis: uel bello deuictis, & pacem petentibus, quam nunc abnuitis, ea non nisi cum grauioribus oneribus, dabitur. Nam pax alijs legibus coire non potest: quæ uobis uel ob id tanto magis optanda est, quāto minus spei in episcopo superest, qui uix ad unum id castellum tuendum, in quo cōclusus sedet, sumptibus sufficiat. Reputate quam urbem, quæ oppida, quot præsidia uobis bello adempta teneamus: in quantas angustias res uestras compulimus: ut omnibus itineribus, Ducis præsidij, obsessis, extra unum, & id quidem difficile & angustum, commeatus uobis omnes exclusi sint. Et sicut ad bellum trahendum nimis exhausti estis, ita intra mensem uobiscum debellatū erit. uestros etenim pollices Dux, uos quolibet circumacturus, morsicus tenet, ita ut manu propè confertos, quamuis iam etiam restitantes habeat. Inter legationes Transiselanus erat, Consul Dauentriensis: M. Gerardus Suauius, Legatorum facile princeps, homo præter insignem prudentiā, singulari faciunda clarus. Is insolenti respōso Gelri motus, paucis ad eam Agite, inquit, quoniam ita res nostras fractas dicitis, ut nobis hæc pax, quam offertis, necessaria sit: tum & inopia commeatuū atq̄ ærarij adeo exhaustos, ut nos dedititios uestros facere cogamur: adde uel nolentes etiam sine cunctatione: (quod quidem Deus non approbabit) quid igitur superest, nisi ut leges imponi nobis sinamus? Non sunt adeo accise uires nostræ, nec ita circumfessæ, quin Ducis copijs obstabimus: & tantū commeatum, quantum opus sit, uel ipso inuito, aliunde quoties libitū erit, importabitur. Nec adeo contemnenda est Transiselana ditio, ut nemo sit, qui imploratus auxilium ferre nolit. Pacem ut utilem, ita & utriusque iuxta necessariam, sed tolerabilem petimus. Neq̄ uero quamlibet reijcimus (ne singe) sed eam ut inutilem nostræ ditioni & nimis grauem libero po-

libero populo, & iugo ferendo in sueto: tum autem ut impendiō super-
 bam: quasi ita teneamur conclusi, castris uestris in portis positis, ut neq̄
 auxilium speretur, fameq̄ contabescēdum sit: aut deditionem faciendā.
 Testaris id nō obscure: sed quā prudenter, haud scio: certē parum cir-
 cum spectē. Dicam paucis (quando per uos ad cōcordiam & pacem uia
 praeclusa est) id quod non tam uerbo in praesenti inane uobis uidebitur
 fortasse, quā euentu ac exitu rei uerum experiemini. Satius est, quic-
 quid fors belli ferat, pati, quā hic quasi belli deuictos dedere. Pollicē,
 inquis, nostrū ore morsicus uos tenere? Superbum me hercle dictum,
 & insolens. At faxo tamē, ut nobis utilius sit pollices praemorsos, utcū-
 que cadat, amittere, quā integrum corpus aut manum cum re simul
 in exitium praecipitari. Pacem superbi ac feroces tolerabilem recusastis,
 cum ad eam animos inclinatos omnes haberemus: & ne nesciat Dux no-
 bis uires non defuturas, bellum rursus restaurate. Sciatq̄ id nos amico-
 rum opibus fretos, iisdem spiritibus gesturos, quibus uobis renuncia-
 uimus: ut cūq̄ uertat Deus. Discessum ita utrinq̄ irritatis animis, ē col-
 loquio domum est. Ferunt postea Ducem, ubi paulo post opes uniuersas
 ecclesiae Ultraiectinae praeter spem ad Burgundiones attractas uidis-
 set, dixisse: Ferox responsum, de pollicib. morsicus compressis, ditionē
 utranq̄ ē faucibus sibi eripuisse: qua certō potiturus fuerat, si pacis leges
 paulum mitigari passus esset. Sed imprudentia legati, cui per incogitantiam
 ea uox exciderat, ē ditione decidisse. Itaq̄ utrinq̄ summa uel bellum
 reparari ceptum. Etiam exierāt induciae. Defecit circa hos dies ad Gel-
 rum peditum una cohors, quod aeris inopia infideliter stipendium ab
 episcopo persolueretur. Reliqua signa, quia hyemis tempus maturum
 erat, paucis in ostio Rheni praesidio relictis, cum impedimentis Vuicam
 in hyberna duxit. Gelrus uicos statim circa Dorestatum tributarios fa-
 cere iterum est aggressus, ac infesta populatione ad portas Vuicanas us-
 que abducta nobili praeda uastauit. Mox per aduersam portā in pascua,
 quae humilia uulgo nuncupantur, euecti, quia imperatum stipendiū sol-
 uere nolebant, quantū pecorū obuiū fuit, praese egerunt. Dauētrien-
 ses eodem tēpore, transmissa Isela, in Sutphaniensem agrū populabundi ir-
 ruerūt. Qui dum cunctantius praedam colligunt, datis in pagis tota Ve-
 lauia ad arma signis, penē hostiū multitudine, quib. ne utiquam pares e-
 rant, intercepti fuere. Praeda amissa, cedēdo procurfandoq̄, hostib. ter-
 go haerentibus, uix inordinati ad ripā integri euasere. Huc postquā per-
 uentū fuit, dum priores in pōtones se praecipitant, posterioribus, ne car-
 perētur, cū hoste à tergo infestē laceffente, uelitanđū fuit. Quo repulso,
 dum pōtones cursu repetunt, partim globis fundūtur, partim saltu pon-
 tonū, ubi moueri ceperant, rudētes manib. nacti, ē ripa uicina ita haeren-
 tes confodiuntur. Pugnatū simul inter nauigandū eminus tormentis a-
 cerrimē fuit. Stabat plebs in aduersa ripa certamen spectans ingenti ani-
 morum egritudine, quod suis laborantibus, quos sic commistos, pro-
 cliuius quā hostes erat procul ferire, succurrere non ualerent. Paucis i-

taq̄ amiffis, reliquos faluos & incolumes receperunt. Cum autem id anni tempus rebus gerendis fit immaturū, hoc bello nunquā ab inferendis hoſtilibus, nunquā ab excuſſionibus ceſſatum fuit. Circa hos ipſos dies duæ cohortes Doreſtato profectæ, Rheno traiecto trāſuerſam Batauorum inſulam populantur ad amnem Lingam uſq̄: quem tranſgreſſæ, Tielreuerdam, hoc eſt, Tylæ inſulam totam, effuſa populatione peruafarunt. Vicus eſt cum præſidio in inferæ eius inſulæ parte, iuxta Aſpernates, Gelcomium. Hinc præſidiarij tumultuoſe effuſi, abeuntiu terga, prædæ etiam aliquanta parte intercepta, carſere. Addiderunt inſuper in cæſos barbaricæ inhumanitatis horrendum exemplum. Cæſorum enim corpora membratim diſſecta (quale ſupplicij genus legibus in proditores conſtitutum eſt) è ruinis fenestrisq̄ turrium, qua hoſtes reuerſuri erant, ſuſpenderunt. Hac ſuorum clade & ignominia, cohortes in rabiem efferatæ, pro concione iurarunt, ſuorum cædem, hoſtium ſanguine ita expiaturus, ut ui capto præſidio armatoſ ſimulet inermes ferro contrucidarent: nec uictis apud uictores uenia ulla foret. Cinctum inde præſidium undiq̄ illatis ſcalis, obrutaq̄ cratibus foſſa, cum terribili clamore inuadunt. Præſidiarij primum eorum aſſultum ſatis fortiter ſuſtulerunt, ſcalas unà cum ſcanſoribus ui ac uirtute deturbantes. Ceciderunt primo impetu fortiffimi quiq̄ circa principia, dum uirtutē animis in ſuorum conſpectu æquare certatim conantur. Clades quo erat fecditor ob oculos, tanto ipſi ira & pertinacia ad perſeuerandum in oppugnatione accendebantur magis. Et qui in præſidio erāt, haud ſegniter ſe ſtationesq̄ ſuas tutabantur. Hoſtes occupata ea parte, qua præſidium facile aditu erat, diſpoſitisq̄ in orbem bōbardarijs, qui à ruinis, ne qua uis inde oriri poſſet, alios arcerent, ingenti impetu illud iterum adoriuntur. Erat autē in eo tum præſidio prætor Arenacus Otho Scarpeſellius. Hic dum incautus è ſublimes fenestra ſe prodit, ſphæræ coniectu procubuit. Cuius caſu cum militū animi & egregia uirtus ſimul elanguerent, hoſtibus, quos ea res non fallebat, creuit rabies, et trux ira: captumq̄ præſidium ad poſtremum multo ſanguine eſt. Tum hi qui in præſidio erant, quamuis omnem ſpem ueniæ ab initio abiecerant, ſupplices orare abiectis armis, ne talionis memores, uim ultimam inclementer inferrent. At illi crudelitate in commilitones, & clade recenti ſuorum adhuc palpitan tium efferati, eos ex arce ſuper cæſorum cadauera protractos trucidant. Ad diſreptionem inde uerſi, præſidio flamma iniecta corrupto, præda opulenta onuſti, Doreſtatum redierunt. Caſtellum Renoium in Lingæ ripa diuerſa haud procul à Gelcomio aberat: hoc cum præterirent, nulla ui lacelfiti, ſed recenti uictoria ferociores, primo impetu raptim capiunt, corrumpuntq̄. Rumor inde acceptæ cladis Ultraiectum allatus, nuncio è Batauia præmiſſo duas cohortes cum duabus equitum turmis exciuit. Hi citato agmine ad aggerem Leccæ profecti, ut à tranſitu amnis hoſtem prohiberent, traiectum occuparunt: ſperantes à tergo ruſticorum tumultuaria ui, in ea inſula, contracta, mediū agmen ſe concluduros. Hoſtes intel

stes intellecto per exploratores Ultraiectinorum ac Gelri cōsilio, raptim
 fossa aggeribusq̄ ductis, in ipsa penè ripa castra muniūt. Quibus & sua
 castra Ultraiectinus trans flumen opposuit. Interim absentib. præsi-
 dijs coeptum est in urbe trepidari. Recentem enim terrorē fecerat uanus ru-
 mor, incerto autore, trecentos armatos hostium diuersis itinerib. et por-
 tis muliebri habitu urbem ingressos, in cellis subterraneis abditos tene-
 ri, ut nocte opportuna factionem cum modicis peditum præsi-
 dijs reli-
 ctis interficerent. Quare tumultuose tormenta leuiora circa Hasenbur-
 gum in omnem euentum disponūtur: accuratius quàm antea stationes
 seruatae, excubiæq̄ in foro & speculis actæ. Extemplò è castris in urbem
 cohortes reuocantur. Edicto publicè inde cautum est, addita etiam mul-
 cta, Ne quis post nonam uespertinam, lucētem candelam, luculentū ue-
 focum domi haberet. Episcopus præsidio in ostio Leccæ nouos mi-
 lites exules Ultraiectinos imposuit: deductis in hyberna præsi-
 dijs mer-
 cenarijs, quorū fides propter colloquia cum Arnol-
 do Fabro duce ter-
 tiæ cohortis Ultraiectinæ, suspecta esse cœperat. Per eosdē dies in agros
 Apcaudanos ex Ultraiecto prædabundi excurrerunt. Horum accessu
 per exploratorem accepto, collegit se raptim ingēs ex omnibus agris ru-
 sticorum multitudo, adiunctis simul ijs qui in arce erant tum, præsi-
 dijs. Hostes intra coniectum teli postquàm esse senserunt, exoriuntur ex insi-
 dijs cum incondito clamore & agresti, cedendos hostes, nulliq̄ parcen-
 dum esse: ut est rusticorum plebs, ob iniurias, bellorum tempestatibus, il-
 li hominum generi infesta, & inclemens, si quando superat, quacunq̄ ar-
 te. Apcauda ita sita est loco plano, & nimis quàm campestri, ut maturo
 uere ob solum palustre et minime densatum, uix in pascuis cōsistas: hye-
 me uerò excursione lacuum & amnis Vechtæ latè omnia inundantur.
 Nondum tum aëris clementia amnes fortè ripas suas egressi, proxima
 prata perfuderant: nisi quod propter anni tempus hybernum, omnia sa-
 lebrosa, præcipue autem paludes profundiores, quàm solebant, essent.
 Ultraiectinus inexpectato clamore ibi territus, cū uideret multis simul
 locis inordinate agrestem hominum multitudinem, & inter hanc arma-
 tos milites in se ad cædem impetū facere: abiectis statim armis, metu ne
 locorum ignorantia paludibus immer-
 si, haurirent, præsi-
 diariorum fi-
 dei sese aduersus rusticorum uim captiuos dediderūt. Duobus amissis,
 reliqui sub rude militari amittuntur. Dux, belli initio Ordinibus in stipē
 diū militare grandē pecuniā mutuò dederat: hanc cum iam reposceret,
 religioni exactio imperata est. Habebat per eos dies Fredericus Palati-
 nus conscriptas aliquot copias in supera Germania, eas fratri missurus,
 cum per anni tempus illi eas usui fore sciret. Nuncius postquàm cum li-
 teris de ijs rebus Dorestatum uenit, benigniter cōsalutatus, exceptusq̄
 à consiliorum Principis primoribus, ipsis literas tradidit. Quibus illi le-
 ctis, ne non procederet, quod parturiebant: clam episcopo, eius nomi-
 ne, Palatino per literas supposititias, respondent Habere fratri, pro soli-
 tudine & cura erga se, gratias, haecenus animo suo se uirtutē gerendis

rebus ita æquasse, ut hosti non solum par, sed superior etiam esse uideri possit. Quare cum haud dubiè propediem debellatum iri consideret, petere, ut eas copias dimitteret, quibus opus non foret. Rossemus interim in urbe Ultraiecto nihil passus militem in luxuriam effundi, seuera disciplina, intra extraq; mœnia excurrendo populandoq; ne per hybernum frigus ocio item frangerentur, egregiè exercebat. Præfecit sub hoc tempus episcopus præsidio Amisiano Alphardum Iselmondanum, cum duodecim expeditis militibus: quod fidem Iacobi Niueldij, propter uim amicorum eius per quos omnia belli huius impotenter gerebantur, suspectam haberet. Haud ille ibi cunctatus, & lætus, quod antequàm ab Ultraiectinis ad præsidium dedendum postulatus esset, successor ab Episcopo missus esset, relicta apud Alphardum uxore, Dorestatum se recepit.

LAMBERTI HORTENSII RERVM VLTRAIECTINARVM

Liber Sextus.



TRIBVS mensibus à belli initio episcopi opes adeò accisæ fractæq; fuere, ut iam debellatum esset, nisi ad externa auxilia imploranda, consilio eorum quos circa se habebat, animum adijcere compulsus fuisset: contempto immortalī dedecore, quod hinc Bauarum nomen sequeretur. Nam cum ditionem nec ad alienum ius transferre, nec eius formam mutare, nisi ex autoritate ordinum utriusq; ditionis, sed ne societate quidem ullam accipere dare ue posset: spiritibus, quas Gelrus obtulerat, conditionibus, de summa utriusq; ditionis, ut se ulcisceretur, consilium coepit: in lucri parte ponēs, si inimicorum supplicio affatim exaturatus, sibi ipse sui exitij autor foret. Legatos ad Floretum Edmōdanum occultè mittit (nam à principio initi episcopatus magnam necessitudinem cum eo coluerat) per quos petebat, ut, nisi molestum esset, Dorestatum ad se clam hostibus conueniret, uelle cum eo agere, & præsentis consilio de ijs rebus uti, quæ ad se & Burgūditiones communiter pertinerent. Nulla is cunctatione extemplò uenit. Ibi expositis ijs, quæ proximo conuentu Hussenō acta essent, ad postremum aperte ab eo contendit, ut (quando apud Burgūditionum principes plurimum ualere) dies ad conueniendum aliquò indiceretur, in quo de ferenda ope, & trāsferendis Ultraiectinorum rebus ad Hollandos ageret: in quo denique de summa rerum nunc aliquando serio deliberaretur. Sed cum æris inopia premeretur, & miles indies improbis clamoribus stipendium exposceret: ut bellum compararetur, pecuniæ aliquam uim celeriter curaret. Hoc itaq; ministro & totiūs transigendi negotij internuntio usus, tædio molestæ prouinciæ partim fatigatus, partim necessitate extrema adactus, ne desperatis rebus, uel hostibus supplex occurreret, uel tur-

uel turpiter episcopatu discederet: id de quo diu inter ipsos & sæpe agita-
tum fuerat, transigere est aggressus. Urgebant eum præterea ad maturã
dum negotium homines plerique à consilijs, famelici ac ieiuni, auro huc
à Burgundionibus corrupti: ne dilatio bene cceptum negotium auerte-
ret: ut solent plerique, quos principum opes alunt, suum agere negotiũ.
Abstemio quinque milia paciscenti addicta sunt. Potuisset pari facultate
(inquit Hochstra.) uel decem milia poposcisse amens. Persuadent ut ille
in speciẽ uerborũ lenocinio, quæ uoluit. Admittit excluditque, quos con-
silijs suis ad futuros ob futuros ue norunt. Atque ita conclusus, ac quasi ca-
ptus domi, uenditur optimus quisque princeps. Edmondanus diu capta-
tam prædam, & multis exoptatam sæculis, non amittendam per socor-
diam ratus, priusquam elanguesceret consilium, Bruxellam in curiã con-
tendit: impulsis in spem grandis pecuniæ, quos dixi, si principẽ in pro-
posito continerent. Itaque paucis diebus quam Dorestato discessisset, dies
conuentui habendo Schoenhouia x vii. Cal. Decemb. edicitur. Con-
uenere eò frequentes Burgundicæ curiæ principes, ad id legati, ut trans-
lationis leges inter Carolum Cæsarem & episcopum Henricum ex eius
arbitrio conficerentur: adfuit & cum hominibus ab intimo consilio præ-
sul Ultraiectinus. Cæterum, quia superioribus annis frequenter, & pau-
lo ante bellum, ac mox post exclusionem his de rebus leuiter uerba facta
fuerant, nihil perplexum, hoc conuentu paucorum consultationem die-
rum exemit. Tum quia hostis Ultraiectinus omnia occupatum præcep-
ibat, qua potuit, celeritate, res transacta est. Cæsaris legationes fuere (ut
magnificos fumososque titulos omittam, quibus dignitatũ nomina apud
gloriosos ab assentatoribus, præter laudatam ueterum consuetudinem
nostra tempestate commendantur) Florentius Edmondanus, Antoni-
us Talauingus Comes Hochstratanus, Gerardus Mularus libellorũ
præfectus, Laurentius Dublious iudiciorum apud Hollandos præses,
& archigrammateus. Hi, postquam conuenerunt, tabulas de pacto tra-
dendi episcopatum multo antè deliniari cceptas, his propè uerbis episco-
po, ad ipsius arbitrium confectas dederunt. Missis principum titulis, in
primis aut Cæsaris regnorũ enumerationibus, quæ odiose cum ad illu-
strandas opes, tum ad imagines & potentiam apud populares ostentan-
dam inscribuntur: omisso item ad attentionem parato exordio, sic pactũ
fide sancitumque fuit. Primum omnium Margarita præfecta regnorũ
Burgundiæ, Henrico episcopo Ultraiectino in stipendium militare ad
viii. Cal. Decem. sedecim Caroleorũ aureorũ milia, nomine Caroli Im-
peratoris presentia, ob ea promissa adnumerabit, & certam fidẽ datam,
legesque, quas hoc ipso die tabulis consignatis ac subnotatis expressas, le-
gatis Imperatoris uicissim episcopus dedit. Tenebitur præfecta nomine
Cæsaris, episcopo in urbe Antuerpia apud Gerardum Storckiu, in quin-
que menses pensionem quingentorum milium Caroleorum ita assignare, ut
singulis mensibus, quorum primus mensis inchoabitur viii. Cal. De-
cemb. postremus uerò viii. Cal. Maias exhibet, singulæ pensiones per-

Jo. de ... et ...

nota de ab ...

Comes ...

*tra datus ...
de ...*

» soluantur, quæ summam uiginti quinque miliū faciunt: ut ea pecunia præ
 » sul Ultraiectinus exercitum alat mille peditum: ijsq̄ legibus & conditio-
 » nibus, quas consignatas subnotatasq̄ episcopus Imperatoris legatis tra-
 » didit. Si interim fortè usu ueniat, Cæsarem fœdus cum Galliarum rege,
 » aut pacem facere, nullam societatem accipiet, nisi in ea episcopus Ultraie-
 » ctinus contineatur: eiq̄ urbs Ultraiectum & Hassalia, aliaq̄ præsidia, præ-
 » ter fœdus à Gelro adempta reddantur. Quod si intra hos ipsos menses
 » Cæsar & Rex pacem nullam fecerint, nec interea præsentibus uiribus
 » missa recuperarit, nominatim uerò Ultraiectum in potestatem non rede-
 » gerit: exactis his tum quinque mensibus, heroina Margarita episcopum i-
 » ta armis iuuabit, quemadmodum intra medium hoc tempus inter utrū
 » que conueniet. At interim ubi præfectæ legatos in Transiselanos, ad a-
 » gendum cum eius gentis ordinibus, mittere uidebitur: nō grauabitur
 » præsul è suo concilio tum quoq̄ legationes cum eiusmodi mandatis eò-
 » simul mittere, qualia è communi sententia interea temporis decernentur.
 » Erit & illud quoq̄ in pactis: ut Cæsar, quantum fundorum, quantum græ-
 » usurarij Ultraiectini iuris ac nominis in sua usquam ditione habeat, id
 » uniuersum publicè iniecta manu occupet: nec dissoluat prius, dimi-
 » tat uel usuras fructusq̄, q̄ ordinum Ultraiectinorum concilium sua au-
 » toritate rata firmaq̄ ea esse iusserit, quæ ex utriusq̄ legatorum sententia
 » pacta conuenerunt. Acta hæc inter episcopum Henricum, et legatos Ce-
 » saris, x vii. Cal. Decemb. Subnotauimus in fidem harum conditionū.
 » Henricus Florētius, Antonius Talauingus, Gerardus Mulardus, Lau-
 » rentius Dublious. Appendix habebat in hanc fermè sententiam. Sum-
 » ma fide legatos Cæsareos pactis expressa se exequenturos: nec commissu-
 » ros unquam, ut ulla ratione labefactarentur. Tradituros insuper his de
 » rebus episcopo tabulas, intra mensem sequentem. Et ne qua in fraudem
 » uerterentur, rursum è more subscripsisse. Atq̄ hæc quidem qua potuisse
 » de & breuitate reddidi, ut eorum forma apud posteros extaret. Sed pri-
 » die quàm hæc gererentur, hoc est, x viii. Cal. Decemb. oppidum Rhe-
 » nià Gelro ad hunc modum captū est. Iacobus Tuckius erat homo Gel-
 » rus natione, haud procul à Rhenis in proximo uico habitans. Hic belli
 » metu ex agro bona sua & supellectilem in oppidum omnem haud ita
 » pridem exportarat: homo populo Rhenano ob ætatem maturam & ra-
 » ram indolem charus, & magni nominis propter luculentas opes rusti-
 » canas, quotidianamq̄ consuetudinem. Mane hic paulo sub sextam con-
 » sulem adijt, petens sibi portam Montanam aperiri, quæ tum clausa pro-
 » pter bellum tenebatur. Duo aiebat sibi esse ante portam stramentorum
 » uehicula, pabulum pecori: quæ metu incendiij in oppidū portaret. Haud
 » id quidem illi negatum est à Cos. iussitq̄ is eam extemplo aperiri. Erant
 » autem uehicula, quorum alterum Iacobi priuignus agebat, adeò onera-
 » ta, ac tanta exaggerata stramentorum ui, ut in ipsa porta media, qua ob im-
 » modicam altitudinem non caperentur, subsisteret. Abdiderat se Gelrus
 » extra eam portam inter arbuta, cum aliquanta parte rusticorū, rapinā
 » è Batavia

in xlii. nouemb. di.

è Batavia collecta. Hi postquam captam portam prospexerunt, ex insi- 1527 in nouis
 dijs simul exorti, cum magno clamore effusi, oppidū capiunt. Nulli uis
 illata est, præterq̄ uni Simoni Voelio, qui prima trepidatione in porta
 leuiter accepto uulnere, elapsus fuit. Inde duo alij in templo, casu nescio
 quo temerè in hostium manus illati, percussi perierunt. Dux capti oppi-
 di nuncio, eodem die excitus, Rhenos uenit: atq; ædem sacrā ingressus,
 Deo pro parto oppido uotum soluit. Postridie cum omnibus copijs in
 præsidium Horestanum mouit. Huius præfectus tum erat Ernestus A-
 merōgus. Is accepto hostium aduētū, ne uim experiretur, ab tergo clam
 militibus, quos ad tuendam arcem paulo antè episcopus eò miserat, per
 auersam ab hostibus partem fugit. Præfecti fuga cognita, ex templo reli-
 qui qui in præsidio erant, salutem pacti, deditioem fecerunt, cum nō
 dum tormenta usquam admota essent. Sed ne quando in episcopi pote-
 statem iterum redactum, Vagingæ, cui oppositum erat, infestum es-
 set, illico à Duce dirui iussim: & lateribus Rhenos conuectis oppidum
 muniri. Mox biduo post xv. Cal. Decemb. cum h̄sdem copijs in Ami- 13 17 die nouemb.
 stanum præsidium est profectus. Iacet id in fauce amnis, miliare unum
 expedito ab Amorfortia. Profectus commodum erat Dorestatum Al-
 phardus Iselmundanus, puluerem tormentarium comparatum: relicto
 custodiae in præsidio Godefrido Sapido prætore Amorfortio, cum tri-
 ginta selectis uiris, quos è proximis uicis contraxerat. Et quia per anni tē-
 pus ob profundas paludes grauiorē machinæ eò admoueri non pote-
 rant, arte utendum ad capiēdum præsidium erat. Itaq; cauit Rossemus,
 ne quis nūcius de incerto suorum numero, deq; bellico modico appara-
 tu ad præsidium præcurreret. Præmittit trepidè in aggerem Barensem
 manipulares aliquot, qui omnia uano illic rumore cōplerent, nubes ho-
 stiliū copiarum ad obsidendum præsidium, euertēdumq; cum scēda
 clade omnium eorum qui intus essent, aduentare. Trahere secum nu-
 merosam machinarum bellicarum molem, quibus momento tempo-
 ris omnia cum interiori præsidio euertere possent: adeò intolerandam ho-
 stium uim fore. Quare mulieres eas consultè facturas, si ex præsidio,
 priusquam hostes fossas subirent, & undiq; castris positis obsidione cin-
 gerent, maritos euocarent. Sperabat Rossemus, eò accepto, facturos fu-
 gam omnes: ac præsijs nudata munitione, sine suorum clade ac sangui-
 ne facile se potiturum. Concurritur, his auditis, ad præsidium, ab uxori-
 bus trepidè uiros excientibus: si uiui & incolumes liberis paruis & uxo-
 ribus superesse uellent, præsidium traderēt. Oritur dissentio ad hos cla-
 mores & muliebres ululatus, deditioem facere uolentium, negantiūq;.
 Appropinquauit interea aggeri Barēsi ipsum robur. Ac nihil moratus
 Rossemus, cum duobus tormentis traiecto flumine, ad terrorem augē-
 dum præsiarijs, omnia ad oppugnationē expediri iussit. Apparebat
 procul spectantibus, hostem ui acturum: & quidem sine mora. Misit ex-
 templo ex ordinum ductoribus ad præsidium, qui deditioem postula-
 rent. Hi primò ex propinquo præfectum cum ad colloquiū euocassent,
 monue-

monuerunt ne uim ultimam experiri mallet, quàm clementiam præsentem, si se ipsum quæ præsidium traderet. Deterruerunt simul eum à perseverando in consilio, sustinenda quæ oppugnatione, recenti exemplo expugnationis Gelcomianæ, & Othonis Scarpefellij cæde: cuius necem, si uicaperetur præsidium, ulcisci, stare sententiam. Minis his præfectus territus, simul quæ ueritus, ne, si ab omni parte tentatis aditibus, summa uicopugnaretur, Scarpefellij cladem luerent: uiribus simul suis diffidēs, hortantibus insuper ad deditiōnē ingenti certamine rusticis, qui intus aderant, præsidium tradidit. Munitioni præficitur Vernerus prætor Hardeuicensis. Gelrus arcis infirmitatem undique satis contemplatus, (quia una tantum fossatum cincta erat) extemplo eam, nihil hyberna intempérie retardatus, eade sacra, quæ à tergo adharebat, euersa, latissimo uallo cum cuniculis, & alia præterea fossa cingere aggreditur. Fossæ adhuc mediæ aduersus hostium tumultuosum impetum uallos præacutos, ne uicagger subiri posset, fixit. Multa simul præsidia per eosdem dies episcopo ab Ultraiectinis, partim insidijs, partim uic, partim metu sunt adempta: arx in Ameronga, alia in Dorna: præsidium Hammense, castellum Scoenauua, & Mijerdense: ut iam omnibus fermè munitionibus & oppidis infiræ ditionis nudatus esset. Crescebat per hæc Gelro ferocia, non solum aduersus hostes, sed etiã intra muros in ciues. Multa enim indecorè conuicia in episcopum iacere: nunc demum uerè haud modo exclusum dici posse, sed itinera omnia ei interclusa quoque ad urbem esse: & uix in cauea se conclusum, modico stipatorum præsidio ad mensem tutaturum. Quæ obrem si saperet, maturè collectis rebus Heidelbergam fugam antecæperet, quàm oberatus creditoribus retentus addiceretur. Hæc atque id genus multa quotidie uictores cum incondita in episcopum per cõtempum ferociter iacerent, exuberanti lætitiã exultantes, securitas penè oppressos perdidit. Episcopus ubi per exploratores urbem præsidiorum uacuam esse, extra unius signi milites, & modicum equitatum: oscitantius insuper stationes uigiliarum haberi: belli denique munera & disciplinã militarẽ absente Rossemo copiarum duce, supinius ac segnius obiri, accepit: mœnia occultè, qua parte & adiri facilius ac tutius poterant, & infirmiora erant, & negligētius excubiæ agebantur, aggreditur. Mittit XIII. Cal. Decemb. lectissimorum peditum duo signa, auijs itineribus sub uesperum è Dorestato, ad eam urbis partem, quæ præter alia illa opportuna, præterea ab Dorestato auersa est, opprimendam. Pomœrio hærebant spaciosi horti, exulum, qui tum sub episcopo militabant: in hos, in urbem recepti, intromitti, ibique occultari hostes poterant. Erat præterea tota eaciuuitatis regio episcopi, cum ob superioris anni nocturnam dimicationem, tum amicorum exulum uim immodicam, nobilitati & factioni infesta. Erat uesper illunis & tenebrosus: augebatque caliginem obductum obscuris coelum nubibus, ut è speculis prospectantibus omnis in proximam suburbanam regionem prospectus adimeretur. Sexta hora feri die ei erat, nec uigiles adhuc muros ad suas quisque stationes conscenderant cum ho-

18 nouemb/13 die

cum hostes silentio è suburbano scalis in fossam, quã cratibus instrauerant, demissis, ad occiduã eã urbis partẽ, ubi ædes Diuæ Gertrudis est, placidè muros subirèt. Ibi dispositis circa murorũ rimas longo ordine à turri lignariæ opere, ultra ædem Gertrudis, tormētarijs, ut ex occulto oppidanos à pomœrio submouerent, tribus locis mcenia cuneis perforare aggrediuntur. Fecerant iam tria mediocris latitudinis foramina: unum uerò in latere turris patentius, per quod manipulus hastatorum unus aut alter intro iam receptus erat, cum fortè eques sub uigilum stationariorum in speculas accessum, locum præteruectus, crepitu ac sono, ferro lateres confringentium, mixto obscuro murmure, accepto, paululũ subsisteret. Nec sefellit pauidè auscultantem anceps metus. Hostis quãuis à diffringendo accessu stationarij equitis absisteret, nõ potuit tanta armorum multitudo tamen tam altum silentium continere, quin ad aures attẽto animo aduertentis, uel sensus aliquis armorum collisorum inter sese, tussientium uel aut screantiũ perueniret. Tum ille additis equo calcaribus, cursu in uiam Desultoriam ablatus, quantum potest, clarum ad arma cõclamat: Hostem ad stantia mcenia scalis illatis, muros ad Diuæ Gertrudis, cum maximis copijs & obsepsisse, & iam intrasse. Hoc clamore undique excitis, signum tota urbe, ne uspiam deesset pauor, ad arma datur. Miles in forum Palatinum, eques ciuibus immistus ad muros armatus ruit. Interim cum se proditos indicio hostes, & inceptum irritum esse audirent, relictis sub mcenibus bombardarijs, cum robore copiarum retro abiure. Hac trepidatione inter primos prefectus urbis comes Mursius euocatus, celeriter ad muros hosti occurrit. Hic dum præeunte ministro cum funali incautus locum insidiarum præteruehitur, penè, traiecto per collum, equo, ab hoste cæsus fuit. Confluxerant iam tota urbe frequentes ad murum: cum tormentarij receptis, per effractã turrim, ad se ijs qui iam irreperant, introrsum simul cum magno fragore emissis in incertum, ob crassam caliginem, quæ certum de rebus iudiciũ ademerat, machinis, frustrato incepto recederent. Nec ex tanto spherularum nympo quisquam tenebrarum beneficio cecidit, extra Gerardũ Eckium equestrẽ, & primi in factione nominis: qui per femur traiectus, eger domum abductus fuit. Ea nocte totis mcenibus, & per stationes tota urbe, in foro, in curia peruigilatum est, & ignes accẽsi. Nec minus horrendum è turribus in abeuntes tonitruatum cõtinuas aliquot horas est. Manè lucis principio primores urbe egressi ad lustrãdum fossam, nuntia qua cæsorum corpora reiecti hostes circa murum reliquissent, unum in fossa tum adhuc uadosa inuenere. Sed cum in nudato corpore spoliatoq; neq; uulnus neq; liuor ab ictu appareret, uulgo creditũ fuit, eum lapsum in receptu, pedibus suorum proculcatum perisse. Inde à factione in religiosos profanosq; impotenter, quos hostilium consiliorum conscios suspicabantur, sæuiri coeptum est: ueluti fieri assolet bellorum temporibus, cum inimici iniuriam propè uetustate exoletam ulcisci uolẽtes, per inuidiam aduersarios, non apertè, sed ex suspitione, clam apud uictoria superio-

ria superiorem factionem nominare solent. Vidimus exemplū hoc tempore, homotechnos non laudata mehercle emulatione mutuum exitū moliri, cum de ipsis nullum extaret indicium. Sacrificus erat in ea urbis regione integræ semper famæ, & innocentis uitæ. Prandebat is eodem tum fortè die (quia sanguinis propinquitate me attingebat) cum pauculis alijs utriusq; nominis festiuis doctisq; amicis apud me. Extractū erat conuiuium in serum diei, ut plerunq; solent lepidis sermonibus, & eruditis quæstionibus horas mortales fallere. Hic audito signo quod ad arma dabatur, cum reliquis qui unà aderant, domo excitus, compediaria uia per tenebras, rerum ignarus domum fugit. Habitabat autē is in Gertrudis cœmeterio, propinquo ei pomœrij regioni, ubi hostes muros subierāt. Itaq; correpto, quod se primum obuium dabat, telo, medio furorū se immiscuit. Casu tum retro hostis abierat. Hilarior à recenti symposio & liberior Harmannus, (id enim sacrificio erat nomen) cœpit in præsentem urbis statum & factionem, plenis faucibus inuehi: (ratus credo, se multitudine uicinatorum ciuium tantum circumfusum) quod uero principe excluso, paucorum hominum factionis tyrannide ciuitas oppressa, inopia annonæ ad inediā famemq; extremam redigeretur. Pellenda Gelrorum auxilia unà cum autoribus cōcitoribusq; bellis se. Vox ea à circumstantibus quibusdam excepta, mane ad factionis primores statim delata fuit: quasi cum alijs nonnullis proditoris occultæ, de qua adhuc nullum indicium extabat, cōsciū fuisset. Monitus ab amicis ut maturè, quamuis insons, priusquam à Gelro, & feroci à tot uictorij factione arriperetur, à quorum ui nihil esset tutū, aliquò ex urbe perfugeret: respōdit, recte se conscientia fretum, ac nullius indicium ueritū. Quinquiuiris obuiam iturum. Quæstiones non timere: quarū ui, (quædo furiosorum hominū criminatio, ex uana calumnia esset) fide nexus, animum æquatū haberet. Arreptus itaq; paucis horis post, in uincula ducitur: & quæstiones aliquæ de eo tormentis habentur. Cæterum cum nihil præter impudentem calumniā, torto in fonte inclementer, esse multorum testimonio compertum esset: & quorundam etiam Gelro nominis autoritas, inter quos erat Theodoricus Morrius, eū perpurgasset, in exilium pulsus est: exulauitq; ad recuperatæ urbis tempus usq;. Ex simili suspicione & alij nonnulli capti sunt, & torti in fontes: inter quos fuit, inuidia homotechni cuiusdā, Cornelius organopœus, celebris ea tempestate in his regionibus artifex. Qui diu quæsitū, cum consimili per tinacia inter quæstiones se nullius rei conscios testarentur, urbe excedere iussi sunt. Erat in hoc statu res Ultraiectina, & belli ardor. Sollicitus episcopus ne unice reliqui Amorfortij incauti à Gelro opprimerentur, aut uoluntarij, cincti undiq; deficerent: pro magno habuit negotio, animos eorum, quia necdum in belli societatem transferant, per legationes tentare. Et quia equitum & peditum præsidia portis recipere uolebant, metuitne Gelri arte, ac uulgo nota bene fraude in nassam attraherentur. Mouebatur præterea memoria iniuriarum: ut eum populum superiori bus annis,

bus annis, in contentione cum Ultraiectinis ordinibus haud magni fecisset: in super in id laborasset, quo consuetudines patrias & libertatis iura, pro quibus tū certamen acre fuerat, uiolaret. Minæ adhæc, & conuicia multa: quod aduersariorum consilia ut seditiosa, & ditioni inutilia simul et perniciosa repudiassent: sua item uindicassent. Horum episcopus conscientia iētus, apertè de illorum fide (quanquā frustra) dubitare cœpit: metuitq; ne se in Gelri potestatem cōmitterent. Quare ut eos sub suo iure & ditione contineret, ac præsijs firmaret: misit VII. Cal. Decēb. 25 *novembrii* legationes Hadrianū Redium, & Fredericum Sombrefum. Hi in senatum introducti, ubi multa de populi Amorsfortij fide, & propensopincipis erga eos animo uicissim commemorassent, ad postremum huc deducta fuit oratio, episcopum de nulla re perinde sollicitum, ac de ipsorū salute esse. Et nunc etiam timere, ne paribus artibus à Gelro, ut alia oppida & munitiones occupatæ essent, incauti opprimerentur: quando nulla æquè aliarum ciuitatum, atq; Amorsfortia, ob finitimos regionis cardines, ad obistendum episcopo, illi perinde opportuna esset. Quare petere, ut equitum peditumq; suorum præsidia reciperent. Ac ne metuerēt, ea alenda reipub. sumptibus: episcopum stipendia suppeditaturum. Deniq; quantum impensarum in ea fieret, id uniuersum ipsum præbiturū. Digressis in diuersorium è curia legatis, dissentio in senatu orta est. Censentib. nonnullis, imponenda præsidia sine publico ullo priuato ue sumptu esse, quod omnibus circum locis, Gelrorum præsijs obseptis, illis expositi starent, à diuersa parte reclamatum est. Illud enim inter omnes constabat, futurum, ut statim quàm armatos in ciuitatem admisissent, pro hostibus haberētur: & in belli societate forent, cum extra id in ocio permanere liceret. Bona ad extremum pars huc in Cons. sententiam pedibus discessit: ad tuendam ciuitatem imponenda quidem esse præsidia: sed ad propulsandum, quàm diu dare, à mœnibus bellū, reipub. impēsis: quo in ea & ipsi imperium haberent, & societatis nomen declinarēt. Responsum ad legatos relatum, haudquaquam placuit: quippe qui deteriora omnia ab eo populo timerent. Interim accitis ad se consulib. secretò exposuerunt acta pactaq; episcopi, & Burgundionū in conuentu nuper Schoenhouiensi: quod scirent, senatum & populum Amorsfortiū grauius ferre, hæc absq; se arbitris trāsacta fuisse: cum sepe antea episcopus fidem eis dedisset, se nunquam cum Burgundis, nisi ipsis in consiliū adhibitis, quicquàm acturum, pactionem ue ullam initurū. Quod quia non seruauit, non temere de fide hæsitans, placare eos blandimentis studebat. Accidit eodem die quiddam peropportunè, quod magis terruit legatos, & perplexos iniecto scrupulo tenuit. Tum demum peruiderūt, quanto eius gentis fides & recta consilia leuitati & furo quorūdam hominum, per quos huc rerum uentum esset, præstitissent. Serio metus iniectus est, ne, memoria acceptarum contumeliarum nondum uetustate exoleta, hostium amicitia posthaberentur. Prudentibus Cons. honoris gratia apud principis legatos, (qui mos est ei genti, quoties uel ciuitatum princi-

tum principum uel legatos, uel principes ibi herere usu uenit) superuenire cum literis ad senatum, à Gelro, & Ultraiectinis ordinibus, ac Rhenum præfecto missi duo nuncij. Sed nihilo lætius ad paucas horas, dissimulato metu, continuatum tractumque conuiuium est. Cogit consul extemplo senatum: diuinans id quod res erat. Lectæ literæ sunt in hanc ferme sententiam. Habere se gratias senatui et populo Amorfortio, quod cum hæcenus foedus cum Ultraiectinis adiungere renuissent, in neutram partem prudentes inclinarentur, bello finito uictorem haud dubie sequuntur. Vnum interim se mirari, alijs super alios rumoribus allatum: quod postquam iam propere cum episcopo declarato debellatum esset, eius legatos equitatumque intromississent: communicarent de ineunda cum illo societate, consilia: rectius facturi, si Gelrorum duci, ditionis tutori, quique plus posset, occupassetque armis ferme omnia, portas aperirent. Multum se spe & opinione de ipsis falsos. Sperare tamen, hominum uanitatem rebus multa affingere, maxime cum ipsi perspicerent, in societatem hostis, ducti, in quantis angustijs circumclusi essent. His tam perplexis literis, quia non satis in expedito erat, quod responderetur subito, paucis paulo post se expurgarunt: id quod facile erat, rebus integris adhuc. Recitate sunt statim Gelrorum literæ, & presentibus episcopi legatis: ne temere præsidia, ne in belli societatem deducerentur, ficto uerborum prætextu, reijcere coarguerentur. Vehementius hic noua re, & minus expectata tum perculsi legati, nihil æquè solliciti fuere, quam ne Gelrorum fraude, aut coorta in ciuitate seditione, in uaria multitudinis uoluntate, ex improviso occuparentur. Metu ne hostium insidijs opportuni forent, aliquot dies ibi sunt morati. Rhedius nihil omittendum ratus, in tam dubio negotio, consulem accersi occultè ad se iubet. Hunc absque arbitris primò blandè ac benigniter, inde ferocius specie expostulationis aggreditur, & liberius profectò petulantiisque quam temporis ratio ferebat. Quis Deus, inquit, uobis mentem sanam consul ademit: ut, cum undique hostium armis obsepti, adeoque, quam nos, periculo propinquiore sitis, tam securi imminentium insidiarum, stertatis: præcipue qui toties non boni mercede uicini, tentatum per proditionem impetum, pacis temporibus experti estis: Hinc à dorso, hostium ditio tergo uestro imminet: inde occupato præsidio Amisiano, iter aditumque in ciuitatem comeatui excludit. Alia parte Rhenos tenet, et in conspectu à fronte Ultraiectum est. Ad hæc cum nudos inermesque ad uim expositos habeat, amentia est, uestri periculi non admoneri. Offert episcopus, equitum peditumque præsidia suo sumptu se comparaturum imponenda: non ut secum aduersus Ultraiectinos arma induatis, aut foedere aliquo illi alligemini: sed ne consuetis Gelri artibus inuiti in diuersam partem, exemplo nonnullorum oppidorum (ut hostes nunquam dormiunt) attrahamini. Si receperitis, non erit, ut uos nobis, perinde ut multa alia, ademisse ille gloriatur. Ad ea Col. Quenquam ne esse existimas in ciuitate, qui se hostibus prædæ obijcere uelit, ubi bello se interponere nihil sit opus: ubi eorum occursum declinare liceat

nare liceat: Vidisti coram (ne uana fingendo uerisimiliter, disertior quã uerior dicar) quã moleste Gelrus, quã grauius Ultraiectinus unam hanc legationem uestram acceperit, perinde ac si iam senatuscõsulto uestra postulata, decreta fuissent. Si tãtus fremitus, si tanta indignatio, ob semel datum uobis senatũ, de obtinenda præsidio ciuitate orta est, quid existimas eos non dicturos tantum, sed facturos etiam, ubi uiderint uestrum equitatum, & pedestres copias incenibus nostris receptas: stipendiũ ab episcopo præberi: illi sacramento militari inautorari: Vides quid extemplo nobis patiendum erit. In primis constaret pactam esse societatem, quamuis hostilia priores non intulissimus. Ergo ex societatis iure, incendia, populationes, agrorũ uastationes, omnia denique hostilia & expectanda, & perferenda nobis essent: & nullo quidẽ uestro emolumẽto. Quod autem de præsentis discrimine, in quo, à fronte & à tergo, simul et à lateribus, excepta una arcẽ frontis parte, cincti mediũ uersamur, disputas: ut propemodum quasi caueæ, muris inclusos nos obsidisse uideantur, cum nondum pro hostibus habeamur: ita in animum inducere uos uelim. Gelrus cũ suis copijs ad ista incenia apertẽ non adueniet, ut ui quicquam agat: nec temerẽ, neutri parti se coniungere uolentes, ad arma coget: cum sat hostium cis ultraque Iselam habeat. Ut nihil de prædicem robur ciuitatis, quod nobis penẽ ipse notius habeat. Nec ita sublatis interrim pedibus altum stertimus (ne finge) ut sopitos, quamuis extra societatem belli, noctu luci ue sit oppressurus. Si, cum nusquam is bellum gerat, excubias nocturnas in incenibus, stationes diurnas in portis pro septo ac maceria inferẽ cõmunis ditõnis intenti seruamus, bellum eo cum socijs ciuitatibus, cum episcopo declarato, in portis propẽ nostris gerẽte, cæcam speculationem ageremus: Prouisum præcautumque hucusque est, ne insidijs tentatos occuparet: & cauebimus, dijs benẽ iuuantibus, ne consuetis suis artibus nos in suam ditõnem trahat: nisi fortassis existimes, eum in ciuitatem supra patentem, quã diu testudine tecta nõ sit, inuolaturum: quod certẽ ne tum quidem prohibere possemus, ubi omnes anguli armatis præsidijs obsepti essent. Accensus his consulis uerbis Rhedius: Quid queso, inquit, consul tantum de te commeriti sumus, ut haud aliter nobis & uiribus & consilio obstes, quã si hostilia patrassemus: cum totus senatus, extra uestrum quatuor, aut ad summum quinque, stet ab episcopo: Nisi forsitan Ultraiectinorũ ordinum exemplo, Getri societas, in cuius potestatem te et rempub. commissurus sis, quã nostra, uobis magis expetẽda uideatur. Quod si obtingat, haud dubio autore id euenisse, ipse satis hic profiteris: qui, quo minus postulatu obtineremus, dissuasor fuisti senatui: adeo ut in dissensione per te nunc inter se sint. Quare non obscurum est, neque tacitum habebitur, si qua defectio insequatur: cuius opera portæ uestræ episcopo clausæ sint. Ad ea cõsul: Id uanum est, & falsum. Nam quod etotius senatus uerbis tibi respõdi, in id discessio à bona utriusque senatus parte pedibus facta est. Factumque inde ueteri more senatusconsultum, quod uniuersi calculis suis ratum esse

iufferunt: tamen si antea multi in diuersa sententia fuissent. Sed à quibus è senatu id enunciatum, & ad te, linguæ incontinentis hominibus, sit delatum, non me fugit. Hi, quoniam nihil pensi habēt, malunt terram celo miscere, quàm pace & ocio hucusq; uindicato in reliquum frui. At interim mirum tibi uidetur, quòd populus turbata pace omnino nolit in belli statim participationē descendere: cum ad id neq; ansam dederint, neq; ut susciperetur indicendū Ultraiectinis, in concilium sint adhibiti. Non dico iam eos, pensatis utriusq; bonis et malis, illud tantopere formidare, quòd ocium armis, forum castris, infinitis partibus sit anteponendum: quanq; uel ob id solum mortales omnes arma detestamur, quòd nihil sani habeant. Illud in animis omniū heret, quòd episcopus ad hoc usq; tempus, nos penè quàm hostes ipsos magis exosos habuit: animū à nobis auertit. Et miraris, si animos talibus meritis dignos nūc uicissim experiatur. Num ullam clementiam suam erga nos, num munificētiam commemorare potest: Reuoca in memoriam, (potes meminisse) in quæ maledicta & conuicia effusus, (aderas ipse coram) principes concilij legatos nostros questum de superbia & iniuria Iacobi Niueldij, ad se missos, nuper aggrediebatur: in quos perinde atq; in tresles agasones pluribus inuectus, è concilio eos, relicto ciuitatis inimico, & iuris libertatisq; uiolatore, iussit excedere. Hac & alia id genus multa, quoniā in memoria habemus, non est quod impotēter debaccheris, si populus Amorfortius episcopi copijs suas portas patēre nolit. Porrò quod ad me, curabo ut laudatius de me testimonium relinquam, quàm tuus stomachus uaticinatur. Non spero ita te Amorfortiorum uanitatem experturū, ut nunc episcopus Ultraiectinorum uestro consilio expectatus est. Ita cū neutri ab altero pacati quicquam responderetur, utrinq; è colloquio discessum est. Consul haud modicè de perplexo negotio sollicitus, uiam querebat qua bellum declinaretur. Et quanquàm decreto senatus placuerat, peditem præsidia omnino imponenda, non episcopi, sed populi impēsis esse: illud tamen unum metuebat, ne, cum exactis mensib. populus, ex magnitudine tenuitateq; suæ quisq; fortunæ ad collationem pecuniæ in stipendium censeretur, difficultatem auferendi motus intestinus ac seditionis cōitatura esset. Imminēs hoc malum ut declinaret, auerteretq;, tale cum tribus adhibitis consularibus apud Hadrianum Rhedum & magistrū equitum ex tempore inuit consilium: quò, haud dubia spe, & pax conseruaretur, & episcopi gratiā Senatus & populus Amorfortius emerentur. Id autem fuit huiusmodi: Locarentur in ciuitatem conscripti armati, qui à senatu decreti fuerant: dicerenturq; uulgo è stipendio ærarij, populo Amorfortio inautorati. Adde & illud: ut senatui sacramento iurati essent, ne non omnia uerisimilia apud principis hostes apparerent. Interea per literas negotium Gulielmo Turco ad conscribendum unum signum mandaretur, eosq; pedites occultis itineribus in ciuitatem mitteret. Ipse interea episcopus stipendia ita occultè in singulos menses suppeditaret, ut ne tenuis quidem eius rei odor ad hostem perueniret. Per sua

so relin

sio relinqueretur, è publico (ut dixi) in pedites impēsas fieri. Placuit cal- 1527 25 nouemb
 lidum impense commentum in speciem tutum legatis: ac nihil indidem
 morati, ad referendum Dorestatum sub noctem repetiuerunt. Paucis
 sub hæc interiectis diebus VII. Id. Decemb. in ciuitatē uenerunt septua-
 ginta quinque pedites, duce Godefrido Nouesio: quos Cōsul senatus ac
 populi nomine illico recensuit, & ad sacramentum compulit, nusquā ul-
 lam expeditionem facturos, moturos ue, nisi ex imperio suo & senatus:
 & illis sine rebellionē ad officia facienda fideles se præstarent. Et seruatū
 id quidem fuit usque ad Non. Ian. Omnibus inferæ ditionis oppidis & ca-
 stellis ad istum modū amissis, cum nihil reliqui episcopo Ultraiectinus
 fecisset, præter oppidulum Vuicam, ubi in arce, quasi undique hostiū ca-
 stris septus sedebat: & Amorfortiam, quæ sola in fide remanserat: penes
 quam omnis receptæ urbis Ultraiecti gloria postea, sed nulla cum gratia,
 extitit. Pessimè affectæ erant res Transiselanorum interea. Quorū cum
 castella & præsidia fermè omnia, & ciuitates aliquot Gelrus occupasset:
 pro situ locorum, reliquas etiam ciuitates nouis in fluminis ripa præsi-
 dijs positis, ad famem usque penè circumfederat. Cum itaque & animis et
 opibus diutino bello exhaustis, nullam opem prorsus ab episcopo expe-
 ctarent: audirentque acta conuentus Schoenhouiensis, in quæ tandem si-
 bi quoque, præsertim ita affectis, uadendum foret: in frequenti ordinum
 concilio ex autoritate episcopi decreta est, sub ius & ditionem Burgun- 1528. 4. ianuarij
 dionum defectio. Indictus dies est ad conueniendum circa Non. Ianua.
 Seruarunt diem Burgundionum missi legati: Florentius Edmōdanus,
 Georgius Schenkus Phrysæ præfectus, Gerārdus Mularus, Iodo-
 cus Sasbautius, Petrus Saudanus, Petrus à libellis secretis rerū Hollan-
 dicarum. Ex equestri nobilitate Transiselana legati fuere, Ioannes Mu-
 lardus, Burchardus Vuesterholtius, præfectus Volenhoæ: Lubbertus
 Mularus, Ioannes Stellingus. A Dauentriensib. legati missi sunt, Ge-
 rardus Critius, Henricus Plaetmānus, & Henricus Terspillen. reip. scri-
 ba. Campensium legati fuerunt, Lubbertus Hattemus, Gerardus Bur-
 gārdus, Ioannes Vechtus, Timannus Venō. His additus fuit Ioannes
 Breda scriba. Suollani miserunt Ioannem Heruerdenum, & scribā Ver-
 nerum Pufflingū. His permissum fuit, quib. antè inter ipsos in frequenti
 ordinum & ciuitatum conuentu decretum fuerat, legibus & conditio-
 nibus, transferre in fidem Caroli Imperatoris & legitimorum eius hære-
 dum Brabantia & Hollandia principum, agros, fundos, prædia, ciuita-
 tes, oppida Transiselanæ gentis: ubi cōsensum ad id episcopi, legati Cæ-
 saris protulissent. Hi ut inde nomine ordinum & ciuitatū, & omnis po-
 steritatis Transiselani nominis, fidem & obedientiam eidem iurarent, si-
 mulatque id ipsum item ex autoritate episcopi sibi permissum cognouis-
 sent. Quare legati Caroli Cæsaris uicissim populo Transiselano hæc li-
 bertatis iura, ex principis sui autoritate, inuiolabilia esse iusserunt. PLA
 CVIT omnium primūm Cæsari, ut equestrib. familijs, ciuitatibus, & op-
 pidis Transiselanis sua libertas integra in perpetuum maneat: publica iu-

transactio in his
f. 186 m. c. 100 v. 10

» ra priuataq; clientelarum, castellorum, possessionum, consuetudinum,
» ut quisq; ea frui pergat libertate, qua usq; ad praesentem diem fretus esset:
» iudiciorum in suis quibusq; locis ratio, & legibus agendi forma apud
» suum cuiq; iudicem & forum salua, e patrio more seruetur. Quod si per
» regnorum ciuitatum ue mutationes, a pontificibus Rom. alijs ue Tran-
» sifselani aliquando in posterum infestentur: ea uis ac controuersia auerte-
» tur nullo ciuitatum, gentis, possessionum ue sumptu aut damno. Promi-
» sit ob ea Caesar, quicquid Transifselani iuris fuisset, id uniuersum suis im-
» pensis se restitutum. Iam quod ad stipendium in hoc bellum attinet, non
» oneraturum se pensionibus, supra quam ut soluendo essent: quando bel-
» li impetum sustinendo tot annos exucti essent. Quoniam autem Transi-
» selani se priuilegium habere, & iura ab Imp. accepta affirmabant: qua-
» re in posterum se ad suscipienda arma contra Imperatorem cogi non de-
» bere: Responsum ad id fuit, Legibus illis nihil detractum iri, quod eas uel
» laederet, uel labefactaret honestum. Fuerunt item pacta, ne quis ob debi-
» tum alterius, a se ue publicum ditionis Transifselanae, extra ditionem Tran-
» sifselanam in eiusdem principis regno accusetur, retineatur ue: sed ob su-
» um quisq; debitum solum ut par est. Et quia graui bello pressi erant, in le-
» gibus id quoq; tenebatur, ut Caesar extemplo arma contra Gelrum pa-
» raret atq; indueret: neu ullo omnino foedere illi alligaretur, priusquam
» oppida, agros, castella, & quicquid Transifselani iuris unquam fuisset,
» armis repetiuisset: possessores incolae in suos fundos restituti essent, ubi
» cunq; non siti forent: & quidem absq; fuco, ne quid contra ea hosti conce-
» deretur. Porro autem, quia Gelrus praesidijs positus contra Dauentiam
» in Iselae ripa, annum obsederat infestum, ea praesidia tollerentur. Quo-
» niam autem Transifselani per bella, quae magna habuissent, aere alieno oner-
» rati essent, & creditoribus obnoxij, permillum foret equestri loco natis
» & ciuitatibus, ex autoritate Caesaris, aut eius praesidis, e consuetudine pa-
» tria collationem tributariam constituere, ut se redimerent. Deposce-
» rant Transifselani uicos aliquot Gelrae ditionis, suis finibus, hosti adem-
» ptos adijci, ac superae ditioni donari. Responsum his fuit, Caesarem genti-
» Transifselanae postulatum, quod ratio ferret, tum demum concessurum,
» ubi id regnum bello in potestatem uenisset. Pactum insuper fuit, quoni-
» am tabulas de decem aureorum milibus Transifselani episcopo, pro ne-
» scio quibus hypothecis tradiderant, contenderunt a legatis, ut cum epi-
» scopo de restituendis tabulis agerent. Receperunt illi & in id se annifuros
» pro uiribus, atq; impetratas duros in ipsorum gratiam, quod fieri pos-
» set. Nec cum Gelro adiungerent foedus, pacem ue facerent, priusquam
» quingentorum aureorum pensio in annos singulos remissa, quam Gel-
» rorum princeps Suollanis extorserat, sublataq; foret. Si posteris tempo-
» ribus dissidium aut certamen inter ciuitates ortum, ullam controuersiam
» moueret, huic dirimendae non ultra Caesar se interponeret, quam bonum
» & aequum principem deceat. Quod si ab hoste rebus ablati damnatae
» ceperint, ab illo eos defendet, perinde ut alios, sub suo imperio, popu-
» los: las

los: fas iusque erit, iure in suis controversijs agere, in eius regni civitatibus, pariter est communi iure ipsorum incolarum. Non committet Cæsar super hæc, glebulas palustres proximo triennio est Transiselanana ditione exportari, multa cymbæ cum merce, principis fisco sextans: delatori uncia. Exacto triennio, consultabitur, cauebiturque in posterum rebus Transiselanis, ut par illud atque utile videbitur. Persoluetur inde consueta in singulos annos Cæsari sua pensio, quo in reliquum hac in re, regioni Transiselanæ prospectum sit. Cæterum quod ad monetam civitatum Transiselanarum, ut ea pari cum principis numismatis dignitate, per omnes ipsius regiones æstimationem suam obtineat: id quoniam ad principis maiestatem, & communem omnium eius regnorum ex æquo salutem pertinet, cum præfecto monetæ consultabitur, atque inde permittetur, ut æquum videbitur. Postremò ut pacta hostibus ab episcopo, eiusque præfectis, ne hostilia paterentur, concessa, rata & integra servarentur: ut ea pecunia inde conflata, in stipendium militare verteretur. Hæc ferè summa est pactorum inter legatos Caroli Imp. & gentem Transiselanam. De his tabulæ postea confectæ sunt. Per eos dies episcopus, propter hybernorum tempus, copiarum partem dimisit. Vnum signum cum modico supplemento, quod ex robore veteranorum constabat, Vuicam ad hybernandum reduxit. Verebatur Gelrus, ne remittente hyberno frigore, sub uernum tempus episcopi stipendio rursus inautorarentur: quando ad circumcidendos sumptus, ad tempus solum eas dimiserat. Quare tumultuaria manu ex Batauorum ac Velauiae agris contracta, adiunctisque ijs copijs quæ in urbe Ultraiecto erant, raptim ad duo milia pedum confecit. Cum his Ultraiectum, inde in Rheni ostium profectus, illas ab episcopo dimissas securasque hostium inopinatò adortus, dissipauit, paucis captis, reliqui fuga sunt dilapsi. His copijs auctus Rossemus, mouit in interius ostium Rheni. Hic dum incautius cum Vito Munstero equitum magistro ad occupandum idoneum castris locum cum modico equitatu ante alios euagatur, penè in hostium insidias incidit. Interuentu suorum ad classicum datum, pulsus insidijs, periculo extractus fuit. Iam cum haud procul ab ostio, pararet ea locatis castris, quibus ad oppugnationem præsidij opus esset, nunciatur, Genemudenses transmissio Isela, effuse Velauie uicos incendio passim populari. Hoc nuncio, discussio obsidionis consilio, Rossemus trepidus rerum suarum excitus, sublati properè rebus castra mouit: ac dimissa ex agris passim collecta multitudine domum, reliquas copias Ultraiectum reportauit. Eodem tempore Gelrus castella aliquot, in limo palustri Apcaudano & circa Vechtam per ditionem cepit, Hammum, & castellum Miertanum. Tentata est per prodicionem Montfortia: sed irritum inceptum fuit. Crescente inter hæc caritate rei frumentariæ in urbe per annonæ inopiam, cum duobus signis & omnium equitatu in Batauiam frumentatum proficiscuntur. Episcopus nuncio, Rhenum hostes iterum traiecisse, accepto, sperans se ab itinere eos exclusurum, circa Amerongam copias disposuit. Sed ubi audisset ex præmissis exploratoribus,

ploratoribus, utroque eos armorum genere se duplo esse superiores: & in frumentatione copias, ut tuto commeatus in urbem portaretur, auctas: omisso itinere, quod ad claudendum transitum infederat, Dorestatum redijt. Vilescante per crebras frumentationes, frumenti precio, aeris inopia in stipendium Ultraiecti laboratum est. Quare ut milites ad officia promptiores essent, senatus opulentioribus ciuibus, ex priuato conferendum stipendium imperauit. Bubile erat in agris Camporum, quò bubulci è propinquis pascuis sub imminentem noctem pecus compellere consueuerant. Id tanquam opportunum ad reprimendos Campenses, & prohibendum Genemudensium effusas in Velauiam excursions Dux occuparat. Ac statim excitis tota Velauia fossoribus, paucis diebus uallo fossaque aduersus omnem belli impetum, nihil hyberna intemperie impeditus, impositis præterea ualidis præsidij ita munierat, ut nulla operum uipenè expugnabile uideretur. Et situs ipse loci id ualidius quoque reddebatur. Hinc crebræ excursions ad Camporum portas usque fieri: frequentes dimicationes & certamina cum Genemudensibus haberi. Dauentrienses præsidium Diepenheimum, quod Gelrus ualido imposito militetenebat, obsidione cingere adorti, breuiquam castra locassent, omnia, quibus ad oppugnationem opus esset, opera expediuere. Euocatus in colloquium præsidij præfectus, ut de deditioe ageret, cum nihil pacati, sed superbè etiam responderet: arreptus in hostium potestate mansit. Inde aggressi machinis & operibus præsidium, cum machinarum iactus ferme omnes irriti essent, irruunt ingenti impetu ad opplendam fascibus ac cratibus uimineis circumductam, & eam quidem præaltam fossam. Intulerant ad obiectum uallum scalas: ibi Gelri è cuniculis ac propugnaculis in confertos hostes grandinare, cladem magnam edere. Fractis Dauentriensium, principio oppugnationis infelicitè têtato, animis, in castra receptui signum datur. Territi præsidiariorum fiducia, soluta obsidione, exercitum domum reduxerunt. Et coeli inclementia, & loci natura eiusmodi erat, ut militum corpora pessimè affici potuissent. Gerebantur autem ista circa principium anni uigesimi octauum: cum episcopus nullum ocium militibus ab armis & incendio daret. Castella aliquot quorundam nobilium primæ factionis Ultraiecti, in Iutfasio uellit. Pugnatum per eos dies quoque est à Dauentriensibus, foeliciter, duobus simul locis, ad Vuillenam & Speculam: qua uictoria, ipsis additi, hostibus uerò fracti animi non parum fuere. Ultraiecti nulla pacata consilia extiterunt: nam insequentem mense exacto, ubi stipendium menstruum ferociter poscentibus militibus persoluumdum esset: in consilio de constituenda in singula ciuium capita, pecunia agitatum fuit. Sed quia haud dubiè eius collatio, ob tenuissimi census humilem multitudinem, difficilis foret, & seditionem peperisset, id consilium discussum fuit. Interim blandimèta multa dando factiones primores milites circumire, feroces spiritus mitigare magnificis promissis, in dies grandem pecuniam à Duce expectari. Denique extrahendo magis cupidos animos, differre solutionem, quam negare. Ac

Za. borch

1528

gare. Ac nisi ductores signorum, sua fide interposita cauendo etiam fremitum repressissent, ipsa urbs ad direptionem exposita, præmium belli pedestribus ordinum auxilijs fuisset. Breui quàm hi motus quieuisent, pecunia allata est. Castellū erat in Dorna iuris Archidiaconi & dis primarij Philiberti Naturelli, à consilio rerū Burgundicarū. Is, ut aliarum rerum in urbe Ultraiecto, sic & castelli huius curatorē reliquerat D. Marcum Vuesium. Hoc belli initio Gelro, quòd ualde opportunum esset ad prohibendas hostiū excursiones: tum quod esset tutus suis illam in urbem receptus, aperuerat. Quare Archidiaconus ira accensus, ad Vuesium, & basilicæ Martinianæ Canonicoꝝ collegium literas dedit, quibus querebat (audierat crebras inde in hosticū excursiones fieri, & uiarum transitus claudi) castellum eorum fidei mandatum, Gelro iam pate resine sua autoritate: cum in hoc nequaquam ab se magnis rerū suarum sumptibus conditum esset, ut uel publica pax inde turbaretur, uel in bello hostilia inferrentur. Situm in eo loco esse, ex quo, quoniā Gelrus plurimum posset, ut episcopi insidijs ac fraude interceptū temerè deleri, soloꝝ æuari posset: id quod perfacile factu esset, quando non ad uim ferendam, sed ad delicias magis comparatum foret. Si quod interim inde damnum acciperetur, scirent, id uniuersum in ipsorum capita casurū: datum infectum eos reddituros, tametsi Vuesij bonis in posterum sibi satis cautum esset. Episcopus in spem adductus eo per hos dies potiundi, bipartito equestres copias circa radicem montis ita mittit, ut diuersis itineribus ad Dornam, quasi hostes hostibus, neutri alteroꝝ gnari occurrerent. Altera turma cum signo Gelro per montem circumducta, ut si ab urbe Ultraiecto adfuisset, turmæ cum episcopi uexillo in cōspectu castelli loco satis plano dēsatoꝝ, sed uasto ac sterili, sit ex composito obuia. Nec mutuuum occursum facile erat sine prælio declinare: partitiꝝ ita erant, ut pauciores sub Gelro signo cum pluribus commiscerentur. Editur infestis lanceis serij certaminis, spectantibus è castello præsiidijs, simul lacrum & species. Tandem Gelri signi eques simulato pauore, paulatim retro cedendo, ad clamorem & manus eorum qui in præsidio aderant, quasi multiplici terrore, uiribus impar, perculsus fugæ consiliū capit. Alij postquàm illos fugientes cōspexere, circūactis freno, et additis calcæstris speciem non mentes Dornenses cum oculis tantum intentas habebant, sed receptum ad se habentes patefacta porta, stratoꝝ ponte manibus trepidè ac clamoribus accersentes, adiuuabant. De tectis tormentorum ui, et turribus, in terga cedentiū, carpere simulantes, tonitruare: eos machinarū campestriū iactibus, pro uiribus retro cōpellere. Subierant iam aliquot, transito ponte, castellū, cum signifer inter principia inuectus, exuberanti lætitia nondum capti castelli nimis calidus, indicio tesseræ, nec absq̃ ui in primum obuium se proderet. Ibi ille fraude detecta, in fugā intrò ablatu, ad arma trepidè cōclamat: hostes pro amicis trans pōtem intrò receptos: emittenda ea quæ in expedito ad manus aderāt, tormen

ta, in confertas turmas, priusquam hærentes tergo pontem transgressi, aream interiorem & aditus occuparēt. Ad hunc clamorem principia hostiū perculsa, metu ne subducto à tergo ponte, simul et obiecta porta, nubem missiliū obruerētur: circūactis freno equis, et additis calcaribus, in fugā se abripiūt. Dolo inde amissæ è manib. uictoriæ exasperati, coniunctis turmis uicū Dornā infestè peruagātur: ac capta aliquanta rusticorū præda, inter quos uici prætor quoq; erat, Vuicam receptū habuerunt. Per id tempus episcopi copijs Nerdam frumentatū profectis, ex Ultraiecto insidiatū est, sed nulla re memorabili. Tentata quoq; Schoenhouia est à trib. peditibus habitu muliebri oppidū ingressis: sed irritū inceptū fuit. Indicio deprehēsi, & in Hagā milli, cōfessione tormētis expressa, suppliciū dederunt. Per hæc Hollandorū oppidis præsidia imposita exteplō sunt. Appetebat interea uernū tēpus, quo omnib. copiarū Burgundicarū uiribus, ex pacto cum Gelro bellandū, et Burgundionib. de tradendo episcopatu cauendum esset. Quare concilio habendo dies episcopo & ordinibus Transiselanis, à præfectis Burgundicarū regionum Dordraci dictus est. Eò postquàm conuenere, transactis ijs, quæ ad ditionis utriusq; translationem & pacta attinebant: decretum quibus quantisq; copijs bellum, & quib. ducibus ad Cal. Maias, cum Gelro gereretur. Dicti sunt duces, Comes Florētius, Comes Gulielmus à Renneberga, & Georgius Schenkus; ex heroibus illustribus Tautenberganus, Phrysiarum præfectus. His mandatum est, ut omni cura copias conserberent. Decreta sunt ad id bellum, peditum xvi. milia, equitum uero leuissimille. Interea Georgius Schenkus, quātis uideretur copijs, in Transiselanis, adiunctis in supplementum eorum auxilijs, nulla mora, res gereret, simulac anni tempus id pateretur. Agebatur principiū anni uicesimo octauī. Reuocantur, referente factione, à senatu Ultraiectino, factio in id senatusconsulto, in urbem Calend. Febru. quotquot metu belli in pacata oppida perfugerant. Senatusconsulto nō parentibus, decem annorum exilium publicè iussum: præter multatitiam centenorum coronatorum pecuniam, ærario inferendam, et ius puniendi amplius etiam, quod penes Ducem esset. Supplicationes adhæc in sex menses sunt decretæ Veneris diebus, ut res belli foeliciter ac prosperè euenirent: & ieiunium simul institutum est. Motus nouus, ab equitibus stipendiū quinque mensium ab inchoato bello postulātibus, obortus, à Ducis legatis, qui huc ad res inspiciendas trepidè accersiti fuerant, superuenientibus, compositus est. Comitiorum tempore propter ciuium paucitatē (nam partim exulabant, partim direptionis periculo, nonnulli etiam odio factionis urbe post cœptum bellum dilapsi fuerant) in duodecim dies dilato, cum interea spreto edicto nulli redissent, conuenere quidem operæ in suas queq; è prisca consuetudine, curias: sed adempto sortiendi suffragandiq; iure, Dux per epistolā homines suæ sectæ senatores ac tribunos dixit. Coss. facti Fredericus Regius, Godefridi Regij prætoris filius: & Fredericus Vochtius. Nec fuit clam amplius Gelro, quid consultarent Dordraci

Abp. peditibus et 1500
equitibus yma 1500

in february 90 28

Consul. A. Godefr. du
Comiti. fr. uict. p. uict.
no. y. uict. in p. uict.

Dordraci: quare finitimos Leccæ uicos episcopum redeuntem operiēs,
 cum toto exercitu infedit. Ille non ignarus, Vuicanos ingenti sui deside-
 rio teneri, Schonhouiam è concilio reuersus, ad eos literas dedit in hæc
 fermè uerba: Anxij sui expectatione esse, simul & solitudine pro sua sa-
 lute agitari desinerent, quòd hostis citeriorem annis ripam infestis ar-
 mis obsedisset. Se propediem tantis copijs stipatum, domũ aduerso flu-
 mine adfuturum, ut per medias illorum stationes iter suum posset uerte-
 re: Ipsi interea accuratè uigilias pro portis & mœnibus aduersus hostiũ
 artes & impetum haberent. Missus ijsdem diebus cum literis nũcius ab
 episcopo ad ordines Ultraiectinos è Schonhouia, de actis & conuentu
 Dordraceno, (ne ignari essent) in stationem incidit Gelrorũ. Hi, lectis
 literis, ac nuncio citra ignominiam retrò dimisso, adeò incredibili letitia
 perfusi fuerũt, quòd longæ militiæ & maioris nominis belli certi essent,
 ut in noctes seras conuiuia & comotationes largiores producerēt. Da-
 tæ sunt breui post de ijsdem iterum rebus ab episcopo ad Ultraiectinos
 literæ. Postquàm Gelrus ingens sibi à potentissimo hoste bellum parari
 palàm aduertit, (quia passim delectus per Hollandiam habebatur) & ip-
 sa oppida ualidis præsijs impositis permuniri: adeò ut communibus
 armis contra se belli impetus uniuersi uerteretur: conscripto nouo exer-
 citu suas ciuitates, & comœtu maturè munire aggreditur: mittitq; cir-
 ca omnia præsidia, qui mandarent, ut intentè custodias haberent. Idem
 & ab episcopo, per eos dies nauigio Dorestatum reuerso, ad eas muni-
 tiones & ciuitates, quæ in fideremanserant, factum est: ab eoq; additum
 fuit, ad Cal. Maias momentũ belli alicuius operæ precij fore, præut ha-
 ctenus fuisset. Gelri, qui aggerem Leccæ oppositũ & proximos pagos
 infederant, cognito per exploratores episcopi accessu, & copiarum, (e-
 rãt enim ad duo milia peditũ) quæ expedito agmine aggerem, dextrãq;
 ad nauigantis ripam tenebãt, ut eum in tutum prosequerentur: in minus
 glebosa montiũ iter flexere: ueriti, ne traiecto Lecca hostibus cõuictis,
 in discrimen, locum uè iniquum deducerentur. Dilabentem Gelrũ ma-
 nipulus sub noctem exploratum insequutus, ubi castra metarētur, in pa-
 rum notis callibus incautus in hostis stationem incidit. Capti hi cum ad
 Martinum Rossenum deducti essent, interrogantur, quætæ copiæ suo-
 rum fuissent: ubi corpora curarent, quo uè iter haberent: Ille singula e-
 doctus, in primis autem, omnes Leccã iam transiuisse, ac castra Lango-
 stratia petiuisse, extemplò moueri castra, & expediti arma imperat. Atq;
 ita à media nocte nihil moratus, sublati impedimentis, lentè flumẽ Lec-
 cæ repetit: ne miles cursim per difficilem præpinguemq; glebam iter fa-
 ciendo, priusquàm ad hostem peruentum esset, lassitudine frangeretur.
 Paulo sub exortum solis ut ad Taissicã diluculante iam aurora uentum
 est, Rossenus copijs traductis, pontones subduci custodiriq; mandat,
 ne transitus à tergo suis clauderetur. Inde expedito agmine, quantum
 potest, Burgũdicæ copias ad uesperam penè usq; sequutus, cum ab ob-
 uis uiatoribus accepisset spacium itineris, quod adhuc aberant: nihil ul-
 trà tende-

tratendere ausus, tum quia miles totum diem itinere faciendo defatiga-
 tus erat, ab insequendo abstinit. Sequenti die superato amne contra Cu-
 lenburgum castris locatis, corpora suos reficere & animos iussit: atque ibi
 haud multum temporis moratus, in castra Dornesia copias reduxit. Fer-
 uebant interim omnia conscribendis copiis per omnes Burgundici no-
 minis regiones. Sed nihil aequae terrorem belli, quod a potente hoste pa-
 rabatur, auxit, atque id, quod transportatis in Phrysiam & Brabantia impe-
 dimentis, Schenkius, habito delectu, euocatoque Phrysijs Burgundicis
 nominis milite cum exercitu Iselae appropinquare diceretur. Perculit hic
 rumor supra modum cum finitimos Gelros, tum Ultraiectinum popu-
 lum: quippe qui concitati belli conscientia tactus, grauissimi hostis ad-
 uentum, cum quo tot seculis, odijs certatum fuerat: sed & infestior est mul-
 to, quo iustius iratus erat, episcopi accessum, si uictor euaderet, formida-
 bat. In ea turbatione, multi Burgundici sanguinis mortales, aduertentes
 praesentibus reipub. Ordinibus nec uirium nec animorum satis esse ad-
 ferendam instantis belli tempestatem, cum haecenus non sufficerent: si-
 mul quam parum spei in Gelro foret, simulatque uniuersus belli impetus
 in eum conuersus esset, urbe furtim excessere. Quorum fuga per factio-
 nem & Gelrorum praefectos uulgata, quamuis ad eam diem usque in pa-
 catorum numero habiti erant, confestim hostes iudicantur: ac militibus
 in domos eorum immixtis, penum omne diripiendum absumentumque da-
 tum est: illud identidem consonante clamore occinentibus. Martis idius
 lusumque in patriae desertores esse. Multi, quos aperte episcopi uel hinc el-
 se norant, quod nusquam factiosorum consilijs interesse uoluissent, urbe, se-
 natus autoritate pulsati sunt. Indignatio ingens ex ea re, & clamor plebis
 aduersus huius conturbationis autores exortus, exoptantis cum pre-
 fecto urbis comite Mursio effecit, ut non solum moderatius deinceps,
 & lenius reipub. gererent, sed milite extemplo aedibus fugitiuorum de-
 ducto, a ui etiam temperarint. Interea dum a Burgundis ea, quibus ad
 bellum opus esset, citra ultraque Iselam apparantur, urbi aduersus longam
 obsidionem comite Dux prospiciendum edixit. Magna frumenti uis
 circa Non. Martias Rhenis Ultraiectum portata: motaque simul sunt ca-
 stra propius urbem a Dorna. Dux nihil amplius noui hostis lentos ap-
 paratus & aduentum moratus, antequam in se moueretur, Rossemo rem-
 clarum facere, & expectatam, ac facinus memorabile apud omnem poste-
 ritatem, rebus adhuc integris, perpetrare mandat. Quod ut tutius facili-
 usque conficeretur, misit ad Ultraiectinum exercitum sexcentos selectos
 pedites a Batauis conscriptos. Qui cum alijs recens ad mille trecetos fue-
 runt. Lucis principio eas copias in campum Oudeuicanum prope urbem
 deductas, ad concionem Rossemus conuocat: ac in frequentem coronam,
 hastam quatiens, progressus, ita loquutus est. Nae profecto sterilem, con-
 tubernales fortissimi, militiam ingratis haecenus sequuti sumus: episco-
 pum enim persequendo, nihil aliud sub nostris auspicijs, quam quod in-
 comoda multa, multumque laboris in expeditionibus citra ullum priuata rei
 emolumentum

emolumentum exhaustis: ut sæpe nocturnus diurno labor per itinera
 difficilia hyberna intemperie, cum magna animi mei ægritudine, nulla
 prædæ spe ostentata, à uobis sit continuatus: qui alioqui in pingui solo,
 quamuis lassos egregiè iuuare potuisset. Nunc quoniam pro uno, ge-
 mini hostes nobis parti sunt, ut aliquando fructum aliquem militaris o-
 peræ sentiatis, aperiã uobis hodie ditissimum opulentissimi hostis re-
 gnũ: ubi tantum auri argentiq; & preciosarum rerum prædæ uobis mi-
 lites cõcedo, quantum per omnem uitam, ad luculenter uiuendum satis
 sit futurum. Cæterum, quis hic sit hostis, ecquæ urbs, cuius diripiendæ
 opima præda uos onustos reddam, tum apertius uos edocebo, ubi pro-
 pius peruentũ erit. Me ducem iam solum sequimini. Sic paucis milites
 alloquutus, effuso cursu in suburbanum è concione pedes sese abstulit.
 Magnis clamoribus, Diï approbent ea uerba: copiæ fugientem, inordi-
 natè sequutæ, oppidanos è muris & turribus prospectantes, in tam subi-
 tæ lætitiæ & inexpectatæ admirationẽ uerterunt. Cum peditibus om-
 ne penè equestre nomen, relictis in urbe equis, quod eorum per Hollan-
 diam cùm propter itinerum angustias, tum glebæ præpinguis hybernis
 mensibus difficultatem, nullus aut perq; tenuis esset usus, se coniunxit.
 Tenebantur interim portæ clausæ, ne quis internuncius ex urbe in Hol-
 landiam, Gelrorum infestum accessum indicatum præcurreret. Iam ter-
 mille ab urbe passus processerant, Rossemus postquam omnia circum-
 quaque tuta ab auscultatoribus esse uidit, ad militem in concionem rur-
 sus aduocatum huiusmodi uerba fecit: Credo uos commilitones, ma-
 gno cognoscendi desiderio, quò expediti iter habemus, accendi: nec im-
 meritò. Nam simulatque hodie animos uestros spe ditissimæ prædæ
 impleuerim, non potest repentina illa lætitia, omnino defecata metu cu-
 ris que esse, quàm diu hostis genus, locus, periculorum difficultatisq; ra-
 tio sit incognita. Equidem uos securos esse iubeo, atq; laborum intrep-
 dos: ut quem hæctenus ducem, nullum discrimen, nullum tempus, nul-
 lam tempestatem unquam, quamuis sæuientem, causatũ habuistis, eun-
 dem nunc inter principia sitis uisuri. Hollando imus bellum indictum,
 non per fœciale (ut olim) sed armis & incendio. Hagam totius regni
 caput, ubi opes plusquam Cræsi aut Persicæ sunt, direptum contendi-
 mus. Hanc ego uobis auro argento que spoliandam, & quicquid preci-
 osarum rerum sit, quicquid ex ea asportari poterit, ita nudandum pro-
 pino, ut nihil reliqui faciatis: quantum item uirorum obuim est præ-
 dæ Ultraiectum abducendum, ut se à uobis redimant. At potētis popu-
 li nomen nihil uos cõterreat. Fuerunt olim strenui: at nunc nihil minus.
 Si reputaueritis apud animos uestros, sub quo principe ad hoc usque
 tempus cum magna nominis uestri & gloria & æstimatione militastis,
 qui uincere solum, & nunquam uinci nouit: qui belli artibus & rei mili-
 taris laude unius clarus habetur: Deinde, si uestram ipsi uirtutẽ, tot ui-
 ctorijs florentes copiæ, uobiscum cogitaueritis: contra, Hollandorum
 imbellẽ gentem, et ignauos uentres: facile opinor apparebit, quàm per
 inertem

Expedatio in hagam
 C. v. m. 1528

inertem hostem medium, iter uobis faciendum erit. Quàm breui tēporis interuallo omne propè nomen Transilolanū uestræ ditionis fecistis. Quot arces episcopo quàm paruis copijs uno simul tempore ademptas, Ultraiectinæ reipub. restituisistis? Taceo Horestam, taceo Amilianum præsidium, terrore aduentus exercitus uictoris magis quàm ui in ditionem concessisse. Adde, episcopum intra angustum, & quidem haud perinde munitum præsidium, ut sibi persuasum habet, conclusum teneri: adeò ut præter Amorsfortiam, nec arx, nec munimentum sit, ubi testudinis in morem, collectus in suum tegumen, tutus ad omnes ictus lateat. Hæc uestra, commilitones, uestra inquam, uirtus paucis mensibus, tantam nomini uestro celebritatē, tantam existimationem conciliauit, ut ipso accessu formidabiles, in fugam, antequàm ad decertandum acie uentum esset, hostes compuleritis. At Hollandorū possem numerosos nostra memoria exercitus, sed secunda prælia nulla: multas item scedas clades diuersis locis acceptas, commemorare, in quibus Gelri nominis uirtus enituit. Quid? ubi ingentes eorum exercitus paucissimis copijs fuditus: ut planè uetus illud uerbum uerum esse, re ipsa compererim: Ignoriam esse opulentiam, & Timidas diuitias. Quàm exigua manu superioribus annis Vuasseneri instructissimas cohortes, in Carthusianis, procul ab domo asperrima hyeme cecidimus? quantam militum uim cum eorum duce cepimus? Nonne innumerabiles penè copias prope Harderwicam in maritimis locis, per eadem fermè tempora tumultuaria manu rusticorū delectæ iuuentutis, è Velauia, cum modico equitatu, cōtracta, ad interuentionē deleuimus? Recētior est illa insignis uictoria ad Termeidam, ubi capto Gulielmo Turco, hostilium copiarū duce, accepto graui uulnere, plures cōtrucidabantur propè, quàm acceptæ cladis nunciij fuga euadebant. Nihil itaque metus, nihil trepidationis uobis faciatis, o milites, Hollandici nominis inanis fumus: cui ppter tot uictoriarū decora ipsi pauori estis. Quo ad alia igitur pericula promptiores, & ad uos militares labores subeūdos sitis alacriores, nūc tempus poseit, ut uobis ditia stipēdia, uobis grandia operēprecia, magnæ mercedes pponantur: ne semper uictorias uestras infrugiferas esse queramini. Hic senatorios homines euparyphos circa abacos rationarios occupatos, hic cauissimos et patronos mercenarios luxui & crapulæ ociose uacantes, & planè Sybaritas, in prodigiosa opum affluentia opprimetis: hic deniq; quantum auri, quantum argenti infecti factiq; ab extremis usq; Indis & Arabibus in septentrionalem orbem est transmissum, opportunum expositumq; estis habituri: ut nemo omnium, cognito nostro accessu, nisi in manus nostras fuga dilabi queat. Ecquis uestrum est, qui negabit tanta mercede priores labores abunde pensari? Quis hostem quamuis potentem uirtibus, talibus castris ad diripiendum concessis: spolijs tam opimis, ad legendum, datis, non contemnat? quæ omnia uno uos die tanta opulentia onerabit, quanta in omnem senectutem, ad laute splendideq; in ocio uiuendum rudiarijs sat sit futura. An non quæuis ad ultimum periculu

la, prae huius praemij expectatione leuia, imò uerò nulla aestimanda sunt? Mea profectò sententia. Iam uerò duplex induendæ in nouum hoste indignationis causa animos uestros merito accendere debet. Primū quod per Hollandos stetit, quo minus episcopū tota ditione exutum (cum tantum armis polleremus) iam dudum expulimus: quæ sola res uos uictoriæ uestre fructu defraudauit. Hi enim occultè mittēdo illi auxilia, stipendia liberaliter suppeditando, pecunia iuuando, ditionis nostræ propemodum factum episcopatū, interuenterunt. Deinde ita nouo foedere cum hoste societatem adiunxerunt, ut bello huic illigati, si uictores euaserint, alieno, in ius ditionemque suam, omne nomen Ultraiectinum, superum & inferum pariter cogant. Hæcine tam indigna nobis toleranda? an differenda hostilia tantisper, dum apparent? dum egregie armatorum milibus instructi, transitum nobis in Hollandiam, aditum in Hagam, bello translato claudant: dum itinera, dum calles insideant? Mature nunc obstandum est milites, & uirtutis documentum ipsis cum magno gloriae uestræ additamento, & commodo circa noui belli procerium, edendū est. At id interim metuo, ne, quod aliquot hostium ciuitatibus à tergo relictis, mediterranea regionis penetranda sint, paucis ignauis trepidatio pauorūq; oboriatur. Hos ego indignos honoratae militiæ nomine exautorandos, & domos dimittendos censeo. Etenim nullum facinus magnum in bello sine periculo, nihil memorabile sine difficultate geritur. Illa ubi absunt, ibi nihil gloria, nihil triumpho dignum patrat. Quanquam uero non uideam, quid obuiū esse possit, quod terrore ullo uos percellat: pauorem ue faciat, quam obrem inanem metū fingatis. Loquor hic spiritibus militaribus, quos gloriae cupiditas uersat: non ignauis, qui ad quamlibet curam, & agitatae arundinis susurrum inhorrescunt. Nusquam hic hosti castra sunt: à tergo perpacata omnia, regionesque ab hostium copijs tutæ. Montfortia, quam nec in pacatorum, nec hostium numero habet, quod suo principi pareat: nec inde hostilia sint illata, nec portæ nobis pateant: nostro tamen nomini ita est amica, ut nisi nobis, nulli auxilia unquam ad bellum miserit. Duo inde oppida, quorum alterum humile modicis admodum praesidijs, alterum haud multo maioribus munitū, ita pretereunda sunt, ut à tormentorum uie muris, planè tuti sitis futuri. Ex cōposito milites hæc expeditio suscepta est. Quare non permittetur praesidijs, senatus auctoritate, portis ad uelilandū nobiscum erumpere: ne transitus in Hagam impediatur. Quid si ex omnibus oppidis praesidia deducta in unum agmen conflentur? quod quidem futurum non est: cum mulieribus pugnantū, haud cum uiris erit. Nam quantum militum urbibus impostum est, ex fullonibus, nautis, pellionibus, subulcis, agasonibus, & id genus uulgo Hollandici Brabantique generis imbelli, tum ultuario, sine delectu contractum est. Ut taceam, quanto exercitus uictor & longo usu exercitatus, tyronibus, & ijs quidē luxu urbano & ocio corruptis ac disfluentibus praestet. Vici inde, quotquot ultra citraque in ripa Rheni siti

funt, nobiscum ad paciscendū subacti, liberaliter ad ipsam usq; Hagam nobis commeatum suppeditabunt. Porro autem nulli amnes iter remorabuntur: nulli pontes, quibus intercludamur, difficilem transitum impeditum ue receptum dabunt: nulli obstabunt montes: nulla præcipitia: nullus iniquus locus subeundus, sed per plana & solida uiarum, sine certamine, ad destinatū locum iter stratum est. Sine sanguine, quod mirum super hæc uidebitur, tanta cimelia uocis tradam. Iam cum neque muros, neque fossas habeat Haga, quibus contra impetum alioqui permunita esset: nullum periculū erit, ne portæ nobis claudantur: aut fossæ cæforum cadaueribus inter expugnandum repleantur: ut opima illa præda nullo prorsus sanguine sit nobis statura. Quanto uero grauiores labores, quanto asperiora pericula, in statarijs prælijs hybernorum tempore in castris pertulistis: quoties niualibus diebus, congressuris cū hoste, uix manibus retinendorū armorum esset potestas: quoties per obiectos amnes transitu prohibiti, salutis sp̄e in sola uirtute militari haberetis. Scio milites, animos uestros à uerbis meis ad uirtutem haud perinde, atq; iucunda recordatione ditissime prædæ excitari. Quod quidem non solum in conspectu, sed persuasum uobis, in manibus esse, habere debetis. Si extimulamini tot uictoriarum gloria, si uestri spiritus longa militia efferati, terrori sunt militi Hollando, ocio in ciuitatibus luxuriantis: si nulla confragosa, nulli anfractus montium, flumina nulla iter obsepient: dijs bene iuuantibus, me ducem uestrum, si hæctenus, nunc uerò maxime lubentes uolentesque sequimini. Sic loquuto, ingenti applausu ab uniuersa concione acclamatum est: se illo duce uel Orci fauces expugnaturos. Proin, quocumque uaderet, sine detrectatione alacres promptosq; sequituros. Inde Montfortiam prætergressi, Vuordā contendunt. Quamuis operis initio breuē Rhēni urbisq; Vltraiecti descriptionem posui, ut quiduis potius quàm in fine eiusdem à rerum ordine declinare institutum fuerit: tamen, quoniam in interiorem Hollandiæ expeditionis narratio nobis cepta est, non inutile nec inamoenū legendibus erit fortassis, in eius regionis ueluti diuerticulum quoddā obiter decurrere. Primū omnium apud scriptores constat, Rhēnū in duo cornua diuisum olim, non ut hodie in tria, oceanū septentrionalem intrasse, sed longè alia ratione. Etenim præterquàm quod Isela tum, uel obscurus admodum, adeoq; nullius propè celebritatis riuus, uel planè omnino nullus fuit, alterum etiam eius brachium, quod ad Batauodurosum oppidum usque Rhēni adhuc nomen seruat, non ipsdem alueis, quibus nunc, in mare fundebat (Lecca enim suis tū ripis perquam angustis, ex illo nullo memorabili nomine, ut alij nonnulli riuuli, emanans, uix paruus lembis nauigabilis erat) sed propè Vicā anfractuoso cursu retortus, urbis Vltraiecti muros alluebat. Inde in occasum rursus uiolento flexu à dorso urbis reiectus, Vuordam ac Leidam (hodie ea sunt Hollandiæ oppida) præterlabens, ad Catuicam oceano miscebatur. Retinet adhuc toto illo tractu ueterem suam nomenclaturam: sed & pleraq; circa loca

Quantum

descriptio hollandiæ
et Huiusmodi

Quantum itaq; terrarum à Lobico, inter Vuaalim & ueterem Rhenum
 ad oceanum usque duobus quasi brachijs constringitur, olim Batauiā
 appellata fuit: insula profectò omniū quas Rhenus facit, nobilissima, & fe-
 rax cum primis frugū. Iam uerò ut Linga ex Rheno paulo infra Arena-
 cum ortus, insulam aliam, eam dissecans, quæ nostra tempestate uulgò
 Batauiā dicitur, facit, dum ad oppidū Gorcomium Vuaali commisceat:
 eodem pacto amnis inde ad Ultraiectum effusus, primum Iselsteinam,
 inde Montfortiam, Veteres Aquas, postremò Gaudā præterluens, in
 sinum maris pariter cum Lecca, contra Roterodamum se exonerat: &
 Hollandiæ longè iustissimam partem, quæ ad septentrionem uergit, cū
 ueteri Rheno in insulam concludit. Vnde ipsi Iselæ nomen est: modico
 nunc quidem, scaphis remisq; uix nauigabili, sed nihil ad ueterem illum,
 Rheno alicubi, latitudine atque altitudine penè olim parem, quantum
 ex aggeribus oppositis, quibus utrinque eius excursus constringebat,
 cōiecturam facere licet. Infra Veteres uerò aquas in tantā uastitatem pau-
 latim sese aperit, ut ad Gaudam Vuaali non sit inferior: maximè autē hy-
 bernis mensibus, cū pleno mari retro in mediterranea refusus, ripas ob-
 iectas uel superare, uel aggerū molem refringere connitit. Iam uerò quā
 uis hic obscurus, & supra quā infra sit angustior, quā qui inter cele-
 bratos scriptoribus, Germaniæ amnes forsan debeat recenserī: habet ta-
 men aliquid celebratu non indignum. Septenis statim horis, rapido ma-
 ris æstu ac cōuersione, perinde ut Mosa, et ipsum adeò mare prope Ro-
 terodamum, Dordracum, Brielam, Veterem item & Nouam syluam,
 memorata oppida (ad quæ etiam pontibus iungitur) prætercurrens, hy-
 eme ad Geinam usque, æstate ad medium spacij inter Montfortiā & I-
 selsteinam, simul reiprocatione perpetua fluit, refluitq;: & quidem haud
 sine miraculo rei. Vnde minus mirum mihi uidetur id, quod de Eurypi
 prodigiosa reciprocandi celeritate, inter Phocidem & Eubœam, à uete-
 ribus scriptoribus memoriæ, prodigij loco, proditū est. Causam uerò
 cur in tantas riparū angustias, temporum uetustate Isela contractus sit,
 non difficile fuerit tradere. Tantū enim salebræ è mari fluxu suo secum
 turbulētus introrsum trahit, ut simulatque refluxu siccas propè ripas a-
 qua destituerit, ingentē salebrosi limi uim, & illius quidem præpinguis
 ac tenacis, toto illo tractu à tergo relinquat. Quare mihi uidentur maiores
 nostri, glebæ pinguedine capti, tantū flumini ademisse, quantū licuit: u-
 bilaboris atq; operę, quę illi repurgando quotannis impenderet, et sum-
 ptus, pigere cœperit. Nec est ferè toto terrarū orbe gleba pinguior, aut
 solū feracius, quā in his regionibus. Nisi Gaudani subinde prodigio
 sos sumptus desiccando uado faceret, iam dudum obturata fauce, nul-
 lum hodie Iselam haberemus. In huius ripa ex effosso limo, inter Mont-
 fortiam (ea mihi patria dulcissima est) et Gaudam, laterculi coquuntur,
 quibus ab Isela, cognomentum tota ea regione, celebre est. Quondā
 totus hic tractus ab Ultraiecto, usque ad oceanū, uasta fuit & nemorosa
 regio, horrendisq; latrocinijs infesta: proinde & inhabitabilis, nullisq;

Robora ex terra effossa

Robora ex terra effossa

aut certè perquam raris oppidis habitata. Quare à uastitate syluosa Hol-
landia, et paululum corrupta postea uoce, Hollandia nuncupari coepit.
Quod quidem ne tanquam commentitium & fabulosum repudiet, habeo
in eam rē probabilia argumenta. Tota passim regione ultro citroq; pro-
cera robora ex agris sepe numero effodi uidimus. Sed quibus autē tem-
porib; quo'ue calu sylua ea corruerit, difficile est pro cōperto tradere: ni-
si quod illud haud dubia coniectura affirmare, et pro uero penè prodere
audeā: eo anno, cum Rheni faux, aestu maris tempestuoso ad Catuicā ha-
renā aggere præclusa, ipsum annē inundatione per uniuersam Holtan-
diam effusum, cursum suumper Leccā auertere compelleret, aquarū uen-
torumq; ui syluā prostratam fuisse. Argumento est, quòd roborum om-
niū capita quotquot effodiunt, in Eurum porrecta inueniantur: ut à Ze-
phyro, aut certè Thrasea, qui uiolentior est, pcella coorta, et os Rheni ob-
turarit, et syluæ stragem dederit, id qd accidit anno D. CCC. LX. Nisi ea
res ad multo recentiorē inundationem fortasse referenda sit, quæ incidit
in annū M. C. LXX. quo aquarum uis ruptis omnib; maris aggeribus, ad
urbis usq; Ultraiecti moenia penetrauit. Tenuere ab initio orā septentrio-
nalis oceani maritimā, seditione domestica pulsi Catti: quorū reliquæ ad
huc durantes, Catuica ad Rhenum et oceanū appellantur. Mox triennio
post syluæ ruinam, postq; regio habitabilis facta esset, Caluus Gallorum
rex eam Theodorico cuidā nobili homini, odio Imperatorū ecclesiā Vl-
traiectinā, cui pulsis barbaris donata fuerat, tutantiū, dedit, annos CC.
L. postquæ condita esset. Sed incredibile dictu est, quanto successu bre-
uī tempore eius res creuerint. Nam finibus uirtute & armis propagatis,
principes non solum magnū nomen, & gloria florentissimas opes sibi
pararunt, sed per connubia ad regū fastigia etiam, & Imperatoriā maiesta-
tem peruenerunt: ut planè ad summum nostra tempestate uenisse uidean-
tur. Habet autem ea quæ propriè Holandia appellatur, clarissimas ciui-
tates, Schonhouiam, Dordracum, Amstelredamum, Alcmariam, Gal-
dam, Vuordam quondam Ultraiectini iuris, Leidam, Veteres Aquas,
Harlemum, Delphos, Hagam. Montfortia, quamuis in Holandia sita
est, ad ditionem tamen Ultraiectinam pertinet, à Godefrido Rhenano
episcopo, uti & Vuorda, aduersus Hollandos cōdita: habet suum prin-
cipem cui paret, quemadmodū Iselsteina, & Vienna, aliq; obscura quæ
dam nullius celebritatis oppida. Redeo nunc ad coeptam narrationis se-
riē, unde me Hollandiæ chorographia abstulit. Rossemus Montforti-
am prætergressus, & Vuordam, omnes uicos citra ultraq; Rhenū ad pa-
ciscendum, ne hostilem uim experirentur, cōpulit. Præsidijs Leidæ im-
positis, cum uelitandi causa cum hoste, exeundi potestatem poscerent,
clausis portis id negatū fuit. Quare uulgò per totam regionem postea
ctatum est, hanc expeditionem Hagensem ex cōposito à principe Mar-
gareta Gelro permissam fuisse: ut est hominum uulgus in deterius sem-
per, cōtra principes & rerum publicarum gubernatores suspicax. Con-
stat Leidæ, rumore aduentus Gelrorum allato, tantam trepidationem
& pa-

& pauorem oppidanis iniectum, ut edicto publicè caueret, statuta multa 1528
 cta, ne quis è muris aut turribus, hostem prætereuntem tormento feri-
 ret, lacefferet ue, ne prouocatus moenia inuaderet. Processerant iam ad
 Voerscotam, (mille passus is pagus ab Haga abest) Rossemus horreum
 cum casa una & altera, iniecto igni incendit. Siue quòd pertinaciter
 stipulationem pagani abnuerent: siue (quod pleriq; tum affirmabant)
 ut editum incendium nobilitati Hagensi signū foret ad maturandum
 fugam: non habeo quod affirmem. Nunciantibus trepidè ex agris pro-
 ximis, Gelrum cum infestis signis Hagæ appropinquare, tantum abest
 creditum fuisse, ut uix etiam à uisit temperatum. At postquam alijs su-
 per alios idem adferentibus, hostes à se uisos, signaq; militaria numera-
 ta, rumor ciuitatem peruagatus, plerosq; effulos in obiectam syluam ex-
 ploratum exciuit: clarum ob oculos incendium exortum, & hostis cō-
 spectus, rumori allato fidem fecit. Tū demum trepidi rerum suarū, om-
 nibus relictis, fugam fecere. Festinare sine præsentibus animis amentes:
 senatorij reconditos thesauros, ut obuij erant, in cymbas præcipitare:
 uehicula carrasq; raptim magno comparare: in ea aurum infectum fa-
 ctumq; conijcere. reliqua omnia diripienda relinquere. Multi quibus
 uita ac salus fortuitis rebus charior fuit, crescente intemperantius rumo-
 re, hostem syluam iam ingressum, mensis relictis, atq; omnibus prædæ
 datis, Delphos fugere. Continens agmen fugientiū uirorum, ne in ho-
 stium potestatem uenirent, impleuit uias, respicientium crebro nū Gel-
 rus persequendo tergo instaret. Itaq; pars Delphos terra nauigioq; abla-
 ti, nonnulli Roterodamum, multi in proximas oceani insulas fuga dela-
 ti, in pacatum euasere. Delphos per fugam Hagensium, & captā à Gel-
 ris Hagam, tanta trepidatio item cepit, ut si hostes eò accessissent, diffisi
 moenibus, quæ tum infirma erant, se uel in fugā, Hagensium exemplum
 sequuti, per aduersam portam abripiissent: uel de deditioe cū illis pa-
 cti turpiter fuissent: ut tantum non consultatio eos de fugiendo teneret:
 Interea Gelrus Hagam diripit. Et præda eo fuit ditior, quo aduentus
 minus expectatus, & oppressio magis improuisa. Quare nulla pecunia
 plusquam regiæ opes ibi direptæ estimari possunt, aurum, uestes, argen-
 tum, & quantū rerum preciosarum ad luxum comparatarū esset. men-
 sæ pateris inauratis, & epulis uinoq; onustæ: ut repens terror quemque
 in fugam expulerat. Clauis scriniorum seris hærentes: ut apud se tantis-
 per non essent, dum signatum aurum argentumq; in sarcinam conijce-
 rent. Rossemus occupatam arcē, adiuncto comite uno aut altero, pactio-
 ne in deditioem accepit. Parsum est paucorum ædibus nobilium, qui-
 bus uel sanguine, uel ueteri amicitia iure coniuncti erant. Miles præda
 oneratus, statim in luxum & libidinem effusus, omnia stupris & adul-
 terijs compleuit. Multæ nobiles matronæ, metu ne hostilia passæ, captæ
 insuper abducerentur, militū libidini expositæ fuere. Virginibus nobi-
 libus uitium oblatum, quo rem familiarē redimerent. Tertio quàm Ha-
 gam ingressi fuerant die, acceptis obsidib. pro imperata xx. milium pe-
 cunia,

fuga hagenue

cunia, octo milibus argenti infecti appensis, inde discessere. Miles, qui in ciuitatū præsidij erat, cum uellet itinera & calles notos insidere, ad intercludendum hostibus transitum, id facere prohibitus est. Quam quidem facile id factu fuisset, uel hæc satis coarguunt: quod integri & recentes itinere faciendo defatigatis, expediti præda impeditis, lobrij uino grauibus, & crapulam spirantibus occurrissent. Adde & illud, quod defecti corporibus, continua tridui ebrietate & uigilijs fractos, facile fundere potuissent. Ut taceam, plus eos in sua quam hostes in aliena terra ualuisse. Cæterum multitudo agrestis ex agris collecta, ubi terga inordinate discurrentium hostium carpendo, & insequendo aliquandiu, certamen læcessiuissent, nec pugnandi copia fieret, nec admodum posceret, nos superueniens uelitationem diremit. Postridie uici pacata in XI. hebdomadas pacti, partim soluerunt, partim obsides imperatos dederunt. Interim dum Gelrus populando atque urendo eam Hollandiæ partem peruagatur, episcopus suburbium Ultraiectinū, quæ Rhenus in urbem influuit, incendio uastat. Gelrus ubi accepit e castris circa Rheni ostia Burgundos mouisse, ut à fronte ipsi simul & à tergo circumuenirentur: tum autem ex agris undique inconditam multitudinem contrahi: iam non amplius palantium more, sed ordinate ad dimicandum instructi, paratimque per ueteris Rheni tractum, scaphis præda opulentissima oneratis, in urbem redierunt. Non eo quidem, quo exierant in hostem, habitu, sed ornatum specie, mardinis, sabelinisque & holosericis talaribus, ad ostentationem prædæ, & ludibrium nobilitatis Haganæ, & patronorum mercenariorum induti. Parte inde copiarum per suburbiorum hospitia, ad reficiendos animos, distributa, reliqui postero die domum dimissi, præde partem Arenacum ad Ducem deduxerunt. Processerant ad Seltum, cum à uici incolis adfertur, episcopum cum omni equitatu & peditum cohorte in cauis montium itineribus ad intercipiendam prædā, & præda graues, tenere. Rossemus, ne rerum sceleriter gestarum gloriam hic amitteret, nihil territus, missis nuncio Ultraiectum, qui relictas urbi præsidio reliquas copias accerleret, ibi instructa acie substitit. Auctus post moræ paululum parte copiarum, exploratum in subiectos montes tres equites misit, quantus hostium numerus esset, & quæ itinera insideret, pugne copiam obujs haud dubie facturum. Hi dum incautius collium sinuosos anfractus, locorum ignari (ut apparebat) obequitant, in insidias hostium illapsi, ab episcopi copijs intercipiunt. Ab his cognito Gelrorum robore, cum ad confligendum suæ uirtuti diffiderent, (nam peditum numero neuiquam pares erant) cum tribus captiuis Dorestatū reperiuerunt. Erant interea res in urbe nihilo pacatiores, nam cum factio uideret prædam Haganam & manubias non in ærarium, ut inde militum stipendium persolueretur, & bellum aleretur: sed partim militi relictas, partim Ducem sibi usurpare, seque indies magis ac magis collationibus grauatos exhauriri: magna disceptatio ad altercationem usque de iniuria, inter plerumque nobilitate & equestres Gelri nominis coorta est. Quare ab

re alter Consulū Fredericus Vochtius, ad Ducem missus est. Ille ut eos in fide contineret, blandimenta dando, alia excusando, quod deinceps militē longē magis uoluntariū & alacriorem essent habituri: promittendo in posterum meliora, presentem dolorem mitigauit. Sæuitū interim in urbe est impotēter & inhumanē in obsides, sponsores, captiuosq; Hagenses: non solū publicē, sed priuatim etiam, ad exprimendū tormentis, quanti se redimere uellent obsides Hagenses, cum xx. milia non soluerent. Arenacum abducti biennium in uinculis fuere. Mittuntur per omnes Hollandiæ uicos, ut in urbē ad paciscendū quadriduō adessent, nisi extrema hostilium operiri mallēt. Publicē per eos dies Burgundionibus indictum est bellum. Episcopus cum infestis signis nocte ad suburbānum Albanæ portæ progressus, molam Gerardi Feutij, factiosi hominis, iniecto igne uellit. Gerebantur ista circa Ultraiectum ad Cal. Martias. Schenkius cum ijs copijs, quas tum in armis habebat, Iselæ uadum transgressus, cum Campensibus, Bubile, quod Gelrus ademptū in præsidij speciem dudum munierat, obsedit. Huc ut aditus Burgundis clauderetur, paulo sub eorum accessum per fossa Iselæ aggere, factisq; circa præaltis, quibus demergerentur, puteis, proxima prata inundarant: nec poterant illi dolum, ubi omnia aquis tecta erant, facillē aduertere. Septimo idus Martias signo expugnationis proposito, cum præmissum militem ad postulandū in deditioem præsidium, iactu globi Gelrus uiolasset, percussissetq; ira atque indignatione accensi militum animi, datis prædæ atq; cædi omnibus hostium, per inundata pratorum arcem duobus simul locis, ab Isela, et alio à Camporū conspectu auerso, inuadūt. Primum alijs super alios passim in puteos ruentibus, postquā dolum sensere postremi præcedentium, qui hastis cautius loca prætentabant, uestigia insequentes uallū tandem subiuerūt. Inferunt scalas, nitunturq; triplicibus ordinibus in summa. Gelrus contrā, hostem unā cum scalis ad stantes aggeres illatis, hærentibusq; deturbare, corpora pro muris opponere, stragem edere. Et Burgundus receptui iam iam, multo labore fatigatis, signum dedisset, nisi duo signa è Campanis ciuibus scripta, aduersam Iselæ præsidij partem, & præsidij Gelrorum nudatam, duobus sceno onustis uehiculis in fossam cōuectis, à tergo adorti essent. Capiant Bubile, cæduntq; in uallo Gelrum, fortiter Schenkianum deficientem militem. Tum demū undiq; in summum emicant: ac trucidant, quantum militum in præsidio erat: uno uix aut altero elapso, qui hostibus immixtus paulo post in pacatum euasit. Cæsi fuerunt centum sexaginta sex. A Schenkianis desiderati sunt, maximē Campensibus, xxxvii. Capto præsidio, ad direptionem milites conuersi, cælos spoliant, ac nudāt. Fortē ita accidit, ut corpora & animos reficere iussi, militari licentia computationem in seram usq; noctem inter spoliata cadauera extraherent. Cæsorū unus, ut erat nudus, & multis uulneribus laceratus, pro exanguis tamdiu in reliquo congesto mortuorum corporū aceruo iacuerat porrectus, sese erigens, cum supplex uitæ incolumitatem precaretur,

caretur, exterriti omnes quotquot ibi aderant, & stupefacti, penè mil-
 itares spiritus, quamuis uino iam graues, exanimabantur: rati unius ex-
 emplo, statim alios post alios surrecturos. Sed quia animorū uictorum
 ferocia iam defæuierat, uita donatum, Campos in xenodochium au-
 ferri iusserunt. Nec Dux suos diu circumsideri passus, quantum copia-
 rum per id tempus in armis habebat, ad liberandū eos obsidione misit.
 Audito circa Hattemā, præsidium captum, & seram opem esse, exultis
 hostiū nauibus, quæ infra paulo in ripa stabant, haud procul ab eo op-
 pido, castra fecerunt. Burgundus hostium opus demolitus, præsidium
 Vuinsenorum ex aduerso trans Iselam, adoriri constituit. Copias itaq;
 extemplò Campos reductas, ubi per pontē appropinquare Gelri pro-
 cul conspexere, nihil obsidionem morati, arcem iniecto igne deserunt.
 Hac Schenkus solo æquata, ad Atræ Paludis ostium nulla mora castra
 mouit. Trabes in uadum ad discutiendam uim fluminis fistucis adactæ
 erant: quibus passim ternos pedes extantibus, aliæ decussatim ac trans-
 uersim impositæ, onus & molem uniuersam præsidij sustinebāt, ne sub-
 terlabentis annis impetus aggerem inuectum cōuelleret. Quod, quia
 difficile erat à terra oppugnare, naues, quas eius loci incolæ Ollas uo-
 cāt, admouit dux Burgundus: quibus operibus, tormentisq; impositis,
 ab uno latere trabes uado fixas, quæ ipsum præsidium gerebāt, tandiu
 quassauit, donec uallum & rimas ageret, & ruinam ab ea parte minaret.
 Cæterū paucis diebus, quàm circumsideri cœpta fuit, in deditionem ue-
 nit. Inde ad Hassaliam castra translata sunt. Rossemus inter hæc expedi-
 tionem cum omnibus copijs in Septem syluas simulat. Ea fama erectus
 Episcopus, pridie Idus Martias, sexcentos delectos pedites, & equites
 LXXV. ad utramque Batauiam depopulandam, Rhenum transporta-
 uit, ratus Gelro Iselam transgresso, totam insulam præsidij nudatam fu-
 isse. Rossemus, qui circa Zutphaniam adhuc castra habebat, literis suo-
 rum certior factus, episcopi copias uadū transisse, adeoq; iam intra duo
 uasta flumina clausas teneri, præmissis nuncio mandat, ut quacunque
 uaderent hostes, à tergo mobiles aggerum uectes, ne equiti retrò rece-
 ptus in fugam foret, occluderent: (nam una tantū regia uia prope ripam
 Rheni ipsis tenenda erat:) ipse uero extemplò sublatis castris Vuagenin-
 gam crepusculo diei quanta potuit celeritate ad prohibendam populati-
 onem festinabat. Grassabantur interim securi insidiarum & hostiū, po-
 pulando prædationibus & incendio omnia, Episcopi. Amorfortiæ e-
 ques erat Albertus Lumannus: hic allato in ciuitatem Gelrorum à simu-
 lata expeditione reditu, in Batauiam, consensu desultoria celeritate e-
 quo, sub noctem Dorestatū subditis calcaribus petit. Et quia portæ clau-
 sæ erant, inclamat uigiles, qui in murorū stationibus excubias agebant,
 iubetq; Coss. ut intromitteret, ocyus accersi esse, inquit, quod de con-
 muni salute, si exercitū saluum uellent, communicaret. Detrectantibus
 autem illis aliquandiu ob præsentem noctem aperire portas, uix multis
 obtestationibus equitis Amorfortij, & diris imprecationibus, qui mos
 homini

homini habebatur, portula ei aperta fuit. Ductus inde in arcem ad episcopum, narrat de Gelrorum in Batauiam transitu, suasque copias, ni mature, misso extemplo cum literis nuncio, trepidè domum, priusquam longius euagarentur, reuocaret, ad internecionem haud dubia clade contumptum iri. Triplo enim hostium copias peditum equitumque numero auctiores esse, quam sui essent. Et ut fidè uerbis suis faceret, uinciendum uinculis se obtulit, ni occidione tam delectus exercitus deleretur. Risu exceptis hominis uerbis, tantum abest creditum ei fuisse, aut de reuocando cogitatum, ut uix ab iniuria sit parsum. Mane diluculo diei Rossemus supra Vuageningam ad Rhenum peruenerat. Hic paululum dum exercitus à nocturno itinere fessus, raptim corpora reficeret, & episcoporum iter, missis ad id speculatoribus cognosceret, moratus cum exoriente sole, uadū transit. Episcopij tamen in expectato hostium aduentu primū nonnihil attoniti subsisterent, (quippe quos Iselam transmississe persuasi erant) uirtute tamen & singulari audacia freti, copias partuntur: ignari quantus hostiliū copiarum numerus esset, (erant ad duomilia peditum, & ducentos equites) Itaque præmissi ad ducentos leuis armaturæ episcopij, qui cum hostium leui armatura uelitarentur, minimo momento eos fuderunt, fugaruntque. Hac uictoria elati, cum reliquo robore in Hulsdam, Gelrorū reliquis signis obuiam processerunt. Ibi apparuerunt & signa hostiū plura, & acies longius quam pro numero explicata. Præsulis copię ubi sensere, retro obiectis repagulis, et obicibus itinerum, fugæ copiam interclusam esse: ac proinde uel pugnando fortiter inuestigio moriendū, uel abiectis hastis in hostium ditionem uadendum: ne tentata quidem pugna, armis positis Gelro se permiserunt. Equitum partim capti, partim cum equis Rhenum tranarunt. Stabant pedites capti sesquihoram, expectantes quoad militari lege dimitterent: cum consulti de uindicanda clade, ad Camporū Bubile nuper accepta, duces interim teneret. Tandem postquam diu consultatū fuit, ualuit nefas, ut fides data, quæ apud barbaros sancta & religiosa habita semper est, uiolaretur. Itaque Gelra religione ipsis seruata est fides. Ductores in mediam concionem progressi, crudelitatem cladis Campensis uerbis exaggerarunt. inde inhortati suos ad sociorum necem ulciscendam, ut eam sanguine hostili nunc expiarent, in inermes, captiuos, in acceptos in fidem, in deditios ferro irruunt, trucidantque occidione omnes: paucis exceptis, quos militaris gratia cædi subtractos in pacatū deduxit. Perijt ibi membratim penè discerptus, secundę cohortis dux Pellicius Buscoducensis. Capti sunt Pitanus Amorfortius primæ cohortis ductor, & Fredericus Sombrefus magister equitum, ductique Arenacum. Fama inde cladis Batauæ Dorestati accepta, cum magno tumultu concursus in forum ad episcopū populi est factus. Alij portis effusi turmatim, inter spem & metum hærentes, quanquam audierant, redeuntē equitem percunctantur, quæ fortuna exercitus, quis uel casus pugne esset. Episcopus, qui omnem uictoriæ obtinendæ spem semper in ijs copijs posuerat, ob robur uiro-

Episcopij ambagandi
 publicum esse

in cap. 7.

rum,

rū, quos è multis cohortibus dimissis delegerat, diu mœstus confedit
 tacite apud animum suum illos detestans, qui authores ipsi ad eam expe-
 ditionē extitissent: sibiq; haud minus iratus, qui cum tot signis futuram
 cladem & multorum uaticinijs edoctus esset, nulli omnium fidem habu-
 isset: optans id temporis potius ocio & quieti datū fuisse. Ultraiectinis
 uero ante meridiem, nuncio partæ uictoriæ accepto, multiplex contra
 tantaq; adeò lætitia oborta fuit, ut si iam cum episcopo ac Burgundioni-
 bus debellatum fuisset. Facti igitur hoc successu ferociosiores (quia rumor
 increbuerat, insignia Cæsariana apud multos ciuium in occulto haberi)
 de proditione inquisitionem fieri iusserunt. De nonnullis quæstionibus
 in uinculis sunt habitæ. Quidā metu, ne indicio proditi poenas legibus
 darent, uoluntario exilio se multarunt. Per eosdem dies in urbem nun-
 ciatur, castellum Miertanum, in quo ditissimum commeatum, Ultraie-
 ctum importandum negotiatores paucis antè diebus condiderant, ab
 Amsterodamis obsidione cinctum, ad deditioem inclinari, ni maturè
 missis auxilijs subueniret. Redierat domū opportunè exercitus uictor.
 Mittuntur eò raptim duo signa, delecti roboris, quæ pulso ab obsidio-
 ne hoste, quantum commeatum ibi sepositum esset, in urbem deduce-
 rent. Sed recentis Batauæ cladis Hollandus nuncio, et Gelrorum accel-
 su cognito, obsidionem soluit: territus credo, ne similia pateretur. Con-
 fluxere ex omnibus item Hollandiæ uicis Ultraiectum, contra edictum
 principis, cum pacto pro rerum incolumitate, argento. Cœnæ Domi-
 nicę et Ordinū ecclesiasticorum ratio, quod tumultibus bellorū omnia
 arderent, à D. Thoma Neoclesiano, qui ea tempestate exul Chorepisco-
 pus (ut ipsi uocant) & Episcopi uicarius erat, Delphis habita fuit. Geot-
 gius Schenkus, quia res belli prosperè gerebat, VII. Cal. Aprilis, in
 Transiselanis Caroli V. Cæsaris Ducis Brabantia Comitisq; Hollandię
 nomine insigni apparatu inaugurat: iubeturq; cum omni Phrisiorum
 nomine ditionem Transiselanam præses obtinere. Rebus his cōfectis,
 ad exercitum redijt. Gelrus iam spe omni potiundi Transiselana poten-
 tia prorsus abiecta, ubi uidit eam ad Burgundiones translata esse, ut
 suas opes aliunde confirmaret, Ultraiecti comitia haberi de renuncian-
 do nouo Episcopo, quem ipse diceret, statim imperat: ita ut ipse in tu-
 telari ecclesiæ ipsius iure permaneret. Conuentum ab omnibus ordi-
 nibus in comitia est XVII. Cal. Martias, ad dicendum creandumq; Du-
 cis iussu episcopum, hominem imaginum maiorum splendore clarum,
 Canonicū Coloniensem Comitē à Bichlia. Itaq; hic eo die, quem dixi,
 publicè more maiorum pro concione populī, additis consuetis ceremo-
 nijs, episcopus Ultraiectinus declaratus est. Postero die huiusmodi lite-
 ræ Amorfortiam (nam hinc nondum hostilia profecta erant, & in ami-
 cis habebantur, quod cum Episcopo arma non consociassent, licet præ-
 sidia quæ imposta essent, ex ærario ali, uulgò persuasum haberetur) ab
 ordinibus ad senatum mittuntur. Non ita diu est, socij atq; ijdem amici
 & fidelissimi & prudentissimi, quod ad uos scripsimus, nobis stare sen-
 tentiam,

25 martij

26 martij
15 aprilis

tentiam, in fide principis ecclesiastici permanere, uti boni populo, qui sub tutela atq; umbra D. Martini lateat. Quoniam autem, prosumme Deus, quotidie experimur, illustrem atq; excelsum uirum Henricum Palatinum declaratum episcopum nostrum, multa contra fidem suam designare: multa facere, quibus libertatem communem oppugnat: plura patrare, quibus diploma iuramento suo confirmatum uiolat: quibus proceria & cardines D. Martini non extendit, sed contrahit & coarctat. alienato enim sub ius ac ditionem profani principis Transisielano populo, metus nos tenet, utinam uanus, ne plura sit alienaturus. Quare aduersus inimicorum uim, & hostium uires, ad tuendum communis patriae libertatem ac decus: ad defendendum ab Hollandis D. Martini ius: simul quo alienata recuperent, & rupta dissutaq; sar ciantur, heri frequentium ordinum conuentu habito, concordibus omnium suffragiis illustrem nataliumq; splendore clarum hominem, Comitem à Bichlia creauimus tutorem ditionis ecclesiasticum, ad administrandum maiorum more utranq; iurisdictionem. Factumq; à nobis id est eo consilio, ut ubi primum inter regnum erit, quacumq; uia id eueniat, eum episcopum renunciemus: eum pro principe, omnibus iustae inaugurationis & iuramenti caeremoniis datis, recipiamus. Quoniam autem hactenus uos ut fidelem obedientemq; D. Martini populum, in omnibus officiis praestitistis: non dubium nobis est, quin eadem nobiscum uobis stet sententia: sub ecclesiastici principis imperio manere uelle: tueri uestra iura, tabulas iuratas exequi: nec alios, quam bonos uicinos sociosq; praestatueros. Itaq; quod ad hanc tutelarem gubernationem attinet, non uoluimus uobis clam esse, quod sciremus uos à nobis staturus, eandem sententiam et mentem item fore, id quod pro certo tutore designato affirmabimus. Subscriperant ordines consueto more. Tabulae impressae signo Decani. Erat inter haec Schenkus in hoc totus, ut ab ea parte, ubi infirmissima esset, binis castris munitis, Hassaliam graui obsidione circumfessam, breui oppugnaret. Gelrus diffidens praesentibus oppidanorum uiribus, & paucitati militum, quos sub hostium accessum imposuerat, nocte silentio sexcentos armatos tectis nauibus in oppidum misit. Haud inde diu mortuus dux Burgundus, dum recens & terror esset, & minus paratus ad propugnandum tutandumq; haberetur, duobus simul locis tormenta admouet. Vbi quassati ita muri essent, ut per ipsas ruinas apertum iter in oppidum armatis pateret, clamoribus id inuadunt. Duxerant incredibili celeritate oppidani introrsum fossas praeraltas, quibus trabes praecutas ita infixerant, ut pronae in hostem, eas transcensuro illi aduersae forent. His agger humilis, cum uallis in super fixis, et occultis cuniculis oppositus erat: in his collocati latebant tormentarii. Pone aggerem uero stationes stabant armatae. Ad hanc fossam hostes confertos duobus ordinibus acie firmata progressos ubi propugnatores sensissent: è cuniculis occultis ingenti certamine ferire ceperunt. Et antesignani praecipitio obiectarum fossarum territi, cum refugere conarentur, uel multitudinis tergo haerentis, alij

super alios præcipitati, partim uado hauriuntur, partim nube spherularum ex occulto obruti, fossam cadaueribus compleuerunt. Schenkius spe potiundi oppido in præsentia abiecta, suos in castra extemplo reduxit: misitque illico, antequam spoliarentur, præconē, qui fidem oppidanorum pactus, cæforum corpora ad sepulturā deposceret. Responsum à milite est uictoria feroci, id tum impetratum eos laturos, ubi ipsi occisorū spolia legissent. Postero die nuda corpora duabus nauibus auferre hostibus permissum fuit. Successu hoc Gelrus elatus, non solum spem tuendi retinendique oppidi in armis & audacia habebat, sed noctu diuisos aggeres reficere: oppidum ualidius scrobibus, quas lupinas nuncupant, circa uallum factis, munire: interdum crebris eruptionibus eos, qui circa tormenta, quique in stationibus erant, turbare. Tenuit per hæc Schenkius suos aliquot diebus in castris, partim ut uulnerati curarentur: partim quod inopia pulueris tormentarij, & aliarum rerum, quibus ad perseuerandū in obsidione opus esset, penuria, ab oppugnando inuitus desisteret. Sed breuius Amsterodamo aduectis, acrius multo quam antea, hostium opera & munitiones discutere, & oppidū expugnare constituit. Et quia mcenia paulo antè machinis discusserat, priusquam suis signum daret, oppidanorum labores, quamuis humiliores quam qui euertere poterant, diruere grauioribus tormentis aggreditur: ut ruina simul ædificiorum, quæ proxima uallo erant, & ciues & præsidia introrsum à cura tuendi locum reijcerent. Simul dato signo, armati impetu uallos fossæ infixos subeunt. Oppidanos, tantū abest tectorum ruina perterritos stationes deseruisse, ut etiam multo acrius quam antea ad deijciendos Gelros intenti essent. Nusquam Burgundi plus claudis accipiebant, quam è cuniculis, unde uallos & modico interuallo obiectum aggerem tuebantur. Itaque sceminis picem feruentem, & picatolino accensas coronas, saxa, & tela omnis generis, ad uallum gerentibus impigre oppidum eo item die defenderunt. Burgundus suorum strage perturbatus, receptui signo dato, milites in castra reducit. Grauis interim frumenti, grauis annonæ inopia, grauis bombardarij pulueris, & globulorum penuria, qua præcipue in oppido laborabatur, postridie effecit, ut priusquam Schenkius sese ad oppugnationem expediret, cum dum com meatum & auxilia recepissent, arte extraherent, & colloquium de deditioe faciendâ peterent: mittunt simul cum literis clam nuncium ad Gelrum de frumento, et aliarum rerum inopia, sine quibus obsidio diutius sustineri non posset. Schenkius quiduis potius quam fraudem suspicatus (erat enim, ut cætera cordatus & militari gloria clarus uir, ita natura in uictos & dedititios clementior, etiam post acceptam cladem, quam credi par est: quare & hostibus formidabilis erat, nec minus quam suis charus) & perfidiam, permisit ut ad se in castra in colloquium, de conditionibus tradendi oppidi acturos mitterent. Postquam in castra peruenissent, Schenkius leniter castigata Hassalorum pertinacia, legatos monuit, ut salutem publicam priuatis paucorum consilijs anteponeret, priusquam

quàm extrema experirent. Quare si arbitriū liberum de se ipsi permitte-
rēt, dicturū se equas cōditiones populo Hassaliensi, & tolerabiles. Expri-
mere conantibus quarū conditionum arbitrium: responsum est benigni-
ter, ut saluis fortunis & uita oppidū dederent: milites cum singulis uelti-
mentis inermes, & singulis rudibus exirent: Vuissingum & Cētellum
defectionis autores uiuos traderent. Has condiciones, si placerent, ca-
pessent: sin minus, ipsis noxæ fore. Legatis petentibus relationē, haud
negauit quidem ad referendum spacium Dux Burgundus: sed ut ad cer-
tum induciarum diem responsum referrent. In oppidum reuersi legati,
ubi in concilio Burgundionis postulata exposuissent, tantus fremitus
ab hominibus Gelri nominis dicitur ortus, ut uix à Bernhardo Hacfor-
tio, qui oppido præfectus erat, & senatus principibus sedaretur: adeò in-
digna & grauis postulatio ea uisa est: duos deposcere, cum ad armatas
militum cohortes negotiū capti nuper oppidi pertineret, qui res Hassa-
lorum per proditionem ad Ducem Gelrum traxissent. Quare commu-
ni consilio Gelrorum ita conuenit, ut ad ultimum induciarum diem
responso extracto, oppidum nauiter pergerent tueri: commune omni-
bus periculum & salutē fore. Quærebant moram temporis, dum cum
magnis copijs ad pellendos ab obsidione hostes et frumenti copia breui
Dux adesset. Missus interim nuncius cum literis ad Hacfortium, ut stre-
nuè, sicut hæcenus fecisset, res Hassalicas armis tutaretur: biduo quod
roboris militum usquam haberet, ad futurum cum comœatu. Hic dum
parum notis callibus oppidum petit, incautus in hostium stationes illa-
psus, ad ducem exercitus perducitur. Fraude Gelrorū ex literis lectis hic
detecta, tempus induciarum pactum, scilicet ut expectando auxilia om-
nia simularent, dum nouis uiribus adiuti, oppidum egregiè permuni-
uissent, nuncium in castris custodiri iubet: mittitq; speculatores, qui Gel-
rorum iter et aduentum explorarent. Horum ignaros omnium oppida-
norum animos, iterum per colloquia tentat: simulq; machinas expedi-
ri ad terrorem, imperat. Tum demum desperatis auxilijs, legati iterum
ad dedendum oppidū processerunt. Schenckius asperè increpita Hassa-
lorum perfidia, quod aduentus auxiliorum spe, per induciarū speciem;
consultationē de faciendâ dedititione simulassent: quodq; eo cōsilio mo-
ram temporis solum quæssissent, nihil dixit se de cōditionibus superio-
ribus subtracturum. Quare ea, in quæ de dedititione tum conuenturum
erat, capessent, ne superbius & uiolentius plura addere cogereēt. Ora-
tio legatorum erat in eam sententiam, ut se purgarent, culpam capti op-
pidi in fraudem Ducis Gelri auertentes. Quod autem nuperas conditio-
nes aspernati fuisse dicerentur: ipsum Schenckiū scire, penes Gelra præ-
sidia imperiū esse, & clauium portarum custodiam. Obtestari eum se, ut
cōsueta sua clementia usus in dedititios suos, permitteret præsidia, sub
signis militaribus oppido excedere: neminem deposceret. Respondet
Burgundus, id ita se permissurū, si sine puluere bombardario, sine glo-
bulis exirent: si menslem nulli aduersus Burgundiones in auctorarentur.

Legatis in oppidum regressis, per exploratores Schenkus factus certior, Rossemum cum duobus pedum milibus & quingentis equitibus castris appropinquare, pro uallo in conspectu ciuitatis illico aciem instruit, hosti copiam pugnae facturum. Gelrus quamuis paulo uiribus inferior, uirtute tamen delecti roboris sui confusus, tum quia equitatu praestare uidebatur, suos contra in pugnam educit: loco tamen iniquiori hoc nomine fretus, quod solem exorientem aduersum haberet. Inde cum Schenkianis ad datum signum in genua prouolutis, hostiliu tormentorum globi proiecti aberrassent, Burgundi ita alacres & laeti sese erexerunt, ut eos iam uicisse crederes. Et primum emissa tormenta ingentem hostium stragem edunt. Mox dato signo pugnam lacessunt. Sed Gelri turbati certis globorum iactibus, illorum impetu non ferentes, per leui momento pulsi loco sunt, & in fugam acti. Rossemus cum turbatos ordines frustra restituere conaretur, & hostis persequi desisteret, a fuga omnibus receptis, castra sua contra Burgundionum castra posuit: constituens interim sub signis Hassalia egressis, Burgundus oppidum occupat. Ac priusquam castra transtulit, praesidio imposito, aduecto quoque comitatu, ualidius multo quam antea communiuit: praecipue ab ea parte, ubi omnia ruinis patefacta, & moeniorum strage nudata erant. Gelrus, principis interis cum copiis interim domum accersitus, quia ex ostio Rheni ingens exercitus Burgundionum in singulos dies moturus ferebatur, per ciuitates parum munitas dispersus fuit. Auxit Gelro illud quoque metum, quod ad id robur praesidia ex omnibus Hollandiae ciuitatibus contracta, in supplementum exercitus, paulo ante ad hoc bellum decreti, undique colligerentur. Ultraiecti est non minus ad hos rumores trepidatum. Nam in Transsylvanis, omnibus recuperatis, cum in conspectu penes hostium castra haberent, certam obsidionem, sed frustra, sibi augurabantur. Arma edicto & tela publice expediri, ad omnem euentum, iussa: moenia commentariis operibus, muri & aggeres, sicubi ruinas egerant, aut corruebant, reficiuntur. Deserto castello Hammensi, praesidia ad tuendam urbem auocantur. Pars nobilium, maxime qui unam Hagane direptionem interfuerant, castella sua repetunt. Iisdem diebus pleraque nobilitas primae factionis, excubiis nocturnis, per urbem sursum deorsum, incertis autotibus acta fuit: quod in omnem fugandi urbe post dies paucos Gelri, uulgo arreptum fuit. Toto belli tempore sub moenibus extra ciuitatem, inter murum & circumductam fossam, per stationes turrium excubitores dispositi fuerant: quibus a re ipsa, uulgo, a rependo & placide circumeundo nomen erat. Hi ad omnem strepitum & susurrum uel arundinis, uel arborum motum, quamuis leuem, uigilias supra caput in murorum speculis inclamare consueuerant, ut intentum, ut accurratum, oculis prospicerent, ac cum cum lustrarent omnia. Per eos autem dies duo est Burgundionum castris in Rheni ostio, nocte Ultraiectinorum excubias exploratum emissi, profundo facis primae silentio, in suburbanum penetrarunt. Hi per fossam, quae

quæ eo anni tempore uadola erat, placidè muros subeūtes, cum ab ea urbis parte reptatorem uigilem in tuguriolo humili stertentem oppresissent, arreptum obuerta ceruice, ferro iugulo admoto, si clarum mutiret, in uestigio moriturum, per fossam secum retro in castra abducunt, audaciæ suæ miraculum edituri: simul ut appareret, quàm negligēter stationes uigilum dispositas, in tanto discrimine, castris hostium in ipsis portis penè positis, Gelri haberent. Sed ab hoc captiuo certè nihil aliud, quàm cōfessio trepidationis in urbe, expressum fuit. Ea cognita, ad duomilia peditum in agrum Ultraiectinum populabundi incursionem, ut pauorem augerent, fecerunt: atque aliquot uitis agrestibus ædificijs ab occidua urbis parte, in castra redierunt. Gelrus illico domos suburbanas portis proximas aut dirui, aut deiectis stramentis ac tegulis, tectorum fastigia nudari iussit. Hortos præterea, & quantum arborum circa urbem, præter Centesimarium, erat, succiderūt: haud dubiè in duas res usui futurum: & ut prospectus longissimus in circumiacentes agros esset: & ne hosti ad obsidionem, quam parare existimabatur, arborum syluæ opportunæ foret. Inde leproforum xenodochium, & cœnobium Patæ Vallis tristi spectaculo, iniecto igni depopulantur: ueriti ne, ut maxime urbs castris positis non circumsideretur, ad intercludendam comitatu Ultraiectino uiam, in præsidiorum formā ualidè munirentur: id quod circa belli principium ab episcopo parari uisum fuerat. Relatum quoq; fuit de æquandis, ad dimidium miliare quaquauersum solo, omnibus: sed populi inde fremitu coorto, turmatim in forū prorumpentis, id consilium reiectum fuit. Gentilitia episcopi Henrici insignia Martino tutelari erecta, per hos ipsos dies factio deiecit: decretumq; est, ne catalogo episcoporum adnumeraretur Bauarum nomen. Dies iam exierat, Hollandiæ uicis nuper inter Vuordam ac Leidam, ad redimendam stipulatæ pecuniæ, ne hostilia paterentur, fidem constitutus, Gelrus accepto edicto ne paciscerentur, ex urbe in illos excursionem populabundus nulla mora, fecit. Inter prædandum passim aliquot leuibus prælijs confertis, tertio quàm exierant cohortes, die domum redierunt. In suburbio Cathariniano sequenti nocte, molam uisit episcopus, sperauitq; subito illo terrore nocturno Gelrum se pelleretur. Spectatus triduo post sacellum Antonij extra Lauuenrechtā incendio euertit. Ultraiectini Montfortiam prætergressi, Veteres Aquas excursionibus leuibus laceflere aggrediunt. Sed cum ex oppido uiribus diffisi, se effundere non auderent, uico proximo Rosauellensi incenso, prædamentorum non contemnenda onusti domum redierunt. Burgundi, qui in ostio Leccæ in stauis tum erant, Rhenum prope Dorestatum transuecti, totam Batauiam infestè populantur. Et Schonhouiæ uano prodicionis metu his diebus trepidatū fuit, & ad arma conclamatū. Ex Leccæ ostio sex signa ad exciendum urbe Gelrū ad moenia propè mouerūt. Ultraiectini cum neq; militum robore, neq; animis ad certamen Burgundis pares essent, clausis portis aliquandiu intra muros se conti-

procurant habent dunt
 erant florum

nuerunt. Præcipuè timor incessit Rossemum, ne in locum insidiarū tractus, & ab exitu & urbe exclusus, ipsum Ultraiectū amitteret. Quare ne pugna detrectare omnino uideret, multitudinem tormentariorū cum aliquanta monophrattorum parte ad laceffendum leuibus excursionibus magis quàm conferendum prælium, subito porta in hostem effudit. Sed uix tentata procurfionibus uelitatione, fugantur atq; in urbem retro compelluntur. Rebus ad istum modum Burgundionum auxilijs prosperè gestis, episcopus recepto animo, cum trecentis equitib; Amorfortiam pridie Id. Maias uenit. Postridie petenti, senatus uetus & nouus in curia, & populus datus est. Huc postq; est introduci cum Gulielmo comite à Renneberga, & Vuolfio Absternio doctore iussus, Absternius longam orationem ad conciliandos populi animos exorsus, ordine narrare ea ccepit, quæ hominum memoria à Carolo Gelrorū Duce in qua in Ultraiectinorum Episcopos acta essent; ducto narrationis principio, à clade Oldensalensi memorabili, sub Frederico Badio accepta; ex aggerando indignitatem facinoris, & casum illius oppidi ad internecionem usq; deleti miserando, ostendit, quàm nulla affectus iniuria, infestum in focios arma mouisset, insolenterq; uictoriã suam exercuisset. Patris tum leges factas, mox uiolasse, cum sociali, adeoq; intestino bello in Transiselanis laboraretur. Quare cum Suolla, quemadmodum irrepisset, exclusum post paulo fuisse. Sed nulla pacta, nullas condiciones, nullaq; adeo fœdera tã expressa, tamq; arcto uinculo adiuncta fuisse, quàm postrema per Treuirum. His cautum satis Episcopo, ne ille unquã in urbes, oppida'ue, aut quicquid Ultraiectini nominis esset, ius ulla ratione sibi usurparet, ablata restitueret: & quantum præsidiorum haberet, inde deductis, intra suos fines deinceps se contineret. Hęc fœdera in ea prope uerba icta, XL. milibus aureorū, & plus eo, quos Ultraiectinus Gelro persolueret, comprobata, fuisse. Contra ea nihil autoritate Treuiri, nihil publico ciuitatum utriusq; ditionis consilio motum, Hassaliam cepisse, Rhenos inuasisse, Ultraiectum occupasse, bellum indixisse, præsidia & arces ademptas, armatis impositis, iam dudū obtinere. Vbi multa copiosè de iniuria accepta disceptauit, ad postremū, ultima hæc eius fuit oratio. Quoniam autem coactus Episcopus esset, iusta arma, non solū ad recuperanda amissa, sed etiam quod reliquū adhuc esset, tuendum induere: eum quod potuit, hæcenus præstitisse. Cæterum cum bellum diuturnius, & hostis potētia maior esset, quàm cui par esse posset: cōpulsum Caroli v. Cæsaris opes implorare. Peruicisse simul, ut armis & pecunia ab eo adiuuaret, dum amissa uel per deditionem, uel ui recepisset: in primis autem Ultraiectum, caput & arcē gentis. Habita inde gratia, quod obediētes principi suo in dubijs rebus debitam fidem præstitissent, ibi affirmauit religiosè pectori admota manu, nunquã Episcopum, utcunq; res & belli alea caderet, commissurū, ut iura & libertates populi Amorfortij à quoquã uiolarentur: sed effecturum, ut rata ipsis, ut facta tecta perpetuo essent, & seruariētur: additurū se præterea in postero

1528 Julii m. m. m.

rum ad ea cumulatè, quæ à maioribus accepissent. Postquam Abstemi-
 us dicendi finem fecit, extemplò Albertus Colsterus ex autoritate He-
 roinæ Margaretae, à qua omnia eius arbitrio permilla fuerat, quod pro-
 lata tabula signo impressa testabat, ea omnia rata esse iussit: responditq;
 Episcopum rectè fecisse: ac promissit ex autoritate & iussu Caroli Imp.
 ob insignia populi Amorfortij merita, regie magnificentie olim liberta-
 tes, quæ reipub. honori forent. Inter hæc v. Cal. Iunias Florentius Co-
 mes castra è statuis Leccæ mouit: atq; Ultraiectū cum omnibus copijs
 prætergressus, cœnobijs urbi imminentibus igni iniecto, ad arcē Amisi-
 anam obsidendam maturauit. Castris hic locum in utraq; Amisiæ ripa,
 robore in Barena relicto, cepit. Postero die Comes nihil morandum ra-
 tus, præsidium dedi postulat. Negantibus ijs qui intus erant, eo pacto
 haudquaquam sacramento suo satisfactum iri, turrim mediam magnis
 machinis ea parte traiecit, qua trabes inferioris tabulati iuncturas susti-
 nebant. His duobus missilibus, ita disclusis, ut uniuersa moles trabium
 fulcimentis destituta rueret, aliquot cohortes extra ordinem, dum recēs
 esset præsidiariorum & metus & perturbatio, absente reliquarum copi-
 arum robore, uallum improuisò inuadunt, capiuntq; adeò primo impe-
 tu. Gelrus è ruinis hostem cum passis fluentibusq; signis uallū tenere,
 & interiorem areā occupare conspiciatus, & partem suorum porta, quæ
 à tergo erat, elapsam Bunscothiam fugere, magna uī in aduentantes toni-
 truare tum demū cœpit: sed nulla Burgundionum prorsus clade, præter
 unum equū. Interim accedentibus alijs copijs, ubi non solum uallū, sed
 interiora areæ etiam hostium plena, iamq; crates ad opplendam fossam,
 et scalas ad parietes præcipites inferendas, expediri parariq; cōspexere,
 extemplò deditioem faciunt, seseq; hostibus permittūt. Horum duces
 erant, Rodolphus Itersemus exul Suollanus, Mauritius Neoclesianus
 uir elegantis eruditionis, Vuernerus prætor Harderwicensis. Inter hos
 Mauritius pridie Cal. Jun. Amorfortiā missus, tolerabili precio à Lub-
 berto Turco traditur comsanguineis Arnoldi Pilani, qui per id tempus
 à clade Bataua Arenaci adhuc in custodia tenebat, ut duorū horum per-
 mutatio captiuorum fieret. Postridie eòdem reliqui captiui ad xxxii.
 missi, partim in publicam custodiam (quæ obtusa turris appellatur) du-
 cuntur, partim in carcerem Marianum conijciuntur. Est locus cōcama-
 ratus sub præalta turri D. Virginis, quantum spacij in quadratū intus
 medium complectitur: in quem ad læuā, ubi sursum ascensus patet, de-
 orsum per decem gradus descendit. In hoc subterraneo specu pars con-
 diti fuerūt. Huius testudo summa ante aliquot annos casu rhoptri cam-
 panarij fortè per fracta fuerat: & resarta quidem cœmentariorum opera
 postea. Sed cum laterum recens iunctura haudquaquā ueteri reliquo
 operi uetustate indurato compactoq; responderet, facile accidit, ut mo-
 tu ponderis ænei, & pedum cōcussionibus, saltuq; quotidie trahentium
 pulsantiumq; laterum compago eadem dissolueret. Eam infirmitatem
 testudinis ciues tū fortè inter se admirantes captiui ab imo exaudiebant.

Itaque noctu unus aliorum humeris sublatus, eam testudinis partem manibus explorat: sentitque non solum exempto uno latere reliquos esse mobiles, uerum etiam sua sponte unà cum tessellis areæ æquatæ, quæ testudini instrata est, in suū aliorumque capita ruere. Lætus ob insperatam inexpectatamque fortunā, primus in summā testudinē emicat. Inde alij post alios mutuis humeris leuati, ubi ad unū omnes sursum euasissent, in turri coemeterij Franciscanorum fratrum asylum fugerunt. Florentius interim armatis arci Amisianæ impositis, & alijs quæ ad tuendum præsidium opus essent, cum impedimentis & machinis Amorfortiam uenit, simulque mandat consulibus extra ostia ciuitatis, exercitui naues tabulis repandis instratas, & alia parari, quæ ad transitū Amisianæ opus essent. Itaque pedes transportatus, quia nox instabat, uespero in Hoflakia (primus is uicinus Gelræ ditionis, quingentos passus ab Amorfortia abest) metat. Posterus dies item corporibus curandis datus est, apparatusque in ciuitate uinæ crates, & scalæ in obsidionum usus. Tertio inde die Comes, omnium armorum genere instructus, cum impedimentis & machinis bellicis, exusto uico, castra mouit: ac Velauia peruagatus, crepusculo diei Hartemam uenit. Expectabatur Schenkus, Transiselanarū copiarum dux: is uerò, quia cum exercitu nondū aderat, ea nocte in Hulsberga Comes castra fecit. His paucis post horis cum militum tribunis præfectus Phrisianæ, transito Iselæ uado (sita enim Hattema est in eius amnis ripa) & omnium peditum robore, superuenit: atque horis aliquot consultando de bellis obsidionisque ratione absumptis, sub diluculum ternis castris positus, oppidum cinxerunt. Harmannus Verhellus arcis præfectus commodum paulo antè trecentos pedites in oppidum præsidio, & ad suorum animos confirmandos receperat. quare quo breuior angustiorque orbis minorum erat, eo facilius muros tueri, & diutius obsidionem tolerare posse uidebantur. Coss. tum erant, Nicasius Isselus, & Arnoldus Allerus. Hi ne ciuium animi recenti terrore labarent, ad uigiliarum munera & in stationibus militum eos miscuere. Peditum duces, Bernardus Ketellus & Altetus Harderwicensis, suos paucos quidem, sed pro oppidii angustia satis multos hortari, ut uirtute sua apud Ducem gratiam inirent, & gloriā sibi ac laudē pararent. Burgundus ratus oppidanos ex tempore metu fluctuantes, deditonem facturos, oppidum, dum recens terror terneret, dedi postulat tertio quàm obsidere coeperat die. Abnuerunt pertinaciter id facturos sese, sed pro fide erga principem suum, quicquid fors ferret, experiri uelle. Tum demum Burgundi opera & machinas simul undique admouere iusserunt. Inde pridie Id. Iun. duobus locis ad Vicinam & Hoenuersam portā quinquaginta ualidis tormentis mane quarta hora cum exortu solis coepta oppugnatio est, atque ad tertiam usque pomeridianam producta. Hac aditu ita in oppidum patefacto, decussis & muris et aggeribus, ut per eorum ruinas intrò descendere potuerint armati, ex templo ductores signorum uices et loca sortiuntur. Inde impetu muros subeunt, Clamor utrinque exortus, oppugnantium defendentiumque animos

74 Junij 1528

mos accendit. Sed ij qui oppido praesidio erant, nullū laborem fugere: *1528 Jan Janio*
 hostem ē propugnaculis & cuniculis ferire: ingentem cladem adulterā *hacten oppugnatio*
 tis globis, & sphaerularū grandine edere. Contra hostibus labore fessis, *et deditū*
 integris succedentibus, nocturnus fermē diurno est continuatus labor.
 Arbitrabatur Burgundus, fatigationem causam haud dubie oppidanis
 futuram, ut dimicando cum integris tandem fracti, & continuo labore
 domiti, facile loco mouerent. Sed expectatio eius rei ipsos fefellit. Octa-
 uum postremō moenibus pulsi, in castra receptum fecerunt. Creuerant
 oppidanis animi, confidentibus contra hostem quamuis frequentē op-
 pidū se defensuros. Burgundus turpe ratus, & ignominiosum, tam hu-
 mili oppido non potiri, pedite corpora prius curare iusso, equites ab e-
 quis descendere imperat, & peditibus misceri. Ibi in magna copia militū
 Burgundis ad moenia succedentibus, atrox de integro oppugnatio re-
 deintegrat, et pluribus quā antea locis. Apparebat uel capere oppidū,
 uel mori in uestigio, stare. Interim dū ardet pugna, Ernestus Schenkus
 Georgij praefecti Phrisiorum F. quia improvidē moenia subierat, globi
 iactu cecidit. Concidit eodem fermē momento Gerardus Longus praefectus
 praesidij Arkesteinæ. Horum casu perculsi milites, fugam trepidē
 relicto oppido, illico in castra faciunt. Tum demum oppidani in refugi-
 entia hostiū confertim agmina ē cuniculis & turribus tela globosq; con-
 ijcere: alios super alios ruentes praecipitare: pro se quisq; ē stationibus
 suis uirtutis exempla edere. Nec latuit eos tam inexpectatē fugē & omis-
 sē oppugnationis causa. Quare dum trepidatio exterritos suorū cla-
 de teneret, uallum sarcire, scrobes alias straminibus coniectas iuxtā fo-
 dere, nihil laboris quamuis tot continuis oppugnationibus fatigati, ad
 patentia murorum munienda intermittere. Eadem nocte ostentum in
 caelo uisum, oppidanos uehementer perculit, & hostiū animos in spem
 potiundi oppidi erexit. Signum decussatum in caelo supra oppidum lu-
 teo colore (horrendum aspectu) terribile apparuit. Id quia Burgundici
 nominis inter signū est, utrinq; ita interpretati sunt, oppidū breui Bur-
 gundionum ditionis futurum. Fuere tamen inter Hattemios, qui id in
 longē diuersam religionem uerterent. Tutelaris ei loco D. Andreas est:
 per uisum inde multis fuit, eum diuum praesens oppido auxilium ut ob-
 sidione solueretur, allaturū. Mane circa lucis principium porta Hoen-
 uersa, quia magnis operibus hostium foede deformata, diuq; quassata,
 ac propē decussa fuerat, procidit: cuius ruina aditus armatis in oppidū
 per apertū planumq; iter patefactus fuit. Tū oppidanis animi feroces,
 alioqui ad diutinam obsidionem sustinendam paratis, ceciderunt: atq;
 habito tumultuose concilio, mittunt legationes in castra ad petendam
 pertinaciae suae ueniam, & pacem: ad dedendum se, suaq; omnia. Condi-
 tionibus, quibus uideretur, hostiū arbitrio ac potestati se permiserunt.
 Fuerunt illae autem huiusmodi: Clades hostium, in primis clarorū ho-
 minum, oppidanis fraudi non foret. Hattema saluis ciuium fortunis, in-
 columi omniū uita, in ius ditionemq; Burgundionū concederet. Prae-
 sidia

fidia traditis armis oppido excederet. Atque his quidem legibus acceptis sine cunctatione aduentu ducū deditio facta est. Miles edicto ne quem uiolarent interposito intromissus, quamuis ex pacto tradendi oppidi direptione abstinendum erat, egrè à dissoluta licentia, capitalis supplicij multa proposita coerceri potuit: à recenti enim clade suorum, spiritus preferoces adhuc efferati erant. Captum oppidū fuit Idibus Iunij. Dum miles interea corpora curat, caesorum corpora (quia calidissimum anni tempus agebatur) sepeliuntur. Reficiuntur munimenta, & ruinis partem muri, sarcunturque alia, quæ globorum ictibus uulnerata, rimas passim agebant, & ob id minabantur ruinam. Triduo quàm hæc ad Hattemam gererentur, C. quinquaginta equites ab Amorfortia in Rhenum agros prædatum profecti, haud procul ab oppido nocte prædantem armentorum prædam uicā auerterunt: simulque castellum Leuodalam inter Rhenos & arcem Horstanam, à Gelro circa belli principium captum, primo impetu inuaserunt. Elburgani cernentes Hattemiorum cinum exemplū (qui quod initio obsidionis pertinaciter se facturos negauerant, calamitate tandem domiti fecissent) ad conciliandos sibi hostium animos, & principis sui iuxta gratiam retinendam, literas ad Ducem mittunt, quid ab sese in extremo discrimine positus, fieri iuberet. Respondit, ab se nihil auxiliij expectandum: quare ipsi sibi consulerent. Mittunt extemplo in Burgundionū castra legationes supplices, ne ad moenia sua infestas copias admouerent: committere se & oppidū & agros suos in uictorum potestatem, libentesque imperata omnia se facturos. His deditioem acceptis, nihil stipendij imperatum: sed præsidia imposita sunt, quibus prouisum præcautumque fuit, ne in posterū rebellarent, aut Gelri impetu consuetis ue artibus opprimerentur.

LAMBERTI HORTENSII RERVM VLTRAIECTINARVM

Liber Septimus.



RER eisdem dies, quibus ad Hattemam iam captam in castris à rebus gerendis cessabatur, mittitur ex Alstera (præsidium id in aduersa, Dauentriæ oppositū, ripa, supra dixi) exploratum quidam, quò castra sua Burgundiones mouere pararent. Fortè tum è castris turma equitum, interiorē Velauia uersus, expatiatum exierat: ut erat anni tempus amoenissimū. Hos explorator ille postquam uidit palantes, ratus eos Iselam ad occupandū castris locum petere, uerso equo, actoque calcaribus, celeriter præsidium repetit. Ibi ex intervallo adhuc metu trepidans, & uix spiritū præ lassitudine trahens, ab equo ille exclamat: hostes mouent castra, horsum iter habet, capeffite rebus omnibus relictis fugam. Creditum ad eò nuncio per errorē uano fuit, ut extemplo neglectis cum assis ad focum ueribus, uix spaciū in fugam se ab

se abripiantibus, armandi colligendi ue sarcinas fuerit. Fugam horū, trepidatio eodem propè temporis puncto Luciferianorum sequuta est. Si tum autem id præsidium in eadem ripa (ut alio loco memoratum est) paulo infra Dauentriam uersus Campos erat: quod quia ciuitati imminere nimium apparebat, ob formidolosam propinquitatē uulgari ioco Inspector ollæ appellabatur. Dauentrienses hostium fuga cognita, ciuitate confestim effusi, transmissio uado primū Altenā diripiunt, ac demoliti cum aggeribus, solo ita adæquarunt paucis horis, ut uestigium propè inexpugnabilis munitionis nullum extaret. Inde Luciferū ad certatim magno labore (quia id longe altero, ob lateritia propugnacula & alia cæmentaria opera, ualidius erat) discicere. lateres in ciuitatem transuecti eodem ardore: atq; inde in foro domū librandis ponderibus infra destinatam, paulo post ædificarūt, quam Librā Dauentriensem, appellarunt: insculptis sempiterno apud posteros monumento & in hostis contumeliā, Luciferi, & Ollā inspectantis capitis symbolis. Eodem die Gelrus Nibeccam, ac præsidium Tulpicum iniecto igne, deseruit. Et ad istum quidem maximè modum æquato timore tribus munitionibus Dux amissis tot antea actas de Transiselanis uictorias, uno die oblitrauit. Ita possessione ditionis Transiselanæ eiectus, de suo regno, ablatam duobus oppidis, sollicitus esse cœpit. Quanquā terra ultra amnem præter Hassaliam, nullum oppidum, & præsidia aliquot obtinuerat, munitionibus tamen in citeriori ripa & Hattema Suollæ obiecta, non solum ipsum flumē usq; ad mare possederat; ut iter nauibus ad deuehendo subuehendoq; cōmeatus interclusum esset, uerumetiam in ipsas tres ciuitates crebras incursiones facere, Dauentriā indies sclopis infestare, eius muros uerberare operibus, adeo per multū temporis perseuerarat, ut consumptis omnibus, ægrè, ac non nisi è Vuestphalia comeatum peterent. Nec potuit profectio ullis castris positis grauius obsidisse ad earum quoq; possessionem obtinendā, quā hac uia. Obsidione æquatis præsidijs itaq; exempti, & Iselæ & terræ possessionem totam illi eripuerunt. Amor fortia ijs ipsis diebus prodicione tentata est à quodam Ioanne Vuesterfeltio: qui arreptus, indicio facto, in carcerē conijcitur. De hoc extemplo quæstionib. aliquot tormentis, habitis, expressum fuit: octo aureis eum corruptum à fratre suo Iacobo Vuesterfeltio famulo Grossij, qui tū temporis bello occupatus erat, si ciuitatē Duci, ab ea parte, ubi D. Annæ sacellum est, tradidisset. Sumptū de hoc cillico supplicium est: ac quadrifariā dissectus, è portis suspensus fuit. Captus quoq; est Vuolfius quidam Gelri nominis quidem ex suspicione societatis: sed homo candidus & perhumanus, & ad tuendam magis cōmunem patriæ salutem, quā prodicionem natus. Sed re deprehensa, quam insons coarguebat, uinculis exemptus fuit. Cooritur simul occulta coniuratio quorundam ciuium, qui sub episcopo stipendium faciebant, ad uersus plerosq; optimates, ut eos prædæ opportunos haberent. Erant inter equites nobilitatis plebei quidam, homines audaces ac facinorosi,

& ad

& ad turbandā quietem intestinā direptionis, atq; aliena inuadendi spe
 prompti. Hos sibi consilij sui participes socios Amorfortia illa iuuenus
 stipendiaria adiunxit: persuasos, si per dolū primorib. ciuitatis animad-
 uertendi potestas, & cōstringendi licentiam militarē adempta esset, libi-
 dinem solutiore uiuendi fore. Querebantur adhæc inter se, illud quoq;
 intolerabile esse, quod æquato iure & ciuium & militum, sibi ea innocen-
 tia in bello, qua in pace sub legibus, citra ullum laxamentū, citra ueniam,
 si modum excederent, uiuendum esset. Nullum inter seruum ciuem, &
 militarem uirum discrimen haberi. Penes se portarū custodias clauessq;
 esse debere, quo excurrendi populatum prædatumq; quoties libitum
 esset (id quod nunc negaretur) facultas foret. Rata itaq; iuuentus inau-
 torata magnum haud dubiè adiuumentum sibi, nobilium auxiliariorum
 equitum societatem allaturam: maximè direptionis honorum spe pro-
 posita. ex composito clam primores ciuitatis, ut quisq; optimus pariter
 & opulentissimus erat, apud principem criminantur, quasi in Gelri facti-
 onem æquo inclinatiores essent. Nullum penè colloquium de Cæsaribus
 opibus & Burgundionum potentia incidere, in quo hostis uirtutem, in
 quo decus & gloriā eius militarem contrā non ueherent. Periculosum
 non modò ditioni inferæ, uerum etiam Hollandiæ, atq; oppidis mariti-
 mis, si clam Gelrus nocte in ciuitatem acciperetur. Ac facile quidem id fa-
 ctu futurum: quippe penes quos portarum clauessent. Hanc rem ut
 sine tumultu episcopus opprimeret, tradito nominum indice D. Absce-
 mio, qui & ipse pecuniæ quàm laudatæ famæ appetentior audiebat,
 constituit primum à Coss. uel arte, uel uī, si aliter nequiret, clauess por-
 tarum extorqueret: atq; inde causā indicta omnes, datis eorum bonis par-
 tim delatoribus, diripendis, partim fisco inferendis, cōdemnare: haud
 quaquam sycophantiæ huic crediturus, si clarissimorū præcepti legum
 latorum Solonis & Draconis, non habendā calumniæ fidem esse, nec
 mor fuisset. Neq; de controuersijs quicquam à uacuis ira & odio statu-
 endū prius, quàm utrius causā iustior atq; inculpatior esset, cognosce-
 do compertum haberetur. Cæterū Coss. accersitus ab episcopo, ac cla-
 ues tradere iussus, nihil cunctatus tradit. Erant in principis tum consi-
 lio, quibus clam ob id hæc consilia struebantur, quòd hospitali iure in-
 pensius erga benemerentes ciues affecti uulgò crederent: quare ne pro-
 cederet, quod agebat, illis arbitris, in metu erant. Hi tum fortè, excepto
 sermone cuiusdam, ex intimo consilio, de supplicio bonorum, ubi in fa-
 rium facinus agi sensit, detexit consilium. Refertur tumultuosè in le na-
 tum. Mittunt Coss. ad principem, quæsitum materiā atq; occasionem,
 quam obrem, quibus delatoribus, ad cædem, summos uiros, de ipsius
 dignitate bene meritos, & eos quidem indemnatos, destinasset. Vbi id
 quod agebatur, è responso episcopi, senserunt, perpurgatis se suisq; ad-
 uersus calumniam, ostenderunt, quàm perniciosa pestis reipub. esset ei-
 uis merens, qui patriæ suæ præsidio imponeretur. Si qua uetus simulac-
 sit contra ciuem, eum nullo legis metu, militari licētia dissolutus impunitè
 mulctat.

multæ formidine coercitum, neq; audentem reuerberare, pulsat. Eundem insolenter nihil non perturbantem, ne commilitones quidem pro-uocatos, (ut qui in suo sterquilinio multum ualeat) audere offendere. Magistratum gerentes, ut populares suos, quibus ipse armatus adiutoribus armatis fretus, agenda omittendaq; dicet, uilipendere. Aduersus hos, etiam alios, quos pudor alioqui contineret, quos dignitatis reuerentia prohiberet, & militaris lex frenaret, sedulo extimulare. Hinc dolu, hinc insidiæ, hinc scophantiæ ab hominibus talium artificibus, aduersus magistratus consuntur. Hanc calumniam fraude ciuium merentium in ciuitate confutam, adiutore equite externo, ipsi principi persuasam, totam repub. penè euertisse. Cuius exitio ipsum quoq; præcipitem abiturum fuisse. Huiusmodi dictis Episcopus attonitus ac stupefactus, ignorantiam rerum & materiæ quæsitæ excusauit. Aegrè sibi persuasum id de populo Amorfortio: ut cuius fidē ad eum usq; diē sanctam & inuiolatam expertus esset, is nunc animis mutatis à fide D. Martini deficeret. Autores huius calumniæ senatus extemplo relegatione peregrinationis ergo, & pecunia multauit. Admoniti inde huius periculi potenter temporibus, utiliter cauent, ne ciues, principi in autorati, in ciuitatem recipiantur. Profecti iam ab Hattema Burgundi XVI. Cal. Iul. Harderuicam ternis castris circumfederunt. Machinæ, quia terra partim ob earū admirabilem molem, partim ob regionis palustrem montosamq; naturam, & uastitatem, sequi non poterant, mari nauibus circumuectæ, tardius applicuerunt. Tormenta quatuor regionibus contra ciuitatem ita sunt disposita, ut à terra & mari, ea oppugnationi opportuna esset. Tertio Cal. Iul. mane sub exortum solis undiq; machinæ adductæ: continuataq; oppugnatio horrendis tonitruis totum eum diem est, & insequentem noctem, usq; ad sequentis diei octauam horam. Harderuicani conspicati multis locis decussos bombardis muros ac turres, partem etiam edificiorū circa pomeria machinis euersam: ita ut aditus pedestribus copijs per oppletas ruinas fossas in ciuitatem patēret: metu simul ne pertinax mora hostem offenderet, aut inexorabilem etiam redderet, oratores statim ad petendam pacem in castra mittunt. In colloquiū admissi interrogantur, ecquas deditiois condiciones peterent, cum pro captis iam penè haberentur. Responsum, easdem se petere, quæ Hassalis nuper datae essent: eandem enim spem impetrabilis ueniæ post præstitam principis suo debitam fidem, in Burgundione habuisse. Inter cæteras deditiois leges: ut præsidia armata sub signis fluentibus sine fraude oppido excederēt. Huic uoci ferociter ab uniuerso confessu ducū reclamatum est: Non esse Hassalorum & Harderuicensium eandem conditionem. Illos enim tecta hostium fraude, non sua uoluntate, à fide alienatos, bello receptos fuisse: quare ob ipsorū merita, id capto oppido, hostili præsidio donatum. Harderuicenses uero nouos hostes iam propè manu conserutos teneri: ac belli iure sub ditionem redactis, nihil tale expectandū. Cum nihil pacati responderetur, in oppidum regrediuntur: dato ad referendum

29 Iulij hanc dicitur
 ok pde + ne

dum respondendumque duarum horarum spacio. Dum intus undique ad contrahendum aggeris orbem pro se quisque annititur, & senatus in curia mcestus, consultando tempus absumens, hostem extrahit, Schenkius nihil cunctandum in tali occasione, ad æquanda omnia, disturbandosque ab operibus oppidanos, ratus: primus machinas ab integro, quanta maxima vi potuit, admouit: murosque cepit & turres quatere. sequuti eum deinde aliorum castrorum duces, totis viribus oppugnationem redintegrant. Tum senatus uidens nihil uirium, minus uero animorum ad tolerandam obsidionem se habere: destitutos in super omni spe liberandæ obsidionis, deserere se à duce: trepidè ac tumultuose de oratoribus iterum mittendis, aut euocandis in colloquium hostibus consultat. Creuerat inter hæc tam breui obsidione fames, & rerum omnium inopia: non hominibus solum, uerum etiam armentis pabuli penuria pereuntibus. Perseueratum est sternendo obuia omnia continuis globorum iactibus, usque ad horam diei primam. Sed nusquam grauius, quam à mari. Tum primores ad muros semidirutos progressi, colloquiū ex propinquo postulant, excidium ueriti, si oppidum uel per stragem ruinarum captum foret. Se suaque omnia in fidem Burgundionum permiserunt, parati imperata facere. Dictatis pacis conditionibus, datum est ad deliberandum spacium in posterum usque diem. Sequenti die deditio facta est: promiseruntque se imperata facturos, salua uita & fortunis. Pedes captiuus oppido excessit: similiter & equites captiuorum habitu sub rudibus more, militari. Equitum magister Bruno Schurrerius cum paucis alijs nobiliū retentus est, ad permutationem quatuor illustrium equitū, (inter quos erat Fredericus Sombreuus) qui per id temporis à clade Batava Arenaci adhuc capti custodiebantur. Accepta inde in oppidum præsidia sunt, & commensus, cuius (ut dixi) inopia tam breui obsidione creuit. Inauguratur simul Cæsarî Caroli nomine Florentius Comes, in castrorum conspectu: ubi per aliquot dies, dum quassata murorum, unà cum aggeribus discussis, & obrutis fossis reficerentur, sunt morati. Huius statim à principio obsidionis, Ultraiecti primum tumultus, inde furor quidam coortus omnia miscere cepit. Rebus desperatis ex urbe dilabebantur furtim alij post alios, belli cōcitati principes: præcipue inopia æris, exhaustoque ærario, cum aduerterent, ob stipendium militi persolendum se petendos extrahendosque. Horum fuga cognita (quia nusquam cōparebant) multo impotentius tota urbe uociferatum est: palam direptionem minari, nialicunde contracta pecunia, stipendium persolueretur. His clamoribus militum, præfectus urbis motus, ueritus haud dubie apertam rabiem sequituram, in nemine quicquam spei, præterquam in Canonicorum collegijs habebat. Horum principes crepusculo diei in ædes Antonij Venerodij canonici ad D. Virginem (fuerat is quæstor toto bello à Ducele) silentio cogit. Ibi ostendit in quanto discrimine urbis res sitæ essent: sed nullorum hominum magis, quam qui religionis nomine atque titulo çenserentur. Laborari pecuniæ inopia: terribiles indies militum clamores &

deditio hinc de mura

*Venerod quæstor post
in sacro sacro*

res & fremitus ingrauescere, stipendium exposcentium: laborari anno-
 nae caritate: crescere commeatus inopiam, ut praeter direptionem plane
 ipsis nihil immineret: quod penes religionē opes solam reconditae cre-
 derentur. Ad ea alij: iniquum esse, totius belli onus in se transferri. Nu-
 datos se non solum pecunia, cuius ingentem uim à ccepti ciuilis tumultus
 initio cōtribuissent, uerumetiam prouentus ac redditus suos in ho-
 stium terra & ciuitatibus retineri: fundos alios alibi pignori oppositos.
 Multos iam esse annos, quòd de usuris nihil percepissent. Collationem
 igitur hanc diutino bello exhaustis graue esse, imò se non sufficere. Non
 magni (inquit praefectus) refert unde conferatur, ex publico ne an ex
 priuato, modò conficiatur solum. Quanta autem sit militum quod ex-
 trahant in omnia flagitia, dissoluta licentia, ipsi uidetis: quae paruo mo-
 mento redacta pecunia compesci poterit. Vobis hucusq; pepercunt,
 diutius profectò non parfuri, si longiori cunctatione efferentur. Notae
 opinor sunt illae (ut audio) rabie ac furoris plenae uoces, licet uanae, ef-
 feratorum spirituum tamen indices: breui futurū, ut quatuor urbis re-
 gionibus, in stipendiū soluatur, clarum incendiū, direptis uestris prius
 aedibus, oriatur. Nocturnis horis audio, utinam certus, quibus auto-
 ribus, profugorum ciuium fores effringi: uitreas fenestras quorundam
 nobilitate excuti: uim omnibus locis fieri: haud futuram, si indicio auto-
 res deprehenderentur. Quod si uestro nullo periculo mouemini, uel pa-
 triae caritati conseruationem publicae salutis, uel religionis nomini hanc
 pietatis partē praestare debetis. Sunt uobis tot tamq; ociosa signa, uasa
 aurea argenteaq; in delubris uestris diuorum: quorū si aliquam partem
 in bellum nunc, cum maximè opus sit, cōtuleritis, nullo id uestro incom-
 modo fiet, & rempub. conseruabitis. Quod si ueremini, ut eā rem poste-
 ritas accipiet, primum nihil est quòd ipsi indignent querantur ue, à uo-
 bis ea alienari, quae uestra cura sunt parta. Vestro ipsi, si placebit exem-
 plo, aut noua donaria, noua ornamenta in templa inferant: aut his con-
 tenti sint, quae à uobis per manum sunt accepturi. Scio quid hic mihi
 respondebitis: sacrorum penetralium custodes, ea omnia initio belli, ne
 praedae essent, in abditis specubus se posuisse. Ea autem, ne arrepti, et sup-
 plicij forte adacti, proderent, in pacata Hollandiae profugisse. Scio haec
 uestro consilio & artibus factitata: sed habetis uasorum magnum nume-
 rum, quibus in liturgijs coenae quotidie utimini: inde aliquam partem
 ad quatuor aureorum milia in medium conferte. Quod nisi intra bi-
 duum, imperatum feceritis, experiar si quid opis in milite, ad extunden-
 dam pecuniam, sitū erit. Hunc in uestra bona possessum publicè quic-
 quid esculentorum ibi inuenerint, absumpturos mittam, quoad impe-
 ratam summam, è publico priuato ue contuleritis. Territi collegiorum
 primores priuato periculo, id quod certum erat, calicum inauratorum
 magnum numerum, argentea item candelabra, & alia signa, ut impera-
 tum erat, extemplo contulerunt, ut inde pecunia signata percuteretur. In
 basilica Martini, supra aram summā inter arcuatas pilas paulo infra cho-
 ri testu-

ri testudinem, crucis, cum signo argenteo Seruatoris, simulacrū, quin-
 quaginta (ut putabatur) plus pondo, sublime stabat: monumentū, ne-
 scio cuius, uetus quidē: sed situ et squalore ita horrens et obductū, ut uix
 albicantis argenti tenues scintillę oculis intuentiū illucescerent. Id noctu
 tolli clam iussum, ne (quia uetustate uisendum miraculum uulgò habe-
 batur) luce sublatū, suggillationem popularem excitaret. Mane statim
 desideratum, totam urbem ad spectaculum rei, tanquā nouæ, exciuit.
 Ibi uarię ominations audiri, ut in superstitioso uulgo solet. Hi cla-
 mare, in exitu nunc bellum esse, postquā sana diripi ccepta essent. Alij
 præsentem iram numinis haud dubiē Gelrum, ob impietatem, habitu-
 rum. Cæterum ut populi apertē frementis error, & uanę ominatio-
 nes tacitē reprehenderentur, sequenti nocte à squalore & situ repurga-
 tum, totum nouum & candore conspicuum in locū suum restituerunt.
 Sparsum inde in uulgus fuit, ad candefaciendum, non ad liquandum
 detractū fuisse. Manauit hinc extemplò per finitimos populos, ad con-
 firmationem uani simulacrorū cultus, fabula, (ut est humanū ingenium
 ad idolomaniam pronum) monetarij utranq; manum, signum liquan-
 dum in focum immittere tentantis, non solum ambulam, sed quasi de-
 truncatā unā cum prehensa mole decidisse: quare ictos numinis ira in
 locū reportasse. Et ut fabulę sua constaret fides, editi sunt statim in Hol-
 landia de prodigio fabuloso libelli Germanorū lingua, & sparsi. Vrbs
 quamuis ad ultimam inopiā adducta, in obsidionis certę expectatione
 erat, ad eò ut Gelrę factionis principes aut fugam capefferent, spe tuendi
 ciuitatem abiecta, aut fugam meditentur: incredibile dictu tamen est,
 quā diutino bello præsidia imposita, & urbano luxu marcescentia
 elanguerunt. Omnia indiligentius facere: stationes nocturnas circa por-
 tas negligenter habere: uigilias in muris: portarum custodias parū ac-
 curatē, minusq; multo intentē, quā antea, obire. Quam rem ciuis
 qui ab episcopo erat aduertens, consilium de recipiendo per proditio-
 nē, in urbē, expulso principe, occultū agitare per hos dies cœpit. Acui
 ad eam maturandam paucos illos coniuratos metus direptionis: & ex-
 pectabat constituta hora cum parte equitatus ex Arenaco Mathias Ke-
 tellus: qui furentes desperatione in urbe ad eam rem adiuturus uulgò fe-
 rebatur. Huius itinere Ultraiectum, pridie per exploratores Amorfor-
 tię cognito, undecim equites post occasum solis è ciuitate profecti, ad
 noctis horam decimam in Biltam, quingentos circiter ab urbe passus,
 peruenerunt: ac silentio proximum ei loco Virginū cœnobium ingressi,
 hostium aduentum in insidijs ibi operiuntur. Ligulis equorum linguis
 ad hinnitum prohibendum constrictis, ipsi armati circa portulę ingres-
 sum, ad omnem auram intenti steterunt. Et nox illunis facile armorum
 fulgorē, ne proderentur, conspectui ademit. Paulo post nuncius ad ur-
 bem cum literis, equitū appropinquantium indicibus, premiffus, in ho-
 stiū insidias incautus illapsus, excipitur. Ex hoc ubi confessionē spacti,
 quod adhuc aberant Gelri equites, tum autē quā multi essent, expres-
 serunt:

ferunt: eo ibi retento, quia hinnitum aduentantiū iam accipiebat equo-
 rum, illico equos suos desultoria leuitate cōscendunt, expectantes dum
 ē fabulosa uia angustia, in lapideam euadentium equorum unguarum
 pulsū strepitumq; acciperent. Quo accepto, tubicine subito tuba ca-
 nere iusso, infesti in hostes inuehūtur. Gelri improviso illorum impetu
 pauidi, ne tentato quidem praelio in tenebris, ignari quantus hostiū nu-
 merus esset, abiectis hastis illico se dedidere: duplo ferme Amorfortijs
 plures. Inde nocte sera retracti, auerso itinere Amorfortiam abducuntur.
 Tres fratres Ultraiecti in suburbio septentrionali (Vuerdam Ultraie-
 ctini uocant) ab Albana porta auerso, Lubberti cuiusdā F. erant. Hi oc-
 cultū consilium recipiendi episcopi, per eam portā, in urbem struxerunt
 assumptis in societatem consilij ciuiū paucis, qui haud procul ab ea por-
 ta habitabant. Inter hos erat Bruno Phocas. Ex his profecti aliquot A-
 morfortiam auis itineribus, rem primum exulibus, inde episcopo com-
 municant. Docent quā facile factū id esset futurum in tanta securitate
 uigilum: praecipue praesidiorū, quae illi portae imposita erant. Consti-
 tuitur ibi dies: dicit locus, in quem cum armatis Cal. Iulij mane paulo
 post exortum solis conueniret. Datur tessera, signum nolae ad D. Iaco-
 bum circiter sextam horam auditum: & mulier dextro brachio corbem
 gestans: cuius hortatu ad urbē accederet. Portae illius custodem omni-
 um consiliorum participem ad id adiutorem futurū. Caetera sibi curae
 fore, nullam pecuniam, nullum praemium pro beneficio recuperatae ur-
 bis reposcentibus. Sed coniurationem hanc clam habendam, ne cuius-
 quam sermone uel leuiter ab arbitrio qualicumq; excepto, proditio dete-
 geretur. Interea se quibus opus esset aduersus exclusionem, paraturos.
 Coniuratis iam dudum prior familiaritas, ac penē domestica, cum
 praefecto & praesidio portae, ob uicinitatis ius, intercesserat. Quare cre-
 bro compotare, & ad formam dispositionemq; interiorem munitio-
 nis, qua parte parum munita porta esset explorandam, conuenire con-
 suerant. Eoq; consuetudinis adducta res erat, ut saepe in superiori eius
 custodia totas noctes potando continuarent. Quae res effecit, ut praefe-
 cto et praesidio in nulla proditionis suspicione essent. Iam tum per eos di-
 es multo quā antea, ad obseruanda opportuna, simul amoliendā frau-
 dis opinionē, crebrius conuenire: in multū uini procedere studio cepe-
 rūt. Tempus agendae rei ubi iam aduenit, episcopus pridie Cal. Iul. sub
 octauam uespertinam portas claudi Amorfortie repente, & peditem e-
 quitemq; in armis esse iubet. Pedites autem in ciuitate praesidio à Bur-
 gundis paulo antè octuaginta, equites ducenti quadraginta quatuor,
 relictis fuerant. Cum his coniunxerunt se à ciuibus uoluntarij omnes ad
 quadringentos. His mandat expeditionem paulo antè edoctis, ne quis
 inter eundem Ultraiectum, uia diuerteretur, aut ordine excederet. Equi-
 tibus ante peditum aciem discurrere per uiam, et perlustrare oculis om-
 nia praecipit, ne spectatoribus agrestibus accedentis agminis, consili-
 um detegeretur: obuios interciperent: praegressos, si quos uiderēt à uia

retractos, penes se ne fallerent, cōtinerent. Dedit inde illis prædæ ac direpti
 oni hostes suos: ipsosq; oppressos, uiuos sibi custodiri in publica custo-
 dia ac tradi imperat. Inde post occasū solis ē ciuitate mouere pedites custo-
 tesq; ad sexcentos: atq; triū horarum uia emensi, iam multa nocte Lauuen-
 rechtā silentio ingressi, in pomarijs proximis et domib. se occuluerūt. Qui-
 bus post horæ unius atq; alterius spaciū nocte cōcubia superuenit ē Vica-
 peditū unum signū, ac tardius aliquanto capta iam urbe cū quadringen-
 tis ex ostio Leccæ, Gulielmus Turcus. Duces erant & antesignani, exu-
 les: quorum opera in hac expeditione, uindictæ pariter ac prædæ, tum
 autem & gloriæ parandæ cupiditate enituit. Mane portis consueta hora
 apertis, exploratum Albana ē more emittuntur, an tuta omnia ab hosti-
 um insidijs circa eam urbis partē essent, (est ea enim Amorfortiæ ac Vi-
 cæ aduersa, ut Gelriæ) reiue nouæ quide ea nocte agrestes accepissent. Et
 nebula casu coorta in coelo, densam pluuiā diei induxerat, quæ prospere
 ctum in agros adimebat. Michaël Pistorius, & Henricus fusor æramen-
 tarius (quia proximè eam portā habitabant) tum fortè unā cum eius por-
 tæ præsidio emissi, cum in colle editiori molæ paulo antè iuste, ponē Al-
 bas uirgines stantes, omnia oculis circumlustrarent, uident partem ho-
 stilium copiarum per densum imbrem paulatim increbrescentē, per pa-
 lustria circūduci: (Turcus segnius, quàm iussus erat, cū suis accedebat)
 sed rati populabundos prædatum ea loca hostes aduenisse, agrestium rati
 ptim collectorū multitudinis uirtute, facile eos repellendos affirmabāt
 cum interim parte alia insidiæ & signum & tesseram expectarent, & iam
 ad patefactam portā silentio ducerent paulatim. Eam tum excōposito,
 absq; præsidio & præfecto arbitris, quos casus ea nocte multo mero ob-
 ruerat, custos coniuratus aperuit: nam interiori, quæ introrsum disclu-
 debatur, à satellite seminudo aperta, & ob crapulam nocturnā nondum
 edormitam satis, sursum in lectum rursus abrepto, ille proditiōnē, con-
 iuratis septus, tutò exequit. Inde fluminis fores discludit. Stabāt interea,
 ut conuenerat, pditores in porta tectis armis ac securibus, quibus haud
 dubie ad missiles trabes interioris portæ refringendas, mox opus fores
 instructi: cum signo ad D. Iacobi accepto, portæ Lauuenrechtæ insidie
 appropinquarent. Qua suburbium ingressis, mulier dextra corbem ge-
 stans occurrit. Hęc quasi exagitata, procedite, clarum in clamat, ac matu-
 rate: uigiles ē stationibus abiuerunt. Hac uoce cōfirmati episcopi, silen-
 tio urbem inuadunt. Prioribus ingressis, tumultus ac clamor à factione,
 quæ circa eam portam habitabat, excitatus, qualis captis ciuitatibus esse
 solet, effecit, ut qui posterioris agminis tergum clauderant, metu ne ex-
 cluderentur, scaphis ad id preparatis, accepti in urbē inueherēt. Con-
 iunctis ibi pedestrib. copijs (Turcus adhuc aberat) collegerat se undiq;
 factio & Gelrum præsidium: nam clamor captæ urbis breui momento
 totam ciuitatē peruaserat. Occurritur hostium uelitaribus ab Vltraie-
 ctino, circa ingressum fori boarij: sed perleui momento retro per Ollarē
 uiam in pontē Iacobi uertuntur. Episcopi grauioris armaturę frontem
 suorum

W. H. A. B. C. D. E. F. G. H. I. J. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. V. W. X. Y. Z.

suorū ad fugam inclinatam cōspicati, restituta raptim acie, redintegrant
 praelium, ac Gelro pullo, forum boariū occupant. Præfectus portæ cir-
 ca principiū tumultus somno excitatus, sed pedite iam undiq; in urbem
 infuso, appropinquantibus portæ equitibus, adeoq; aliquot iam inue-
 ctis, trepidè trabes missiles, alias post alias, ad illos excludendos, deicit.
 Stabant proditores ad eius rei euentum securibus egregiè subactis, & ad
 hoc ipsum preparatis, instructi: quib. admotis modicè interioribus, ad-
 uersus fortuita hostiū tela, foribus, ingenti ui certatum eas aggressi, per-
 leui momento circa medium ut superiores partes simul ruerent & ordi-
 ne subire possent, exciderunt. Hæc porta sola omniū, cataractam, quæ
 funibus demitteretur subducereturq; nullam habebat, sed eius loco tra-
 bes, nullis laminis ferreis præmunitas (id quod à proditoribus utiliter an-
 tea obseruatum fuerat) quarum aliæ post alias deiciebantur. Transitus
 supra, ingredientibus ad læuam, ab ea in exteriorem portam erat. Inde ne-
 quis ad equitum peditumq; cædes inter duas portas transcurreret, op-
 positi sunt aliquot tormentarij, qui ab imo excursu præsidiorum ex-
 ostiolo prohiberēt. Vnus calu imprudens profiliens, momento multis
 sphaerulis simul traiectus, ante ipsum limen cōcidit. Tum præfectus ubi
 uidit undique se intra extraq; urbem ab hostibus circumuentum, libe-
 ram potestatem in pacatum abeundi, sibi & præsidio pactus, portam de-
 didit. Aderat inter hanc morā cum suis cohortibus Gulielmus Turcus.
 Gelrus interim palatium, obiectis scamnis & sedilibus, aduersus equo-
 rum impetū, à circumiectis plateis, intersepire, una excepta, fronte aduer-
 sa, qua hosti instructa acie occurrere uolebant, raptim aggreditur. Erant
 in urbe duo signa lecti roboris peditum: sed perpauca equites. Dum in
 boario foro episcopi aciem instruunt, pars equitatus maxima, uias per
 totam urbem infestè circumuecta, Gelrum è publico, qui nondum in pa-
 latium confluxerat, arcent: obuios passim cum telo cædunt, sternuntq;.
 Tum Gelrus hostiū plena omnia cōspicatus, in ciue, præterquam suæ
 factionis, clausis tota urbe, ingenti fragore, foribus, nihil opis, quam fru-
 stra implorabant, expectandum esse: summā rei in extremo discrimine,
 & euentu unius pugnae necessario posituri, in tres partes ita sese partiun-
 tur, ut quadringentos hosti per prætoriā uiam, objicerent: manipulum
 in præaltum domus alicuius foro imminentis tectum, ad turbandam
 inde hostium aciem immitterent: reliqui in palatio circa tormenta in sta-
 tionibus relinquerentur. Domus erat ad coniectum saxi inde, parietibus
 ac frontispicio pinnato præalta è secto lapide & polito, regiaq; penè for-
 ma uisenda: unde in boarium apertus patebat prospectus: (Keisericam
 à sumptuosa structuræ magnificentia conditores dixere) in huius pinnas
 manipulus tormentariorum celeriter acceptus, episcopios ex alto haud
 parum ordines turbauit. Amor fortij suos deorsum globulis obrui, & ce-
 de sterni cernentes, aliquot exulū in Hadriani Palatini, Keisericæ à lateri e
 oppositæ domus tectū, per posticulum furtim immittunt. Hinc traiecto
 uno atq; altero, in aduerso fastigio, reliqui erecta dextra ex interuallo

1528 1^o July 1644
 Tu occupatus y
 Episcopios y porta
 du uocet paret

op du non offensa

sese hosti dederunt. Stabant circa boariū grauioris molis, in in certum
 euentum, aliquanto antè onerata, tormenta. At hæc in confertum hosti-
 um agmē emittenda, è procuratoribus Gelris emissi, cum frustra admo-
 tum ignem puluis propter pluuium ab austro coelum, non conciperet,
 retro in forum anserinum ad suos, quò è palatio iam processerant, telo-
 rū nube pulsī sunt. Tum Amorfortij omnia sibi secunda cōspicati, ex ea
 fortuna animis uirtuti additis bifariā diuisi, in Gelrū sese direxere. Pars
 dextra in pontem Pistorium uersa ad Palatium occupandū se auertit. Re-
 liqui aliā, aduersā fronte cum ipso robore, hostilium copiarum conferto
 agmini occurrerunt. Tormentarij ad procurrendū in uiam Prætoriam
 immissi, primo impetu Gelrum loco submouerunt. Oritur inde acris in-
 ter hastatos dimicatio omnia cæde fœdantes. Hij pro gloria pugnantes,
 turpe ac dedecorosum arbitrabantur, uictoriam quæ in manu erat, sibi
 extorqueri. Illos non solum stimulus ad demendā amissæ urbis ignomi-
 niam, sed salus communis, & factionis ultimum periculū exitiumq; præ-
 sens ad pugnam etiam accendebat. Extractum in longū per ipsum incre-
 scientem ardorem fuisse certamen, nisi equitatus Amorfortius in Gelros
 inuectus, eorum aciem turbatā penè obtriuisset. Cæde suorū territi, co-
 guntur anserino foro cedere, & ferro uia facta à tergo, in Palatinū rece-
 ptū habere. Ibi restituta acie, præliū circa geranion (sic enim tympanum
 appellant) infestius redintegrant: sed ne tum quidem impetū Amorfor-
 tiorum rabie furentium sustinuerunt. Postquam uidit Gelrus cæcos se,
 frustra obnitentes, in suam perniciem ruere: & clamorem à tergo ex de-
 speratione sublatum, non posse diutius latera tueri (undiq; enim iam, sed
 maiori ui ad piscarium forum, ubi carcer est, quod Macellū captiuorum
 ipsi uocant, oppugnabantur) satis abunde honori factū rati, relicto Pala-
 tino, composito agmine portam Tolstecham petiuere. Episcopi in pala-
 tio iam capto nihil morati, tumultuariè instructa acie fugientes in uesiti-
 gio sequuntur. Iamq; Gelrus in pacatum euaserat: cum pars ductorum
 hortatu, pudore tam turpiter amissæ urbis, per angustam portulam, qua
 eruperant, ad demendam acceptam ignominiam, intrò se iterum conij-
 cerent, rati reliquos sequuturos. Aberant à porta ad coniectum saxi ho-
 stes uictores, cum Gelri alij super alios motu præcipientes ruentes, agrè
 rursus portula elaberētur. Clauserant suorum agmen postremū ducto-
 res duo, Dobbelsteinus, et Gulielmus Gandauus. Hos ubi unus è dupli-
 carijs in prima hastatorū acie intuitus propius, agnouit: Hij (inquit suis)
 illi sunt qui nuper nostras cohortes, & inter eas, fratrem meum in Bata-
 uia præter datam fidem trucidarunt: sed non impunè: nam hic cæcorum
 nostrorum animas istorū sanguine exaturabo. Inde ad hostes, Nunc este
 Batauæ cladis memores, et nobis date meritas, quas meruistis pœnas: si-
 mul fusos in genua supplices et aureorū milia pro salute offerentes trans-
 figunt. Nec hec pœna saturati, in mortuos inde inhumaniter ita sæue-
 runt, ut multis uulneribus datis, membratim penè discerperentur. Nu-
 datis ibi corporibus, spoliatisq; deformi spectaculo, & ad angularem, in
 decliui

de hinc

subb. sig. et. hinc

decliui ponte, silicem relictis, in palatium reducuntur. Capti ad centum
 pedites, qui principio tumultus ab hostium equitatu à suis exclusi, & è
 publico prohibiti, intra hospitia sua se continuerant. Multi aujs locis in
 ipsa fuga oppressi transfixiq; sunt. Sed nusquam plures quam circa po-
 mceria pone edem Gertrudis. Itaq; XLII. à Gelris, III. ab Amorfortijs de-
 siderati sunt. Rumore superati Gelri fugatiq; per totam urbē diuulgato,
 capita factionis, per Albam portam, in quā urbis regionem hostilis uis
 nondum penetrarat, effuso in pacatum se abripiunt. Alij è muris humi-
 lioribus delapsi, quia ab ea parte fugientibus uictor nō instabat, Ducem
 petiuerunt. Multi, quos rei familiaris tenuitas inopia ultima urgebat,
 medio tumultu, ubi animaduertebant, suis foro pulsus, urbem captā esse,
 ne præter exilij malum egestate etiam & penuria rerum premerentur, in
 monetariam officinam Petri Montani trepidè, metu amentes se conijci-
 unt, onerantq; se raptim pecunia neutro latere adhuc signata, quæ è sacris
 uasis signisq; iam nuper in hunc usum collatis, percuti ceperat. Ea onu-
 sti per funes è mœnibus in apertum sese abstulerunt. Post paululum mo-
 ræ tribuni militum cum manipularibus paucis ad Albam portam, quæ
 una adhuc à præsidio Gelro retinebat, profecti, eam tradi in potestatem
 postulant. Negantibus Gelris deditioem sese facturos, duas machinas,
 ab latere alteram in aggere, alteram à fronte circa Album pontem, portæ
 opposuerunt. Territi eo spectaculo Gelri, nihil expectato portæ haud du-
 bio casu, cuius strage ruinarum ipsi simul obruerentur, salutem pacti de-
 ditionem fecerunt. Capto ad istum modū Ultraiecto, emissisq; sine frau-
 de Gelris, eodem die auxiliaribus captis, iussi extemplò tota passim urbe
 pacati Ultraiectini tessera episcopi assumere: (fascia straminea ea erat ab
 humero dextro in axillam læuam transuersim utrinq; porrecta) nomen
 item Palatinum domorum suarū foribus inscribere: eæ uerò quæ inscri-
 ptæ non essent, diripiendæ militi uictori datae. Si quis foribus ciuis Gel-
 ræ factionis inscriberet, bona uè abstruderet, eum pro hoste habendum.
 Cum iam per totam urbem fores symbolis ac titulis notatæ, exiguo mo-
 mento temporis discrimen militi ignoto pacatæ domus ab hostili fecis-
 sent, illico ad direptionem ædium factionis passim discursum est. Præfe-
 ctus urbis, qui medio tumultu cum uno duntaxat comite porta trepidè
 elapsus in pacatum aufugerat, ad Sulam in ripa amnis Vechtæ ab agre-
 stibus agnitus, retro in urbem reducitur, & Gulielmo Turco seruandus
 traditur. Durauit direptio totum triduum cum miserabili rerum facie:
 ubi plus ualuit avaritia peregrinorum militum, & rabies uesana exulum
 in inimicos, impotēter nimis sese ulcipientium, quam patriæ amor aut pie-
 tas. Prædæ erant non solū capita primæ seditionis & principes belli cōci-
 tatores, autoresq; clausarum episcopo portarum, sed illi etiam, qui ab ini-
 tio pacis conciliandæ studiosi fuissent: tū qui toto belli tempore adeoq;
 à primo motu magistratum aliquē, remq; pub. gessissent: ppter ea quod
 inderes ab inimicis Soudenbalchianæ gentis administrari uisæ essent.
 Tum si qui uel inuiti in cōcilio fuissent. Multos sua opulētia, quod prin-
 cipis

1528 12 July
 Trueta font p
 proclione raptu

cipis causa uoluntate solum non uerterant exilij gratia, prædæ exposcit
 ualuitq; ad ultimum uis extrema tantum, quantum iræ uictoris libitum
 fuit; quemadmodum fieri solet in captis uis urbibus, ubi per iram & auar
 tiam militum arbitrium, quàm ducū imperium potentius est. Et priuata
 etiam simultas nonnullos in rerum suarum naufragium traxit. Edictū de
 inde publicè est, ne quis illorum quem reciperet, celaret, ope iuuaret, &
 indici præmium propositum. Sæuiri sub hæc cœptum in dominos for
 tunis omnibus spoliatos, nullo nominis religiosi profani ue discrimine
 Arrepti ad unum omnes, qui opprimebantur, in carcerem Cathari
 nianum mixtim deducuntur. Principes religionis per id tempus, præter
 sacrificorum uulgos, capti hi fermè erant: Gerardus Sukerrodus De
 canus ad Seruatorem, & Georgius Solmius ad D. Petrum Decanus, la
 annes Realis Canon. ad D. Martinū, Godefridus Cunretorius Canon.
 ad D. Ioannem & illustris iuriconsultus, Antonius Venrodus Canon.
 ad D. Virginem, Martinus Leuenbergus Canon. ad D. Martinū, Crol
 lius Canon. ad D. Virg. Consulares uerò, Fredericus Vochtius Col. eo
 anno, Ioannes Huchtenbrochus, Arnoldus Vuuluenus, Godefridus
 Regius prætor urbis, Gerardus Semmius: & extra hos multi alij. Eque
 stris ordinis hi fermè, Gysbertus Varaus, Ioanes Vicanus Loripes uulgo
 dictus. Ciuium & senatorū præterea ingens multitudo, præsertim quos
 constabat à prima secessione partes Soudenbalchianas, animis quamuis
 postea mutatos, infestè oppugnasse. Æmylius Niueldius primarius De
 canus cum biduum conquisitus nusquam inueniretur, edicto publicè
 promulgato cautū capitis pœna & bonorum publicatione fuit, ne quis
 eum hospitiō tectō ue iuuaret, ne ue quē è factione in operto haberet, in
 dici præmium auri uis proposita. Hunc non tantum in tam ancipiti per
 turbatę ciuitatis terrore nemo indicauit, sed habitu baiuli squalido sordi
 datus ne nosceretur, cum per biduū pauore consternatus per sepes et ma
 cerias hortorum sursum deorsum oberrasset, ab inimici sui Godefridi
 Vordij (huius enim maximè ductu urbs capta erat) exulis uxore religio
 sa, pro eo apud maritum deprecata, seruatus fuit. In huius ædibus ubi a
 liquandiu, donec furor recens elanguisset, occultus latuisset, uestis uaria
 habitu, & capite obnupto, ne facie nuda proderetur, conscenso equo
 cum Montfortiorum principe urbem egressus, Montfortiā in pacatum
 periculū euasit. Libuit huius singularis pietatis memorabile exemplum
 hoc loco cōmemorare, propter quosdā, qui religionis titulo, ab aura &
 fauore populari uulgo commendati, contemptis cæteris mortalibus, for
 li pietatis ambitioso cognomento nobilitari uolunt: cū longè diuersum
 hic specimen, ubi res ipsa pietatem postulabat, in proscriptos & captiuos
 ederent. Confugerant pauidè ad primum statim signum, quo ad arma
 conclamabatur, in Franciscanorum cænobium tanquam aylum Cano
 nicorū quidam, rati illorum sanctimonia se & pietate tutos ibi latituros
 simul deposita ingēti pecunię ui: ut si fortè inde à cōquisitoribus eruti,
 & in custodiā abducti, dei alicuius beneficio, rebus alijs omnibus spoli
 aci,

factuosi captiui

atque, postea restituerentur, fuisset, quo aliquā inopiā egestatisque partem
 uterque pepulissent. Irrumpentibus paulo post siue casu aliquo, siue acci-
 tis (nihil comperti habeo) conquisitoribus, non modo eos indicatos ex-
 trahi in carcerem passi sunt, sed parte etiam pecuniæ tradita ab eo, cuius
 credita fidei fuerat, aurum cum principe diuiduum fecere. Et antesigna-
 ni factionis è plebe in tutum euaserant. Duo extremi loci homines, et ob-
 scuri aliàs, sed quos tempora secessionum ciuiliū & belli, inter popula-
 res satis nobilitarant, quorum alteri Gisberto Ottero nomen, alter Hen-
 ricus Porcarius à studiij genere cognomento appellatus fuit, diu conqui-
 siti sunt. Indicio tandem, multæ irrogandæ metu, ab amicis proditi, cum
 è simo bubulo, diuersis locis, & palustri glebula, quibus in his regionibus
 passim lignorum inopiā pro ignis alimentis incolæ utuntur, extra-
 cti à satellitibus ducerentur, exulum ferocissimorū circumfusi globo, fru-
 strâ militum opem ad arcendâ uim suppliciter implorantes, & per prin-
 cipis genium ut sisterentur, obtestantes, alter in foro Anserino, alter cir-
 ca curiâ, multis uulneribus acceptis interfecti sunt. Tota Hollandia per
 eosdem dies frumentum in urbem conuectum, & aliarum rerū commea-
 tus: quia famæ & annonæ caritate non minus, quàm si ab hoste diutina
 obsidione circumfessa ad deditiōem per inopiam subacta fuisset, labo-
 rabatur. Quarto inde Non. Jul. episcopus in urbem per eam portâ qua
 capta fuerat, Albam quæ Gelrorum dicebat, & Tollstechâ qua exclusus
 fuerat, ut fatales & calamitosas detestatus, uenit: ac supplicationes in unū
 diem ob recuperatam ciuitatem, decreuit. Eodem die Gelrus captæ ur-
 bis nuncio percussus, simul quia Burgūdi ab Harderuica castra mouere
 ferebantur, Rhēnos deserit. Octauo inde Id. populus Ultraiectinus in
 forum Boariū aduocatus, in episcopi fidem iurarunt, quod in reliquum
 illi sine rebellionē ad officia exequenda fideles se præstarent. Sublato in
 uniuersum comitiōrum habendorum iure, ab iniurijs & conuicijs dein-
 ceps absteretur, præcipuè in eos qui ante bellū in partibus fuissent: qui-
 ue in posterum reipub. gererent. Nullæ inimicitiaē exercerentur, memo-
 ria iniuriarum exoleta. contra qui facere deprehenderetur, noxam lue-
 ret: eoque opem quisque suam præfatis pro se ferret. Nouus à populo exi-
 gendi iuramentum, & insolens mos: cum ad eum usque diem Cal. Feb.
 comitijs ius exigendi iuramentum à Coss. prætori urbis in principis curiâ
 sub diuo ad abacū fuisset. Capta Harderuica, Burgundiones xvi. Cal.
 Augusti, promotis castris trinis Tylam obsidione cinxerunt, sed minus
 arcta quàm Harderuicam, propter præterluentem Vuaalim, in cuius ri-
 pa posita est. Eam opportunitatem Dux haudquaquam negligendam
 ratus, maximè dum hostes, machinis nondum præparatis, circa castro-
 rum locationem occuparentur, octingentos expertæ audaciæ pedites,
 tectis nauibus secundo amne, nocte quanto maxime silentio potuit, in
 oppidum portauit. Factum id Florentij consilio uulgò per omnia castra
 ita calumniati sunt, ut oppidum armis egregiè munitum obsidione, pro-
 pter appetentem hyemem soluere cogerentur: quia sanguine Gelro iun-
 ctus,

1528

fratrum minorum pro
 diuersis partibus.

in cosy. t. b. l. 127/128

7 Julij Episcopus in
 urbem per portam

17 Julij
 Tylam obsidio

ctus, cum ad pacem faciendam, capto Ultraiecto inclinatio uideretur
 pud suos gratiam amisit, & omnium odia in se uertit: passim hoc militum
 conuicio iactatū in se celebrari audiens, Tylam a Tylanis circumfedit
 Auxit illi in super inuidiā in castris insolens uox: alijs ducibus et militibus
 omnibus cōcordi clamore oppugnationis copiam postulantibus negan-
 ti, atq; identidem porrectis manibus respondenti, In hac pacem, in illa bel-
 lum porto. Dum ad Tylā bellum h̄eret, episcopus Ultraiecti per Voel-
 gangum Abstemium aliquot captiuos ē custodia produci iussit. Abste-
 mio cum equitatu luce in forum Boarium profecto, concursus tota urbe
 populi ad ferale spectaculum factus est: imperatumq; licitoribus, produ-
 cere Godefridum Regium prætorem, Gisbertum Varaum equestrem,
 Cornelium Haccium, Iacobum Blomum, Nicolaum Pauli F. Hos pro-
 ductos in dicta causa percussit, ut quorum consilio ac sententia descritum
 maxime ab episcopo, & omnium primū turbata ac uastata seditionibus
 respub. fuisset. Corpora in publico insepulta usq; ad uesperā relicta sunt.
 nec sepeliendi ea pp̄inquis facta potestas prius est, quam auro ad sepul-
 turam à præfecto rerum capitaliū, capita redempta essent. *Index 11. Cal.*
 Aug. Abstemius cum eodē equitatu in forum reuersus, producere ē cu-
 stodia licitoribus imperauit, Ioannē Vicanum Loripedē equestrem, Cor-
 nelium à Martino, Gerardū Feutium, Iodocum Eccium, Petrū phrygio-
 nem, Gerardum Rhodiū, Gulielmū Canisium, Petrū Coppium: et cum
 his nonnullos, primi inter suos nominis canonicos, quos illis admittor
 ex composito ad perturbandos metu apparebat: cum paulo quam pro-
 ducerentur missus ab episcopo quidā adesset, clarumq; in clamaret, Non
 morientur hodie, qui ē religione sunt, retrudantur in carcerē. Forica erat
 in summa testudine carceris Cathariniani, ad leuā ascendentib. in parietē
 austro obuerso. Huius cloaca ac fistula lateritia muro extrorsum ita ab-
 hærebat, ut ad quindecim pedes, eius ima pars à terra, quò excrementa
 deferabant, herbida distaret adhuc deorsum. Sub qua tuguriolū exstra-
 mentis factū ac tectum, imē basi portę adiunctū erat, in quo apriores
 aduersus intemperatum solis ardorē æstiuis temporibus latitare, ac mo-
 lossi telarū custodes peruigilare solebant. Inter eos qui in summa custo-
 dia ad cædē destinati erāt, parabanturq; ut ad supplicium producerent. Pe-
 trus Coppium erat: qui dolore uentris simulato, uerecundē uincula soluit,
 et potestatem aluū exonerandi orat. Haud negatū id quidem hominē est.
 Admoto inde ille placidē ostiolo foricę, dum lictores ligandis alijs haurē
 sine strepitu et clamoribus occupant, strinxit se per orificium angustū
 stule, ceciditq; extra urbis muros in fastigiū straminei tugurij, qd erat
 stule subiectū. Ac priusquā desideraret, per obiectā fossam tū uadofam
 passim, per plana & abrupta, qua potuit celeritate abreptus, in proxima
 segetib. quæ tū fermē maturæ erant, reliquum diei delituit. Cōquisitus e-
 odē die à persecutoribus, ad id emissis, depræhensus nō est. Sequenti no-
 cte in pacatū euasit. In porta int̄rim Cathariniana lictores hominis mo-
 ra offensi, cū Coppium neque uocatus, neq; quæsitus ibi, quò uinculis ex-
 emptus

aliqui factiosi orisi

16 Julij

1528 Julii

emptus dimissus fuerat, compareret, fraudē illico persenserunt. De alijs inde supplicium sumptum est. Inde postridie episcopus cum omni equitatu Dorestatū rediit, secum ē custodia uinctos abducens Georgiū Solmium decanū ad D. Petrum, Antonium Venrodiū Canon. ad D. Virg. Godefridum Cunretorfium Canon. ad D. Ioannē. Ioan. Huchtenbrochum, equestrem & procons. Horum amici, & quorundam aliorum nobilium, qui Ultraiecti in carcere erant, absentes Mechliniæ summa ope apud Comitem Hochstratanū connitebantur, ut quando satis cædibus sæuitum esset, reliquorum animaduersio & supplicium in suum aduentū differretur, per literas episcopo imperaret: ne mora ad impediendum calidum inceptum, sera foret. Et episcopum non sefellit suum augurium, id ita euenturum: quare priusquam citus eques, cum literis à Mechlinia ueniret, appropereandā rem duxit, ne impediti posset: ut cum acta esset, seruum ad eam impediendam foret. Antonium Venrodium, quod quæstor sub Gelro fuisset: et Godefridū Cunretorfium, quod de belli susceptor iure consultus, aliquid contra episcopum respondisset, culeis infutos in Rheno nocte prope arcem suam Batauodurorum submersit. Tanta fuit in quibusdā uindicandī, & sanguinis hauriendi sitis (de ijs loquor, qui episcopo autores ad orsum et plausum huius miserabilis tragædiæ erant) ut, nisi citato equo ueredarius à præfecto regni Burgundici, exacto de his supplicio, cum literis, quibus ulterius grassari phibebatur, adfuisset, ad unum omnes, qui xx. & plus in carcere clausi custodiebantur, ultimo humanorum supplicio, mox in ipso uastandi ardore, affecti essent. Suasor credebatur ad eā rem *Abstemius*, homo asper, durusq̃, & ad tyrannidem usq̃ immaniter crudelis, quam uel ipso aspectu plusquam Titanico præ se ferebat. Alijs, *Schonenburgus* quidā, ipsi episcopo à consilio intimo. Fuerunt qui causam in exulum principes transferrent, ob inimicitias, quæ propter factionē domesticam, his cum illis multos annos ante primum motum intercesserant. Et cædibus quidem hic factus est finis, sed non sine magno animi dolore: quod ius sæuendi ad fati etatem, in inimicos, ademptum esset ab Hochstratano. Exitum hunc belli qui fanaticæ factionis hominibus paulo antè familiariter uaticinabatur, is mentis inops hahitus, statim clandestinæ coniurationis reus fieri incipiebat, & principis causæ fauere nolens uolens cogebatur. Si speculis, si uigilijs & stationibus nocturnis, si intentissimis portarū custodijs prodicionē intestinam, hostisq̃ insidias mille opposuisses, quarum passim exempla in historijs extant, Argum oculatum, aut peruigilem draconem citius falsurus uidebaris, quam Ultraiectinorū excubias. Conuicijs simul & cauillis in episcopum ludentes, foras Heidelbergā illi breui facessendum esse aiebant: non enim amplius floralia celebrari. Alius omnem illi panem se præbiturum, quē in urbe absumeret. Hic dicacior quam honestum erat, iurare se pro opimo & suauī uelle absq̃ fastidio eligurire, quantum excrementi, in urbē ille reuersus, deijceret. Tanta fuerat hominum id temporis in armis & uirtute ad tuendam urbem aduersus

sus episcopū confidentia. Sed ille abliguritor, capta iam ciuitate depre-
 hensus, cum ad principē qui eius hominis uidendi cupidus erat, ductus
 esset, interrogatus num ipse is esset, qui humanū stercus pro lautitijs epu-
 larum appositum comedere didicisset, tremore membrorum ita corrip-
 cœpit, ut uix hiscere potuerit, & propè exanimatus conciderit. Tandem
 pavidus in genu ad pedes episcopi prostratus, id inficiari, lacrymando
 obtestari, ne capitale sibi uerbum ab inimicis in se confictum uerteretur:
 easdem preces identidem ita aduolutus genibus repetere. At repentina
 hostium procella oppressi, cum defectionis pœnā luerent, & admittam
 noxam sanguine expiarent, clari eiulatus toto passim foro audiri: tum de-
 mum se insanire cœpisse, cum hortatu quorundam, qui foeliciter dilap-
 si essent, principi suo portas clausissent: & aduersus eum Gelri auxilio adu-
 ti arma sumpserunt. E' carcere postea alij dimissi, iustè hunc miserabilem
 plausum se sortitos fatebant, qui orsum fabulæ à secessionibus ciuilibus,
 tam ingrati erga principes ciuitatis optime de patria meritos, tanta amen-
 tia inchoassent. Rerū regnorumq; uicissitudines ut perniciosas, ita haud
 diuturnas, si uel impotenti & nimis calido consilio fiant, uel per tyranni-
 dem administrantur. Ex longo ocio in luxum se effusos, pacem diutius
 ferre non potuisse. Et quum belli materia foris deesset, domi se quæsiuisse:
 qua inuenta, meritò mutuis uulneribus cecidisse. Duces Burgundio-
 num interim Tylanorum muros tormentis tribus locis quassauerunt.
 Postulantibus militibus insano clamore oppugnandi copiā, cum diu ex-
 trahendo rem aliquo prætextu, Florentius negauisset, tandem improbis
 uociferationibus eorū uictus, duces sortiri inter se iussit. Et Schenkianis
 castris oppugnationis uices sorte obuenerūt. Nulla mora extemplo indi-
 gnè ferentib. gloriæ fructu ac prædæ se defraudari, oppugnandi potestas
 VI. Cal. Aug. fit: ac dato signo, ad clausici cantum, per oppletam cratibus
 fossam, ad stragem ruinarum & oppositum intus uallum, pleriq; un-
 bilico tenus per aquam impetum faciūt. Oppidani è uineis & recenti or-
 pere pari celeritate, qua hostium tormentis dirutum erat, obiecto, in con-
 fertos glandes immittere: ascensum in uallū tentantes omnibus telorum
 generibus obruere: magnam stragem edere. Gelri præsidia ad octingen-
 tos pedites in foro armati hostes operiebantur, ad conferendū prælium
 collatis signis parati, si oppidanis loco pulsus, oppidum captum foret.
 Dux Burgundus oppidanorum rabie conterritus, ne sui laniæ obiecti
 internecione cæderentur, receptui cani iussit. Multo ibi in receptu maior
 clades, quàm circa uallum accepta est. Præterquam enim quod Tylano-
 rum machinis effuse refugientes obruebantur, alij etiam super alios cæci-
 ruentes, integri à saucijs trepide se recipientibus, in terram per lubricum
 prouoluti multo plures perierunt. Deposcentibus inde, cæsorū corpo-
 ra sepeliendi potestas permissa est. Florentius ad nuncium accepæ cladis
 ferebatur subridens dixisse: Et meus miles Tylam expugnare uoluit. Per
 eosdem dies ad nuncium tumultuose allatum, Gelrum equitatum agros
 populari, Amorfortiæ trepidatum est. Equites, qui tum pauci præsidio
 in ciui-

Tyla oppugnata
 festina 27 Julij 28

Tyla in loco dicitur
 ad Buisdum amos

in ciuitate relictū fuerāt, citatis equis porta Campensi hosti obuiā euolant. Mille circiter passus profecti, cum percontando obuios nihil certi de hostium incursionibus acciperent: rati id quod re ipsa apparebat, experiendi causa, quid opis in se esset, si usus exoptularet, ex cōposito ad arma cōclamatum: insidias simul ueriti, si longius in angustias anfractusq; uiarum aueherentur, in ciuitatem reuertuntur. Iam ab equis descenderant, & ocreati adhuc defricabant arma, cum repente iterum signo ad arma conclamatur. Eques manifestas insidias tum animo cernens, sed quas feliciter, maturē sese recipientes, declinassent, in capita hostiū minas exerationesq; detestari, quod posita uixdum arma iam, iterum induenda essent: apertē tergiuersari, ac restitare, pedites hostium equitatu immistos formidantes, quorum ipsi præsidio carerent. Plebs contrā magnis clamoribus omnia complens, instabat, ne bene gerendæ rei occasio negligeretur. Se armatos hostium uim excepturos: tantū eques ex interuallo a tergo insequeretur. Et ut animis confirmatiores, & insidiarum securi, certiq; fierent, quantus hostiū equitatus esset: pedes explorator Gelrus circa portam in segetibus comprehensus, extractusq; in mediū, cum addicta & accepta fide, de equitum suorū peditumq; numero, ut uerum diceret, ecquæ fraus latēret, rogatus esset: respondit, non plus LXXX. equitibus manipulos duos mixtos: nec plures Arenaco profectos, nec insidias usquā ad fallendū dispositas esse. Hac fiducia equites animati, rursus conscendunt equos: monentq; identidem ciues effuse inordinateq; porta ruentes, uti iuxta turmas confertim sese cōtinerent, ne palantes hosti ad cædem opportuni forent. Paruerunt suorū cōsilio, & in hostem ad quingentos ab oppido passus, equite placidē tergo hærēte, progressi, ubi in conspectum uenerunt, Gelrus paulatim celsit: ueritus ne a tergo fugæ exitus intercluderetur. Via erat anfractuosa ad dextrā, inter Amorfortiam & Hœflakiam, petentibus syluam Bileram. Ad huius exitū Gelrus aciem instruit, pugnae copiam equestris facturū. Ciues Amorfortij pro loci opportunitate bifariam se ita partiuntur, ut equitē hostibus ad equestre certamen obijcerent: ipsi utrinq; hinc inde eminens per sepes è toto tormentis ferirent, ac inuaderent. Instruit se exaduerso Amorfortius eques, paulatim sequendo per spacia, ut in re tumultuosa, collectus. Inde utrinq; ubi tubæ & cornua canere cœperunt, infestē concurrere. Sed Amorfortij armorum pondere & corporum uastitate superiores, post alteram concursationem, Gelrorū uim facile sustinuerunt: sed nihil æquē eos primo impetu loco submouit, atq; ciuium uirtus, cum ingenti clamore hinc illinc consternantium, tormentisq; certis ictibus debilitantium equos, passim cum uiris cadētes. Captus est nullo momento statim pedes, atq; agrē seruatus. Equites ubi se peditum auxilijs nudatos conspexere: simul passim se ab hastato ciue & tormentario magnis clamoribus ad cædem peti: nec spē elabendi superesse, nec uiribus ulla parte se pares: equos undiq; glandulis corrumpi: gradus eorum à uulneribus tardiores lentescere, & destitui uiribus: equiti se ut à furore & rabie ciuium undiq; as-

filientium, seruarentur, supplices dediderunt. Pauci equitum, & in ijs Io-
 annes Vuissingus Macer, equitum magister, inter tumultum elapsi, Ar-
 nimiam euaserunt. Reliqui aut capti, aut cæsi sunt. Ex Amor fortiorum e-
 quitibus unus dolore letalis uulneris accepti, postea mortuus fuit. Le-
 tam uictoriam intestinum mox certamen excepit: trahentibus ad se hu-
 ius laudem uictoriæ equitibus, ciues contrà eius gloriam in se transmo-
 uente, de prædæ captiuorumq; iure orta contentio est. Equites, à se fusos
 captosq; hostes, se suæ potestati permisisse, cõtendere: id belli iure equi-
 cedere, quicquid ab eo captum seruatum esset. Ciues contrà clamare, sua
 maximè opera fusos hostes: quos uel remotis equestribus auxilijs, occidi-
 one delere potuissent. Neque uerò perinde turmalem uim, atq; glandi-
 larum latrocinia, sibi hostem equisq; formidasse. Spectabat hoc certa-
 men ad grauē & perniciosum reipub. motum: et uis subsequuta fuisset,
 ni consulum autoritate controuersia in præsentem dirempta fuisset. De ma-
 nubjs singuli aut bini aurei ciuibus, qui rebus bene gestis interfuerant,
 dati sunt. Ultraiecti custodiæ circa portas positæ sunt: ne qua factionis
 bona uehiculis, per fraudem, exportarent, accuratè prohibuerunt. Cols.
 captis, tribuni & senatores se magistratu abdicarunt. Et ne licentia mili-
 tari, Respub. gubernatoribus destituta, & libidine exulum uastaretur,
 Tres uiri cõtstituuntur, Henricus Verborchius, Antonius Bessandius,
 Henricus Husdanus. His mandatum ab episcopo, uti cauerent, ne quod
 flagitium noctu luci ue perpetraretur, uim prohiberent, & ad tumultum
 auertendum, controuersias, & lites, causamq; dicere uolentes, ad Absse-
 mium urbis tum præfectum, qui iudicia exercebat, reijcerēt. Ad res Ul-
 traiectionum inter hæc inspiciendas Margarita regnorū præfecta lega-
 tos Comitum Hochstratanum, principem Assendelphium, Iodocū Sal-
 bautium, Vincentium Cornelij F. misit: simul ut ad ordines, quas condi-
 tiones cum Episcopo inissent, referrent. Ordinum nulla mora conuente
 indicto, in concionem Hochstratanus introductus, longa oratione ex-
 posuit belli rationem cum Gelro suscepti: non tam ob iniuriã acceptam,
 aut res prius ab illo ablatas, quàm quod auxilium episcopo contra con-
 munem hostem tulissent. Illum ubi parum uirium, adeoq; nil opis in se re-
 disset, ad sustinendum Gelri impetum, auxilium Burgundionum implo-
 rasse, ut in episcopatum, unde electus esset, reduceretur. Neq; uero gratis
 tantas impensas in bellum à Burgundionum gente factas: sed utiliter di-
 tioni Ultraiectinæ illum consuluisse, quod eius possessione Carolo Q.
 tradita, quamq; tueri suis opibus principes Ultraiectinorū non ualerēt,
 ultro cesserit. Legatos se datos, ut hæc acta ad ordines relata, ipsorum quo-
 que autoritate confirmarentur. Ad ea responsum: Magna quidē esse mi-
 rita Burgundionum, & singularem fidem, quam eo bello ditioni Ultra-
 iectinæ præstitissent in liberanda patria à Gelri seruitute, & recipiendis
 missis oppidis & castellis: sed uereri, ne fraudi ignominiaē ue sibi apud
 posteros esset, quod antiquissimum iuxta & florentissimum episcopa-
 tū sub ius profani imperij alienassent. Iam illud in sua manu nō esse, nisi
 pontificis

pontificis Ro. auctoritas eam regni mutationē confirmaret. Productæ
 deinde signis impressæ tabulæ Imperatorum & regum à religione, atq̃
 libertates: quas ab ipsis datas olim sibi affirmari uoluerunt. Responsum
 à legato: nihil esse quòd posteritatis reprehensionē metuerent, utcunq̃
 acciperent, si cogitarent, fraudi uerti non posse, quod necessitas exprime
 ret. Quod ad P. R. attineret, aulæ Burgundicæ curæ fore, ne is huic rei
 intercederet. Religioni eam, quam ante bellum, Imperatorum, regum,
 episcoporū, Comitum, Ducum beneficio obtinuissent immunitatem, il
 libatam permanfuram. Hæc postquam conuenerunt, legati ut domum
 renunciarent, Mechliniam redierunt. Hæc ubi Amorfortiam Ultraiecti
 acta fuisse, allatum est: senatus acerbè tulit, hæc absq̃ suo consilio ab epis
 copo facta. Sæpe enim præsens antea de alienatione episcopatus, quæ à
 multis passim ferebat, & fando accepta fuerat, interrogatus familiariter,
 quoties pernegasset foedus ullū cum Burgundis se adiunxisse, aut de ali
 enatione egisse, cur obnoxius illis esset: addere solebat, possessionē eius
 quidem ipsos affectasse sæpenumero, sed ius ad huc penes se integrum
 esse: istud identidem affirmans, nihil eius rei nisi arbitris Amorfortijs sese
 facturum, & quidem ob recentia in se eorum merita & fidē. Quare præ
 ter uectigalium & aliarum rerū libertates, quas haberent, alias Carolum
 Cæs. Q. etiam adiecturum, si ditio sub eius iudicium aliquando ueniret.
 Ratus itaq̃ se negligi senatus, ubi accepit tradendi pactum, remotis se ar
 bitris, Ultraiecti in concilio conuenisse, censuit extemplò quinq̃ legatos
 Mechliniam mittendos, ad regni Burgundici præfectam, ad petendū di
 em & locum constitui, quo indicto concilio ipsi audirentur. Eò postq̃
 uenerunt, benigniter auditi sunt, & eo propensioribus animis, quòd
 apud eam gentem sanctum semper & plausibile nomen Burgundicum
 ppter commercia & negotiationē maritimam, tum alia merita extitisset.
 Maxime uerò, quòd in bello soli in fide non tantum permanissent, sed
 quod capti Ultraiecti gloria penes eam fuisset. Cæterū ad VIII. Cal. Sep.
 25 augusti
 temb. ipsis concilium indicitur Delphis, quò post direptionē Haganam
 iudicium atq̃ ius supremum Hollandiæ translatum fuerat, & opes ciui
 tatis, ut in tutum opulentie receptaculum migrarant. Eò legati sub con
 stitutum conuentui diem missi, Euerardus Linerus oppidi cōcionator,
 Gerardus Sosius, Bott. Consul, Ioannes Sosius, Petrus Hardefeltius,
 Segerus Vuilda. Delphos postquam uenerunt, non multo post ijs audi
 endis è senatu princeps Assendelphius, Iodocus Sasbautius, Vincētius
 Cornelij F. publicè dati sunt. Introducti ad hos legati, primum Carolo
 Cæs. Q. gratulati sunt, quòd eius res ductu Florentij, & aliorum ducum
 prospere ac foeliciter in Velauia aduersus Gelrum gestæ essent: deinde,
 quòd Ultraiectum caput atq̃ apicem episcopatus, pulso in suū regnum
 hoste, recepisset: & amplificare paternum regnum armis ultra pergeret.
 Postrema autem eorum gratulatio fuit, quod in ditionē nuper Transi
 selanā inauguratus, in possessionem inferē etiam uenturus esset. Gratias
 sub hæc illi egerunt, quod non solum grata essent, quæ hoc bello fide
 ter ab Amorfortijs acta consultaq̃ fuissent, uerum etiā quòd honorifico

decreto præfectæ Margaritæ in amicis appellarentur: & ipsius beneficio, quæ haberet iura, leges, libertates illibatas in perpetuum obtinerent. promitteretq; per episcopum Henricum, & legatum suum Albertum Colsterum, sua munificentia insuper immunitates cumulate se aucturum. Quibus beneficijs ne populus Amorfortius indignus esset, semper dedisse operam, daturumq; deinceps porro, ne apud ingratos ea posita uiderent. Quare uenire se, ut se suamq; ciuitatem in eius fidem permitterent. Colaudati à legatis Margaritæ, iubentur exponere episcoporum beneficia, quæ Caroli Cæsaris decreto confirmari, & quibus muneribus ciuitatem suam decorari peterent. Ad ea responsum à legatis: petere, ut quam immunitatem, qd ius de coctura ceruisiaria, unde nundinatio quæ stuola & frugifera una esset, obtinerent, id Cæsaris munificentia confirmaret. Id enim amplum popularibus suis futurum esse. Deinde scriptum huiusmodi ex senatus autoritate exhibuerunt. Quoniam populus Amorfortius multis retro seculis ad presentem usq; tempestatem sanguini Burgundico amicus & beneuolus fuisset, (id quod nulli obscurum est) & beneficia præstitit: grauius ob id terra ac mari bellis cum Gelro diuersis, res suæ à communi tanquam hoste semper afflictæ fuerunt: agri uastati, opes domesticæ magnis suis impensis accitæ: omni ope destitutus, compulsus fuit ab uersus Burgundionum hostes ciuitatem suam tueri. Nuper cum tumultibus intestinis & ciuili coniuratione omnia Ultraiecti arderent, unde uastitas regnorum orta, & direptio Hagana, quæ adhuc in omnium mortalium conspectu est: in eius societatem perniciosam nunquam iuerunt: sed statim ubi ea scintillare occepisset, apud principem suum consilio & operarum ciuitatum insisterunt, ut antequam fomentum conciperet, incendium obruerent. Et quanquam extra causam belli, ex illa officina profecti, planè fuerunt, ut ab eo quietis esse licuisset: gratia tamen & amicitia Burgundici nominis ad bellum animos consociarunt, ut nulla regio, nulla ciuitas, ob situs opportunitatem pariter, & affinitatem locorum, nullus ager Burgundicæ ditionis propius uastitati & hostium populationibus expositus sit, quam populi Amorfortij. Sequuta sub hæc perpurgatio est criminis paulo antè falso per Hollandiæ ciuitates sparsi, de senatu & po. Amorfortio: nisi episcopus maturatè Amorfortiam aduolasset, defectionem ad Gelros spectasse. Cùm in ciuitate inter maximos minimosq; nemo fuisset, cui ea res in mentem semel uenisset. His ad istum quidem maximè modum expositis ostenderunt, principes ciuitatis in eam sententiam consensisse, & spem item magnam habere, eodem & populum blandimentis se in ducturos, ut se & sua omnia, quæ sacra, quæq; profana ciuitatis essent, fide Caroli Q. Hollandorum Comiti, & Brabantorum Duci permitterent, si ob fidem singularem, & recentia & uetera sua merita, hæc ab eius munificentia, æqua ac iusta impetrarent. Quorum primum erat, ut Cæsaris, & eius hæredes principes permitterent, ciuitatem Amorfortiam iurisdictionem liberam suasq; leges habere: sua item omnia iura prædiorum, & banorum clientelaria, agraria illibata esse. Paterentur eam gentem deniq; in sua

Amorfortij p. h. o. c. h.

in sua pristina libertate & immunitate esse: possessiones, usus, consuetudines patrias, publicas ac priuatas, quas ad huc usque diem usurpasset, affirmarent. Iudiciorum & fori domestici, & iuris dicendiratio integra ipsis foret: prouocandi ad extremum iudicem potestas abesset. Si per hanc mutationem rerum pop. Amorfortio, uicis uel circa uicinis, pontifex Ro. alius uel princeps infestus esset: tollerent nullo suo incommodo omnem eam, componendo disceptandoque controuersiam. Aut certe, ut ea res ipsis autoritate pon. Ro. eius uel unde petenda esset, affirmaretur, & quidem nulla pecuniae sua noxa. Caesar nullam pacem, hoc bello, cum Gelro faceret, nisi possessione fundorum, qui ante bellum iuris incolarum Amorfortig ciuitatis fuissent: Gelrus pulsus, eos dominis redderet. Vectigal omnino nullum penderent: nullae pacis condiciones Gelro darentur, nisi Amorfortiorum praedia ac fundi in illis simul exprimerentur. Ad haec, bellorum temporibus cum Gelro, Caesar Amorfortiorum uillas, praedia, armis tueretur, incendijs eximeret, a pactis incendiarijs uindicaret. Si Ultraiectum et relique ciuitates ditionis citerioris sub iudicium Burgundionum transierint, atque controuersia, aut dissidium inter eas exoriatur: ibi Caesar, eiusque haeres nihil aliud, quam aequum principem par est, aut ultra praestabit. Quod si idem populus belli calamitatibus, populationibus, incursionibus hostium damnum accipiat, eum armis perinde ut gentem hereditariam aliam uindicabit. Integrum item erit, itidem ut alijs populis in eius regni foro iure agere, controuersias iudicio disceptare. Quod ad ius finium de paludibus circa Gouolandiam attinet: ut populus Amorfortius, eiusque posteritas & haeres in earum possessione & usucapione maneat, dum iudicio uictis lis abiudicata sit. Ab anno XI. rem Ultraiectinam multis intestinis factionibus, coniurationibus, seditionibus, bellis iactatam & afflictam fuisse, liquidum constat: unde nominatim bellum, etsi haud magni nominis, perniciosum tamen, Iselsteinense coepit: capta castella, & arces: et inter eas, Termeidenis. Unde uastationes agrorum ortae: & re Ultraiectina in magnum detrimentum, impensasque in bellum factas, & aes alienum dilapsa, ordines hypothecas, oppignorationes pro stipendio militari, tabulas usurarias dederunt. Vnas nominatim signo impressas, de C. & V. M. philipporum, & eas quidem trium ordinum factas conscriptasque nomine. Et quia P. Amorfor. nunquam in haec certamina assensit, semperque obstitit, id quod nemini non notum est, nec ipsi Ultraiectini usque ad haec tempora rebus ipsis inficiati sunt: qui in collatione tributaria ex recensu agrariorum aedificiorum, uillas Amorfortiorum iuris, ac bona singulis annuis libera reliquerunt, & ut ante ea tempora fuerant, stipendiaria esse noluerunt. Quare censebit Caesar, neque Amorfortios, neque Amorfortiorum colonos, aut bona, debere teneri ad eos sumptus factos, unde tabulae usurariae traditae sunt equiti mercenario, qui ad id bellum conductus stipendium fecerat, ea formula, qua communi ordinum nomine datae fuerunt. Quonia autem ea gens nullam materiam consilium uel ad hoc bellum praebuit, & portis suis obuia beneuolentia arma ac copias Caesaris rece-

*Amorfortij quid
petunt a hinc inde*

pit: ibiq̄ iam aliquandiu per hospitia ac domos distributæ, cum hospiti-
 bus grandem pecuniam pro uictu alijsq̄ rebus deberent: his prius Cæ-
 sar persolueret ab eo tempore quo ciuitati præsidio impositæ, ipsius mar-
 stati & episcopo in auctoratæ fuissent. Ad hæc, turmales, qui ibi reliqueren-
 tur, sua pecunia, nullo uero ciuitatis sumptu, aleret: & quidē ab eo, quo
 permisso episcopi in ipsius ut Holl. Co. & Brab. ducis fidē à po. Amor-
 fortio iuratum esset. In conditionibus & hæc ascripta fuerūt. Castellum
 Amisianū, quod nuper iterum Gelro ademptū fuit, quia prope Neo cle-
 siam situm, ac Velauia uicinū, nimis magnis sumptibus ad alenda præ-
 sidia cōstabit: nec Gelrus antē quiescet ad occupandos sue ditioni oppor-
 tunos portus, quàm consuetis artibus per fraudem illud receperit. Qua
 ex re non tantum Amorfortia, eiusq̄ omnis ora maritima, sed Amstelro-
 damum etiam, & ciuitates circā maritimæ Hollandiæ peninsulares, que
 Vuaterlandia appellant, cū incendijs, populationibusq̄ rursus uastari
 & exactiōibus incendiarijs uexari, tum mare iam pacatum, nobis om-
 nibusq̄ Burgundici nominis mortalibus, intercluso annonæ cōmercio,
 excursionibus & prædationibus infestum reddi posset. Ipsum igitur ca-
 stellum, & alterum item haud procul ab eo distitum Altenā funditus de-
 lebit: ne unquam hostibus sint asylum, eo ue receptum habeāt. Iam uero
 quia per hanc ad Burgundos transitionē, ciuitas Amorfortia immorta-
 le odiū & inimicitias suscepturus sempiternas cum Gelro est: cumq̄ ipsa
 sit cardo omniū regionum Burgundicarum, iuncta hostium agris, eo-
 rumq̄ terminos ac limites pertingens: necesse erit in hæc, præter alias ur-
 bes, præcipuē, maximos sumptus, quotidie ducendis aggeribus, effosso-
 nibus, fartis tectis mœniorū cōseruandis, excubijs nocturnis habendis,
 & interdium custodijs portarum intentē agendis, facere. Eritq̄ ea iam dein-
 ceptis clauis ac uestibulum regnorum Burgundicæ gentis. Et quia hæc ci-
 uitas inopia ærarij his tantis impensarum oneribus ferendis haudqua-
 quam sufficit, eius egestatem Cæsaris munificentia annua, & ea quidem
 tolerabili pensione, ope reliquarum ciuitatum Hollandicarum leuabit.
 eaq̄ in hunc usum assignabitur, ut regna integra conseruentur. Olim po-
 Amorfortius episcoporum beneficijs ob certa merita hanc libertatem
 obtinuit, ne intra secundū à ciuitate miliare in uicis potus coqueretur, sed
 intra eius muros solum: ut Cæsar eandem amplificando, propagandoq̄
 intra totidem miliaria in Gelri ditione ciuitati cōcedat, ubi eam bello de-
 uicerit, aut è sobole quis sub ius Burgundionum debellatam redegerit. In
 arce Horstana nuper scedē à Gelro ita ruinis deformata, ut nunquā ap-
 pareat restauranda, quatuor sacerdotia ab episcopis Ultraiectinorū ma-
 ioribus condita fuerunt. Et quia nostrum collegiū munere ecclesiæ gra-
 uatum adeò tenue est et inops, ut eius proventus undecunq̄ conflatus
 senum librarum in singulos annos, ad præparandum uictum & sordidum
 alimentum suppetant: illa huc transferantur his legibus, ne in fraudē pol-
 sessorum id fiat. Quoniam autem ad hoc usq̄ tempus ciuitas Amorfor-
 tia Hollandorū comitibus c. scuta Gallica in singulos annos pendit,
 à temp

à temporibus Gulielmi Bauari Comitis Hollandorū, in renouationem
 amicitiae, et beneficii accepti recognitionē. Dedit enim is Comes po. A-
 morfortio ob singularia & merita & fidem, quā bello & beneuolentia ei
 praeſtiterant, portoriorū ac uectigaliū per omnē suam ditionem, immu-
 nitatem. Postulat itaq; aequitatis lex & ratio, ut simul ac po. Amorfortius
 exemplo aliarum sociarum ciuitatum in Caroli Cæs. fidē iurarit, itidem
 ut reliquae eius ciuitates, ac populi, eandem libertatē obtineat: & uecti-
 galium immunis sit: pensionem nullam amplius in reliquū pendat. Hac
 remissa in perpetuum, concedet po. Amorfortio hanc insuper immuni-
 tatem, ne ipsi pro suis capitibus, pro ue mercibus, portorium ullum terra-
 marū ue pendant in Burgundionum ditione ac terris, quas nunc obtinet
 Cæsar, aut successores obtinebunt. Postremo, ut praeses citerioris ditio-
 nis prius hæc pacta iuramento se rata habiturum, semper affirmet, quā-
 po. Amorfortius obligetur in eius fidem iurare. Ad hæc, ut legati Cæsa-
 ris primo quoq; tempore has condiciones ab illius maiestate comproba-
 ras affirmatasq; reddant, signoq; impressas tabellas senatui populoq; A-
 morfortio tradāt, antequam à se iusturandū exigatur. Adscriptū quoq;
 fuit ab Amorfortijs, ut quae uiderentur, modo æqua, addere, tollere, mu-
 tareq; liceret. Exhibitis his conditionibus XII. Cal. Septemb. Amorfor. *21 ang. h.*
 tuocatis, ad singula à Cæsaris legatis sic responsum cautumq; est, ut ea ita
 rata forent, si heroinæ Margaritæ autoritate comprobarentur. Placuit i-
 dem et Amorfortijs, si domum renunciarent: atq; senatus, quid censeret,
 cōsuleretur. Responsum insuper legatis fuit, ubi Comes Hochstratanus
 Ultraiectum ueniret, eò se per literas & Amorfortios cōuocatuos: ut de
 his rebus, ex utrorumq; sententia, pacta conficerentur: facile tum eos de
 omnibus, & quidē amicē, consensuros. Cæterum ex legatorum senten-
 tia condiciones in hæc ferē uerba cum Amorfortijs ita mutatae sunt, si au-
 toritate Margaritæ comprobarentur: factaq; ad senatum domum reuer-
 sis potestas referendi est, sic conscriptas Placere Cæsari, ut liberi Amor-
 fortij suas leges, suaq; omnia iura urbanorum, prædiorum, uiarum, clien-
 telarū cum ciues, tum incolae, cum iuris ditione omni inferæ ditionis ha-
 beant: simul ut libertate, plebiscitis, possessionibus, immunitatibus, con-
 suetudinibus, usucapionibus, quibus ante hoc bellū fuerunt, in reliquū
 utantur, ubi episcopi Ultraiectini placito ac iussu in eius & successorum
 Ducum Bra. Comitis Holl. utriusq; sexus, fidem iurarunt. Inter se
 iure ac iudicio apud iudicem loci proprium cōtrouersias, et nusquam ali-
 bi, disceptant. Translationis forma ipsis autoritate pontif. Ro. affirma-
 bitur. Et si qua infestatio alicunde eam ob causam nunc aut in posterū ob-
 oriat, ea nullo po. Amor. detrimento incommodo ue auertetur. Pacem
 cum Gelro non faciet Cæsar, nisi in ea exprimat, ut bona, possessiones,
 in eius ditione sitē eidē populo reddantur. Faciet & hanc conditionē, ne
 in po. incolarum ue huius ciuitatis prædia, quae sub Gelri iure sunt, graui-
 us uectigal, quā in ipsius gentis fundos, per omnes passim quatuor qua-
 ternionnes regni imperetur: & id quidem ē formula pacti, quod inter
 episcopum

episcopum & Gelrorum Ducem initum olim extat. Sin diuersum euent
 at, ius tuebitur. Si urbs Ultraiectum & alia inferæ ditionis oppida in po-
 testatem concesserint, interq; ea controersia nata fuerit, Cæsar, eius ue-
 successor ad eam litem disceptandam nihil ultra præstare debet, quàm æ-
 quum principem par est in populum suum præstare. A damno eos uin-
 dicabit, à populationibus agrorum defendet, haud aliter quàm alios sup-
 gentis ac regni populos: eritq; ipsis perinde ut alijs, lites disceptandi ius,
 ubicunq; nomen Burgundicū imperat. Quod uerò ad paludes circa Gou-
 iolandiam attinet: hæc controersia quoniam publica non est, sed priua-
 ta paucorum, de ea inter conditiones mentionem facere nihil est necessè.
 quare de hac re supersedendū. Iis interim, quos hæc lis tangit, exhibendi
 quod ius habent, potestas fiet: adiuuabuntur gratia ad obtinendū æquū
 propter publica ciuitatis & beneficia uetera, & recentia merita. Non per-
 mittet Cæsar, quod ad hæc debita, & aliud quodcunq; æs alienum, Ultra-
 iectinorum separatim consilio & culpa conflatum, in quæ Amorfortius
 populus non cōsensit, nec tabulas obsignatas tradidit, in eius agros, sua
 dos tributum ullum imperari: uillas uel stipendiarias prius fieri, quàm da-
 to concilio causa gentis audita sit. Sed ne tum quidem inceptandum pri-
 us quicquam in ea noui, quod ipsorū libertatem eneruet, quàm iure par-
 erit fieri: aut ex ipsius populi Amorfortij sententia & consensu æquū
 censetur. Equitum peditumq; præsidij ciuitati impositis, deinceps sti-
 pendium nisi arbitro ac sciente populo, non persoluetur: è quo, quibus sti-
 li debito obnoxij sunt, omnium primū examulsim pernumerabitur, ad
 ipsorum usq; stipendium. Quod ad exactum uero tempus: huius persolui-
 cum senatus indicem pecuniæ, quæ creditoribus hinc reliqua est, cum
 enumeratione debitorū nominatim transmittet. Hoc accepto, Goudam
 ad prætorem literæ extemplò dabuntur, & ad alios item, penes quos sti-
 pendiariorum index positus est, quiq; quæsturam gerunt: ut id accurate
 dent operam, ac curæ sit, his mandabitur, uti quantū ciuibus Amorfor-
 tij creditoribus reliquum superest, tantum illorum stipendio, ad id con-
 ficiendum debiti, abradant. Cæsar deinceps equitū classes, quæ ciuitati
 præsidio imponent, nullo sumptu uel reipub. uel populi, sed suis impen-
 sis alet. Verum si in posterum, publico ditionis citerioris in dicto cōcilio,
 Cæsari qua pecunia, ad eam defendendam decernatur, huc Amorfortij
 eorumq; bona ex æquo, cum alijs, contribuent. Placuit præsidium Alce-
 nam, haud procul à Neoclesia, si nondū dirutum est, solo equari. Arcem
 Amisianam delere, maximè hoc bello, non uidetur è refuturū. Eo con-
 fecto, faciet Cæsar, quod in rem ciuitatis, & aliorū regni sui oppidorum,
 fore uidebitur. Quoniam ea regnorum cardo est, decreuit illi Cæsar, tri-
 cenos aureos in singulos annos, quàm diu bellū cum Gelro geretur: ut
 ea pecunia impensæ, quas uigilijs, stationibus, effossionibus, ducendis
 aggeribus, & alijs publicis operibus conseruandis faciunt, et onera leuentur.
 A commercio cocturæ ceruisiarig, cum & nominis celebritas huius,
 & negotiatio pendeat, cēlebit Cæsar, nequis intra sesquimiliare à ciuitate
 ceruisiam

ceruisiam coquat, cum in Gelria, ubi in Burgundionū potestatem uenerit,
 tum in citeriori ditione Ultraiectina, si nemo diuersam immunitatem
 ante hunc diē obtinuit. Cœnobita semper excipiunt: quibus ius copiaque
 erit sibi faciendi potum, at non ob quæstum distrahendi. Consilio con-
 ditoris & mente sacerdotiorum in arce Hôrstana, inspecta, liquebit quid
 de ijs decerneretur. Porro de remittenda pensione nihil cōstitui potest, sine
 permissa atque autoritate ipsius Cæsaris: ad quam obtinendam, in Hispa-
 niis ad eius maiestatem scribendum esset. Cæterum de portorij immuni-
 tate, & uectigaliū, quæ petitur: ne ea quidem affirmari potest. Nam Hol-
 landis ea immunitas à seniori Philippo Burgundorū Duce concessa est,
 ne cui similis libertas in posterum extra Hollandiam genti detur. Quod
 quidem usque ad hanc tempestatem seruatum est. Ad hæc, ne iisdem Hol-
 landi quidem portorij immunes passim sunt. Et ipsi Brabantii, Flandri,
 aliæque multæ gentes imperio Burgundico parent: portoriū tamē in Hol-
 landia terra marique soluunt: uti Hollandi uicissim apud illos. Quare licet
 citerior ditio Ultraiectina sub imperium concedat Burgundicum: nihilo
 magis ob eam causam Hollandus in hac portoriorū immuniserit. Cen-
 suit, Cæsar de his omnibus populo Amorfortio, statim ubi cōuenerunt,
 tabulas obsignatas iusta forma tradendas: eaque ijs in perpetuū seruanda.
 Mandauit præfectis & magistratibus suis, uti ipsis ad hæc illibata exe-
 quenda curæ sit. Placet ad postremum, ne quis ciuis Amorfortius, ob de-
 bitum alienum, seu publicū ciuitatis æs, in Burgundico solo, nisi ob pri-
 uatam debiti noxam damnetur, retineaturue. Cum hoc responso legati
 ad renunciandum Amorfortiam reuertuntur. Postquam autē in senatu
 condiciones, ut eas pepigisse uidebantur, sunt recitatae, nequaquam per
 omnia placuerunt. Quare (quia eæ sic non conuenerant, ut ratae firmæque
 haberent: cum neutri legati, neque Burgundi, neque Amorfortij, cum liberis
 mandatis, decreto quique gentis suæ, conuenissent: & Amorfortijs referen-
 di potestas facta fuisset: & Burgundi earum comprobationem ad Mar-
 garitam & Comitem Hochstratanum reiecissent, quin liberum mutare,
 addere, eximere, quæ uideretur, relictum esset) in diuersam formā ex com-
 muni utrorumque sententia & uoluntate, postea sunt confectæ. Censuit
 itaque senatus statim, ubi Hochstratanum Ultraiectū aduenisse allatū esset,
 aliam legationem ad eum, ut amicū populo Amorfortio, decernendam:
 cum quo tanquam æquiori sibi suæque ciuitati, sermones conferrent. Atque
 hæc quidem directa libertatē maturè paciscendi formula magis ex pru-
 dentia Amorfortiorū uisa est, quàm mora interposita, leges patrias, &
 immunitates, episcopi dementia fretos, amittere: cum restituto Ultraie-
 cto, tum alijs oppidis traditis, ipsis quoque sub Burgundionū imperium,
 uel restitantes eundem fuisset. Et ueterum item meritorum in Hollan-
 dorum principes fiducia: & quod neque ad hoc bellū, neque ad alia unquam
 cōsultores fuissent: insuper innoxij ad episcopi sui & Burgundici sangui-
 nis gratiam plenius emerendā, in societatem belli cum haud dubio rei-
 pub. discrimine uenissent, rectè libertatem suā sibi affirmari debuisse ar-
 bitra-

bitrabantur, quæ priorum principū decretis data esset. Iustus me herede
quàm ijs, qui pulsus episcopis, alienos principes in societate ascivissent
& ictum cum illis foedus amicitiae, cōmuni numismate percusso testatū
immortale odiū cum Burgundis semper exercuissent. Petiuerant Amor
fortij à Cæsaris legatis Ioannem quendam Campanum, ciuē suum, pau
lo antè Nerdae ab equitibus per errorē pro hoste captum, & xxx x x x
philippis multatum, remitti, quia in hostium numero non erat: respon
sum, sibi curæ fore, ut nullo damno dimitteretur. Questi adhæc fuerant
de Nerdorum iniuria, qui grauiori uestigali Amorfortiorum coctis,
quàm uernaculo potui imposto, illā oppido suo expellere conarentur.
Ad quod responsum fuit, breuī Comitē Hochstrat. Ultraiectum adfuro
rum: ubi is hanc utriusq; populī causam disceptaret. Ad ultimū, cædem
coactus perpetrauerat, uim à corpore suo repellendo, Rodolpus quidē
Gulielmi F. petitum ab Amorfort. uti huius damnatio sustolleretur. Ad
id Cæsariani, ut facinus quemadmodum patratum esset, scripto Marg
ritæ exhiberent: si eiusmodi foret, ut remitti posset, impetratum id ipso
laturos. Concionatori Euerardo Linero munera in singulos annos à
Cæsarianis decreta, ob fideliter nauatam operā, L. aurei: & Segero Vul
dæ prætura urbana. Ad pacē qualemcunq; faciendam, interea Gelrus in
Burgundionum castra, ad Florentiū, nuncium cum literis occulte mit
tit: satis diu honoris causa apud populares obsidionē tractam fuisse. In
petrabiliior hoc illi ea fuit, quo propter cōsanguinitatem minus infestum
Comitem sibi habebat hostem. Erant in omnibus castris in expectatione
haud dubia, in dies rursus oppugnandi oppidi, cum Idib. Augusti sub
tō mane post lucis principium tanta trepidatione ad uasa cōclamarentur,
ut si hostiū procella repente excitata, perturbatione & metu amentes ad
effusam fugam compulisset. Mercatores, qui castra cum luxu precioso
rum rerum, et merce omnis generis ad eum usq; diem sequuti fuerāt, cum
in re subita spacium componendi sarcinas non esset, multi ne uel à suis se
gientibus deserti in hostium potestatem uenirent, uel in postremis carpe
rentur, relictis rebus prædæ, immisti palantibus, & inordinatè in fugam
effusis, Buscodu cum auolarunt. Tylani cognito hostium discessu, nihil
in tali occasione segnescendū rati, ubi aliquandiu palantes instando ue
gendoq; sequuti fuissent, ad diripenda castra se conuerterunt, ac direpta
incenderunt. Per hos ipsos dies uenerunt in Hollandiā bis mille pedes
Hispani, à Cæsare auxilio suis missi. Hi, audito solutam obsidionem esse,
tum autem & pacem & amicitiam Gelro dandam, à ducibus suis per ali
quot dies Ultraiecti moratis, in Hispanias breui sunt reportati. Equites
Burgundionum, quorū bona pars Gallogermani erāt, per oppida sine
dispersi. Decreto inde concilij Burgundici Legatus Laurentius Dub
lionus ad Ducē pacis ac foederis faciendi causa, quiq; ab eo iusiurandum
exigeret, cum primo autumno mittitur. Erat is uir tanta animi ui, & inge
nij ea tempestate, ut eum eximia prudentia ad summos honores pro
uexisset. Si ius consuleres, clarum ac celebre regni oraculū: si causa per
randa

13 angli tula libri
rara ad obsidione

randa esset, eloquentissimus fuit. Quare ad arduas legationes obeundas
 sæpe datum uidimus. Inter sancendum scdus ex cõposito Duci pro da-
 to damno concessum, ut integra pace in Goiolandiam & uicos Amisia-
 nos cum omni robore populabundus irrueret, & ad multam incendia-
 riã cogeret. DCCC. delectæ iuuentutis pedites in armis habebat: ad hos
 delectu in agris habendo, biduo absumpto, M. CC. è Velauia ac Batauiã
 conscripsit, & CCC. equites. Cũ his copijs Non. Septemb. paulo ante
 exorientẽ solem transgressus montem, in Amisianos & Goiolandos in-
 cursionẽ fecit. Susato, qui primus pagus hosti obuius erat, iniecto igni,
 usto, reliquis uicis undiq; metu ne hostilia paterentur, ad paciscendum
 effusi, obsides dederunt. Ad pacta maturanda hoc uehementius urgeban-
 tur, quòd metus hostes tenebat, ne si segnius institissent, à Burgundis re-
 ditu intercluso, undiq; circumfunderentur. Mittuntur extemplo Ultra-
 iectum & alia propinqua oppida nuncijs ex Amorfortio, ad contrahen-
 dum undiq; auxilia: constituiturq; hora, ad quam Amorfortiam à meri-
 die conuenirent: non dubium, quin numero superiores, recentes item, in-
 tegriq; fessos faciendo itinere superfusi cæderent. Tenebant Amorfortij
 equites totũ interim diem in accliu latere montis, ut Gelrum à popula-
 tione montis prohiberent. Ac circa quartã diei horam ex Ultraiecto tur-
 mæ aliquot Gallorũ equitum uenerunt. Gelrus peractis interim pactio-
 nibus, in Gelriã, priusquã Burgundionũ uires undiq; se collegissent,
 se recepturus, in summo montis uertice in ciuitatis cõspectu instructa a-
 cie sese aliquandiu tenuit. Et quia pedestrib. copijs & machinis tormen-
 tisq; campestribus ualebat, & summũ montis auerso sole, omnia oppor-
 tuna deniq; occupabat, pugnae copiã ex oppido Burgundi non fecere.
 Tenebat tamen circa portam equitatus in hostiũ cõspectu: certatumq;
 aliquandiu ex interuallo infestè bombardis. Concidit ex Gallis equiti-
 bus globi ictu fortè unus. Huius casu reliqui Galli cõterriti, uersis trepi-
 dè equis, in oppidum per confertam populũ turbam ad spectaculum ueli-
 tationis porta effusi, amentes haud aliter quã si tergo hostis inhesisset,
 effuso cursu alij super alios retro sese precipitarũt. Gelri deiecto supplicio
 suspendij, in Gelriam inde cõcesserunt. Sub occasum solis, ad hostes iam
 in pacatũ ablato insequendos, Amorfortiã cũ haud contemnendo equi-
 tatu superuenit Gulielmus Comes à Renneburga: ac paulo inde post,
 equites Rhenani. Postridie Comes, & Ioannes Schonenburgus à consi-
 lijs episcopi, Coss. ad se acciri iusserunt. Receperat se certamen inter ciues
 & equites, nuper (ut uidebatur) à Coss. compositũ, ius captiuorũ equi-
 tum certatim sibi uindicantes, ac prædã ad se attrahentes. Cõuocantur
 simul & equitũ nobiliores, ad disceptandam inter utrosq; cõtrouersiam.
 Tuentibus obstinate Consulibus ciuium ius, quorum maxime uirtute
 fulsi captiq; hostes essent: & equitibus contra pertinaciter gloriam parte
 uictoriæ in se transferentib. clamantibusq;, suos, haud ciuium, captiuos
 esse: ubi medijs disceptando nihil promouissent, Dorestatum se abripue-
 runt. Reuersi ijdem paulo post Amorfortiam, à Coss. & ciuibus cõten-
 derunt,

derunt, addentes id quoque Cæsarem petere, ut nisi molestum esset, duos captiuorum principes, ad usum permutationis, sibi donarent: fore id amplum & gratum cum episcopo, tum Cæsari. Erant autem ij, Iohannes Lindenus, & princeps ab Oïo, summæ nobilitatis apud populares suos, homines. Affirmabat identidem Comes, in hos cui nullum esse ius: ex lege enim militari seruari, ut captiui nobiles principi cedant, cuius auspicijs bellum geritur. Ita se à patre suo accepisse, ac triginta plus annos, quibus ipse rem militarem sequutus esset, diuersis bellis obseruari uidisse. Id ita esse, neminem ferè militarem hominem latere. Exarsit ea contentio in acerbam usque altercationem. Hæc ubi à Coss. non paulo pluribus argumentis, cuius bus exposita sunt, ingens uociferatio exasperatæ indignatione & tantæ insolenti iniuria, multitudinis coorta est: iniquissimum id esse, quod flagitaretur: ut ea præda episcopus, pro qua uitæ periculum ipsi adiuissent, perciperetur. Alioqui se maluisse ad unum omnes confodere, quam in fide accipere, si ad alienum, captiuorum ius peruenturum fuisse, præsciuisent. Vel le eos se, in quorum potestate essent, pecunia ex sua libidine multare. Sed ne tum quidem adhuc certamen alij omiserunt. Consules ingens metus tenebat, ne principis odium, si hoc negaretur, in se prouocarent. Aegre tandem à suis obtinuerunt, ut traditis captiuis duobus, ciuibus pro rebus bene gestis C. philippos donaret episcopus. Legatus Cæsaris postquam ad Ducem uenit, consultatio per dies paucos tenuit, quibus conditionibus pax & societas perpetua adiungeretur: & deliberatio loci, quo legatorum concilium indiceretur. nam cum ijs solum mandatis Laurentius ad Gelrum missus erat. Ibi ex utriusque sententia conuenit, uti Germani conuentus haberetur. Quamuis hæc inter principes ita agebatur, ut dimisso exercitu ante factam pacem, dandæ adhuc Gelro amicitie & societatis leges essent: indignabantur tamen Burgundicarum gentium ciuitates, hanc speciosam pacem, nullo suo concilio, nullo suo iussu, post decies centena aureorum milia, quæ in id bellum intra quinque menses, quibus gestum esset, contulissent, per speciem ludibrii ac conspirationis ex composito fieri. Sequutus hoc magistratuū passim murmur, & hominum plebeiorum ubique fremitus, querentium indignantiumque, cum rerum penuria se urgeri & egestate, tum exactioibus in bellum exhaustos esse. Ad hæc, mercimonia sterilia: nusquam denique questum ex mercibus fieri, & mercatus frigere. Querimonibus ciuitatum facile ficto rumore à principibus Burgundionum ita statim occursum est, ut nullo præsentis certamine se infamia simul & inuidia exemerint: ut sunt homines talium, quæ non facile refelli possunt, spargendorum artifices. Vbi aduertere illi lea: apud omnes mortales hoc consilio perpetrandæ pacis inuidiam sibi conciliasse, peruulgarunt rumorē, literas ex Hispaniis ab Imperat. Carolo ablatas, ut pax qualiscunque æterna Gelro daretur, et amicitia: si fœdus suum atque societatem Gallo renunciare uellet. Pacem petisse Gelrum, cuius æquas pariter ac tolerabiles condiciones haud esset aspernaturus: quare non esse ut acerbius in eum sæuiretur. His ipsis diebus, corpora canonicorum

pax in gelro

quædam in hoc bello
burgundi captiui erant

eorum, quos saccis episcopus infutos in Rhenum demerferat, diuersis
 Lecce ripis, sed modico inter se interuallo appulsa heserunt. Corpus M. *1528 h oribus*
 Godefridi Cunretorij inter Lexmundam & Viennam inuentum, Vien *par furm m us. 120*
 nae magnifico funere elatū, sepultūq; in templo fuit: monumentumq; ibi
 conditum. Antonij Venrodij uerò, paulo ab eo loco infra, in insulam,
 uadi uiolentia eiectū est: ac in uico laersfeltio, in cœmeterio nullo hono-
 re sepulturæ contumulatur. Animis hominū iam hac fama à suspicione
 talium, ut dixi, consiliorum auersis, indictus concilij dies aderat. Con-
 uenerunt frequentes Gorcomiū principes, & Gelri legati: at hi non cum
 liberis mandatis fanciendi, nisi ex ducis autoritate. Burgundicæ legatio-
 nis principes erant, Com. Florent. Com. Hochstrat. episcopus Palhar-
 mitanus, Laurentius Dublio, A' Gelro legati missi uenerunt, Henricus
 Grossius, præfectus Tylanus, N. Collerus, M. Henricus Kiespennin-
 gus. Ab his ita foedus inter ambos principes conscriptum est, ut ratū ha-
 beretur, si id Gelrus autoritate sua confirmaret, essetq; integrum, muta-
 re, addere, tollere quæ uideret. Quare cū in multa pacis leges haud cōue-
 nirent, subinde Arenacū legatus Gelrus ad Ducis auctoritatem consu-
 lendam ultro citroq; tamdiu profectus est, dum de omnibus inter ipsos
 conuenit. Quamuis factæ pacis conditiones adeò in occulto supprime-
 bantur, ut nullis ciuitatibus, quantumuis & opibus præpotētes essent,
 et celebritate eminent, earum omnium exempla petentibus fierent, con-
 ditionum tamē quædam capita è reliquis excerpta, à Comit. Hochstrat. *conditio pacis*
 et à Laurētio Dublione & archigramateo subscripta, Amorfortiā ad se- *m us. 120*
 natum in hæc uerba ferè missa sunt: Vt captiui, qui adhuc in custodijs es-
 sent, religiosi profaniq; nominis, capti hoc bello, utrinq; dimitterent: libe-
 ri hi à multis, exactiōibus, pactis post x. mensis octob. diem initis, *cc*
 statim sunt: pro uictu tolerabile precium solum numerant. Obsides *cc*
 sponsores in hoc bello dati, pacta incendiaria, & si quæ pecuniæ pacte de- *cc*
 bentur, ut pacati essent, utrinq; eo iure, quo ante bellū fuerunt, deinceps *cc*
 sunt: illi sponsione liberantur: hæc remittuntur: tabulæ item & obligati *cc*
 ones inde datæ redduntur: ijs tamē legibus, uti obsides id quod pro ui- *cc*
 ctu debent, soluāt. Ad hæc in foedere continetur, ut clientes, officia, ciues, *cc*
 cēturiones, eques, pedes, mercatores, homines deniq; utriusq; nominis, *cc*
 conditionis ac gentis cuiuscunq; qui ab hominibus Cæsarianarum Gel- *cc*
 rarum ue partium aut episcopi retenti fuerunt hoc bello, ita reddant, ut *cc*
 domum, possessiones, redditus, & quæcunq; in rutis & cæsis non sunt, *cc*
 intraq; cuiuscunq; regni fines continentur, quemadmodū post euulga- *cc*
 tam pacem sunt inuenturi, sibi per inde eōq; iure usurpent, quo ante bellū *cc*
 usurparunt. Quod ad usum fructum uero eorum, et prouentus exactos: *cc*
 quod de his prioribus decretis ad foederis huius promulgationem ab in- *cc*
 choato usq; bello, principes, eorum ue administri censuerunt, id firmum *cc*
 ratumq; esto: aduersus quod, iure agendi potestas nulli conceditor: neu *cc*
 contra eos, quibus permilla res ea fuit, litē intendendi ius dator. Quarū *cc*
 pensionū, reddituū, prouentuū, fructuum ex ædium, agrorum, fundo- *cc*

» rum locationibus, cuius'ue usurariæ pecuniæ dies persoluendæ ante
 » euulgatam publicè hanc pacem exiuit, eorum ius penes hos esto, quibus
 » principum, eorum'ue præfectorum administratorum'ue beneficio in be-
 » lo concessa fuerunt. In eiusdem fœderis legibus ascriptū fuit: uti ruta cæ-
 » sacp, ante pacis euulgate diem nondū loco mota, statim eorum iuris sint,
 » ad quos ædiū fundorum'ue dominia pertinerent. Exules Ultraiectini ac
 » profugii utriusq; nominis, belli huius, & ciuilibus tumultus temporibus pul-
 » si, ante certam diem, hoc est Cal. April. in urbē ne redeunto: ne'ue isdem
 » fundos usurpandi, aut possessionibus suis ante eum diem utēdi ius esto.
 » Intra urbem ne uersantor, antequam iusiurandum, ab urbis præfecto ex-
 » actum, Carolo Cæsar. præstiterint. Inde gdes, ædificiaq; uti tum erunt, uir-
 » panto. Idem de exulibus Suollanis decretum est, ne ante Cal. Ianu. in ci-
 » uitatem redeant: atq; ad formulā iureiurando præstito, ius ciuitatis inde
 » ijs restituantur. Ne clientes, ciues aliorum, princeps alius, eorum'ue agros
 » bonaq; quæ in rutis cæsis non habentur, deinceps grauioribus uectiga-
 » liū constitutionibus, tributarijs largitionibus, quàm suos & suorū bona
 » intra regni sui fines onerato. Quo iure, quæ'ue libertate, quibus'ue legib.
 » alij sub aliorum principum ditione ante bellum fuerunt, ijsdē recte deinceps
 » utuntur. Clientibus, ciuibus, populis, mortalibus deniq; omnibus
 » utriusq; nominis & conditionis, alijs per aliorum principum fines eundi
 » commeandiq; terra, mari, fluminibus, manendiq; item ius esto. Pristina
 » hodieporia, portoria, uectigalia, mercibus, negotiatoribusq; manento:
 » ea ne augentor: merces negociatores'ue ne retinento: alijs per aliorum
 » gna pacatum iter esto. Ab his uiolandis fraus abesto. Nullæ tabularum
 » speciosæ officinæ prætextus'ue inusitati iuris, ad id infirmandum, ualeat.
 » Cuiusmodi sunt lites, actiones, sententiæ in bello ita latæ, ut eo perpetra-
 » to, persequendi ius potestas esset. quæ in hac pace abolentur. Huc itē spe-
 » ctant tabulæ militariū equestriū'ue actionum, seu obligationū dea-
 » rum'ue præfectis non solum in hoc bello datæ, sed etiam quæ alijs bello
 » rum temporibus concessæ sunt. Controuersia quoq; per ea tempora or-
 » tæ ne impediunt. Quibus uero eiusmodi sunt tabulæ, obligationes'ue,
 » ijs ius suum persequendi, contra eos, à quibus illas acceperunt, potestas
 » esto: ac cum ipsis iure agunto: eamq; controuersiam iure ac iudicio
 » ius exactio esto: ipseq; debitor retinetor. Positū super hæc inter condi-
 » tiones fuit: ne Cæsar, Dux'ue, eorum'ue præfecti, alij contra aliorum cli-
 » entes ac ciues, in fraudem, tabulas perniciosas immunitatum libertatis'ue
 » ad gratiam concedant. Liberum tamen cuiq; inter suos, quæ uidebunt,
 » statuendi ius, integrumq; erit, hac in re: præcipue, si rite iudiciorum ratio-
 » ne & cæremonijs exactis, (quæ præcedere debent) ius cui negatū fuerit.
 » Quod ad xv i. milia aureorum, quos Dux Gelrus hoc bello ordinari-
 » bus Ultraiectinis mutuo dedit, ex pacto de hypothecis decedendi agro-
 » rum sub eius ditione, cum tabulis signo suo impressis tradito: in hoc con-
 » uenit,

uenit, ut illi iudicio contra hos ac lege disceptandi ius sit. De usura au-
 tem pecuniarum, quæ debentur, sic item cõuenit: uti ijs, à quibus ordines
 pecuniam accepere sub oppignoratione agrorum eorũ, qui intra Gelri-
 fines sunt, itidem ius persequendi copia permittatur. Quibus cum, ipsi-
 principibus, in gratiam reconciliatis, recte conueniat, singuli principes,
 suos sanguine affinitate ue iunctos dicunt: & quidẽ à promulgatione
 perpetratę pacis intra mensem secundum. Ea de re intra secundum men-
 sem post, dicti à suis quicq; principibus tabulas signis impressas, produ-
 cunto. Pax, statim ubi perpetrata erit, in cardinibus horum principum
 uniuscuiusq; regnorum intra tertium diem: aut ad summum, post quin-
 tum insequentem, intra omnium fines regnorum, promulgator. Affir-
 marat Laurentius sua manu infra, in has ferme leges, fœdus cõscriptum.
 Reliquas uerò quæ regnũ Gelriæ attingebant, scripto non euulgarunt.
 Serebant tamẽ rumores, ij qui primas in facienda pace obtinere uideban-
 tur, earũ hanc ferẽ summam fuisse: Vti Gallo fœdus & amicitiam renun-
 ciaret Gelrus: nulla ei auxilia ad bellum mitteret. Cæsari & eius hæredi-
 bus Comit. et Duc. iureiurando fidẽ suam obstringeret. Cæsar uicissim
 ex oppidis Gelriæ, hoc bello ademptis, præsidia deduceret, eaq; restitue-
 ret. Dux ditionem Gelriæ, & Zutpha. satrapiam fidẽ à Cæsare ut Duce
 Brab. & Comit. Holl. obtineret. eiusq; heredes, ex legitimo matrimonio
 uirilis stirpis. Quo tempore uerò uirilis soboles e cõnubio deficeret, re-
 gnor extemplò ius hæreditariũ, ad Duc. Brab. & Com. Holl. eorumq;
 posteritatem sine fraude perueniret. Groningam, & præsidium Couer-
 dam, earumq; fines in Druentonibus, quoad uiueret, in sua ditione habe-
 ret: post eius uero decessum, Burgũdici iuris forent. Mortuo Duce. sine
 uirili sobole, fœmineam stirpem relictam Princeps Burgundionum in
 regiam suam reciperet: eamq; pro dignitate in summo honore habitam,
 educatamq; liberaliter, nubilem cum dote magnifica pro sanguinis imagi-
 nibus elocaret. Ne Dauentrien. ob contumeliam Libræ, in mediõ foro
 se uiuo Iselam ponte iungerent. Legati Burgundionũ iurarunt in hoc fœ-
 dus, placuitq; primo quoq; tempore mitti legatum Arnimiam, qui ab ip-
 so Duce iusiurandum exigeret. Profectus eius rei gratia est Laurentius
 Dublionus. simul ut cum eo ageret de legatis Mechliniam mittendis, uti
 fœdus autoritate Margaretæ comprobaretur, de legatis ad Ducem mit-
 tendis, placuit: exactio uerò iurisiurandi in aliud tempus est reiecta. Addi-
 ta Duci equitũ classis, quoad uiueret, ad dignitatem suam tuendã, (con-
 tinet enim trecentos equites) quam Burgundus suo stipendio aleret: &
 pensio magnifica. Quarum neutra tamen ad exitum uitæ cõditio illi ser-
 uata est. Pax interim perpetua tertio nonas Octob. Gorconni primũ, ac
 deinde intra alios aliorum principum regnorum fines promulgatur. Ii-
 dem ferme legati, qui paci faciendæ ab Duce dati fuerant, Mechliniã pro-
 fecti sunt, Martinus Rossemus, M. Henricus Kieselpenningus, D. Ercoleus
 Grossius. Hi cum Cæsaris legatis, Co. Hochst. Co. Bur. Georgio Schen-
 kio, ubi Mechliniam uenere, à Margarita honorificẽ in hospitium assigna-

tum deduci iussi. Breui post, quam urbem ingressi essent, in eadem Remboldi cum senatu Heroinae frequenti introducti sunt: ubi sacramentum religionis ac synaxeos interposita, in foedus, Ducis iussu ac nomine iterum iurarunt. Reducti hac peracta ceremonia inde sunt in hospitium. Et laetitia ipsis decreta est: cuius epuli magnificentia quo celebrior esset, nobilissimique ex aula Burgundica, per speciem gratulationis illò frequentes conuenerunt. Responsum per hos legatis à Margarita: rectè legatos suos fecisse, quod Duci pacè dedissent: & quaecumq; illi honori forent, ipsamq; pacem se & comprobare & laudare. Dona inde legatis in singulos patenam argenteam, caroleis aureis onustam dari iussit: ac liberos immunesq; ex hospitio domum remigrare. Immunes & Antuerpiae esse iussi. Pace ad istum modum cum Gelro perpetrata, animi principum Burgundorum ad peragendum quod reliquum erat, cum ordinibus Ultraiectinis de translatione ditionis primo quoq; tempore, statim inclinati sunt. Mittuntur ad id exigendum Ultraiec. Co. Hoch. & Com. Bur. Et episcopus assensu ordinum in curia magna basilicæ Martini, XII. Cal. Nouem. ius episcopatus Duc. Brab. & Comi. Holl. tradidit: cū DCCCC et XVI. plus annos, res amplissimæ ditionis, in uaria eius gentis fortuna, belli & domibus episcopis administrata esset. Non hic disputo, utiliter ne id, fato nescio quo acciderit, an cū florentis regni detrimento. Illud profectò, quod omnibus mortalibus in confesso est, affirmare haud uerear: ditionem Ultraiectinam, postquam in prouinciæ formam redacta est, tot antè parta decora, omnemq; pristinam gloriã non amisisse modo, uerum etiam exulisse suam libertatem. Nam antea quamdiu sub episcopis uiuebant, nulli obnoxij, suis domi legibus utebant: democratia annuo imperio cum consulari potestate finire. Domi respub. à senatu: publica ditionis negotia à tribus ordinibus, quorum caput religio erat, administrari. Immunes ab omnibus oneribus, præter uectigalia in potum & frumentum, haberi. Episcopis in ciuitates nullum ius esse: solum suburbanarum rerum curam habere. Interdum ducem belli esse, sed non sine Ordinum decreto: neleges, ut in ciuitatibus ingenuis, absq; rogatione populi condi: nullum unquam uectigal in capita ciuium constitui. Episcopo largitionem agrariam semissem in singula iugera petenti, pernegare. At postquam possessio utriusq; ditionis episcopis & ordinibus, per istum modum adempta, sub Burgundorum ius redacta est, ueluti eneruata, nihil pristini splendoris retinuit. Vt alia omittantur, in quibus à sua ingenuitate degenerauit. Iacent imaginibus illustres: uehantur, utinam noui homines tantum, ac non Gigantum fratres. Illud tamen commodi sequutum constat, ut nihil certe aliud: quòd populo per libertatem nimiam domesticis seditionibus in omnem rabiem dissolui consueto, licentia mouendi intestinum malum in reliquum coercita sit. Hanc ob causam dubium, letandum, gratulandumq; ne, an ob illas dolendum fuit: certe episcopum dementiæ suæ pœnituisse postea, certa argumēta habeo. Dorestato discessurus, cum in superam Germaniam iter rursus adornaret, sæpe apud familiares in lachrymas effusus, paucorum

1528 21 munitis 25
 unuar EpB Episcopatum
 & tuda Burgundis

patrum, quos fidelissimos sibi crediderat, & consilio & uerborum di-
 ferto lenocinio se episcopatu excidisse, querebatur: diras in eorum capita
 execrans, ut ipsi aliquando perfidiae suae ultrices furias inuenirent. Intel-
 lexit tum, demum hos sibi & episcopatu fatales consultores datos fuisse.
 Vt iam huius mutationis regni memoria apud posteritatem extet, ope-
 raprecium fecero, si quibus uerbis eo die translatio ditionis, in frequen-
 ti ordinum & principum conuentu peracta fuit, literis prodam. Non to-
 tidem, quot in Germanorum lingua uocibus (nam id risum iuxta & fa-
 stidium prouocaret) me hercle: sed quantum Latina puritas, exclusa nausea
 pro nostra facultate feret, sententiam reddam: cuius quidem hic tenor,
 sicuti ego accepi, ferme fuit. Henricus Bauarus episco. Ultraiec. ijs qui
 bus haec olim cognoscendi potestas fiet. Carolus Gelrorum Dux maio-
 res nostros Ultraiectinorum episcopos bellis grauibus, praecipue Fre-
 dericum Badium, nulla iusta de causa armis semper afflixit. Cuius tempo-
 ribus Oldensalam nobis ultra Iselam non hostiliter, citra directam belli
 denunciationem solum ademit, sed per latrocinij speciem, cum sceda clade
 incautum oppressit. Quo bello Transiselanorum agri populationibus in-
 cendijsque peruastrati, praedationibus, pactis incendiarijs, calamitatibusque
 alijs, pulsus possessoribus afflicti ac uexati fuerunt. Durauit autem haec
 miseria temporis, dum episcopus magnis suis sumptibus eam rursum ui-
 captam huic ecclesiae restituit. Badio successit Philippus Burgundus, quem
 ego sequutus fui. Huic Suollam abstulit dux: ademit oppidum praesidiumque
 Couerdam, Dipenheimam, & agros Druentonum, praesidium Lagam.
 Multa super haec praesidia & castella in agris Transiselanis, cum insigni
 eorum & detrimento & strage & ruina. Tractum id bellum fuit cum di-
 uturnum, tum atrox, usque ad Philippi mortem. In huius iam mortui locum
 inde ego susceptus, ubi episcopatum per manus accepi, ditionem Transisela-
 nam belli terroribus ardentem adhuc offendi, & motibus & excursionibus
 infestis aestuantem. In haec ego episcopatus mei illapsus exordia tragae-
 diae, pacem illico, ad uindictandam ab excidio gentem Transiselanam, cum
 Gelro, per episcopum Treuirensis, belli pacisque disceptatorem, feci,
 ac foedus adiunxi. Et conuenit de pace inter nos ita, ut pro redditis, quas
 arces, oppida, praesidia, ecclesiae Ultraiectinae ablata, teneret, Genemuda,
 Laga, alijsque castellis, L. aureorum milia renumerarem. In quibus condi-
 tionibus expressum item additum fuit, ut Dux oppidum arcemque Couerdam
 cum Druentonum agris, oppidum item & praesidium Dipenheimam,
 a nobis, donec uiueret, his legibus in fiducia possideret, ut eorum & si-
 nium circa ius rursus ad ditionem ecclesiae uerteretur, totidem milibus
 tum rescriptis, si stirpem e matrimonio haeridem decedens nullam relinque-
 ret. Per haec spes propere indubitata nos tenebat, syncera fide in pace perpe-
 tua nostrum populum per Gelrum fore. Sed quae nos nostra de eo fefellit
 spes & existimatio, uel ipsa res statim coarguit. Praeter inuiolabilem foe-
 deris religionem, cum diutius ab armis & suis consuetis artibus, quiesce-
 re non posset: nullis iustis de causis, citra directam denunciationem ullam

belli, quo gentium ius uiolatur, rursus impulsoribus talium artificibus
 quibusdam è pop. Vltr. anno **XXVII.** occulta fraude instructus, Vltra
 iectum inuasit. Mox Hassaliam & nonnulla castella alia in Transiselaniam
 ademit: agros populatus est, scedis irruptionibus, ceu inflatus amnis, la-
 te mortalium stragem dedit: omnia deniq; recenti ac noua belli specie im-
 pleuit. His ego caussis, in ultimum discrimen abreptus, ad opem Caroli
 Cæsaris aduersus uim implorandam adactus fui. Cuius opibus & ma-
 gnis impensis in bellum factis adiutus, tantum auxiliij ex stratagemate in
 Gelrū parato sensi, ut Vltra. Rheni, oppida, et castella à Duce ablata in
 ceteriori ditione, recuperata sint, & quidē benignitate dei. Quia uero cli-
 entes nostri, ciuitates, populiq; Transiselani bello, quod cum Gelro neq;
 per gesserunt, in tantas angustias rerum suarū coacti fuere, ut illud neq;
 diutius trahere, neq; Duci resistere armis ualuerint: ut illius uim aliqua de
 clinarent, frequenti Ordinum conuentu communiter censuerunt, (quā
 meis eos opibus me defendere posse diffidebam, neq; sufficebā uero) sub
 imperium Burgundorum Du. Brab. Com. Hollan. concedendum esse:
 Cæsarem Carolum, eiusq; in Burgundicum regnū successores heredes
 principes sibi deligendos: modo ipse eos recipere, & à Gelri iniuria &
 dominatione tueri haud grauaretur. Quod quidē ita ratum haberetur,
 si mea autoritate & assensu confirmarem: uti ad conseruationem & salu-
 tem populi ditionisq; ultra Iselam, in id consensi, ne in communis hostis
 potestate redigerentur. Porrò cum fieri non possit, ut Vltraiec. deinceps
 aut oppida, præsidia, castella, agros, clientes, aut populum nostrū intra
 fines inferæ ditionis, meis opibus redditibusue à bello & incursionibus
 hostiū defendam: (quales experti periculo sumus) neq; facultatis uel me-
 ritas reddere, aut cauere, beneficia ue ulla re pensare: honorem, gratiā ho-
 bitam, opem ue mihi & ecclesiæ in dubijs nostris rebus præstitā reponere
 re: ut nihil hic immodicè opes urbium nostrarum extenuē, querarq; in
 sta de causa ditionis egestatem, per quam, ingentem illam pecuniam in
 bellum profusam remunerare non quimus. Volumus tamē publico no-
 mine maiestati eius pro uirili, quod datur, rependere: præcipue autem
 agros, urbes, clientes, populū & plebem ecclesiæ Vltraiec. mortales reli-
 giosi profaniq; nominis in posterū à ui iniuriæq; & oppressione uindicta
 re, ne religio in nostra ditione dissoluatur: sed in eo statu, in quo usque
 ad hanc diem fuit, in magna gloria deinceps conseruetur. Hæc propiore
 cura apud animum meum agitans, cōmuniter cum ordinibus consultatū
 tenuitq; de ea re consultatio non inter collegiorum proceres, ipsorumq;
 adeò collegiorū sodalitia tantum, sed priuatim etiam excelsos quosdam
 & singulares rarosq; separatim homines è populo & cōcilio nostro. Ho-
 rum consilio & iussu, ubi deliberatum fuit satis, horum (inquam) autori-
 tate, priuata mea publica q; posterorum episcoporum uice, urbem Vltra-
 iectum oppidaq; omnia, quantumq; præsidiorum & castellorum tota re-
 gione est, impedimenta eorum, quæq; bona huc pertinent, iura omnia,
 redditus

redditus, agros, campos, montes, sylvas, flumina, quantum profanæ di- cc 1528 20 orob
 tionis tota regione est, eorum ius in ditionem imperiumq̄ Caroli Cæs. cc nullus Ep̄
 & hæredum Duc. Brab. Comit. Holla. utriusq̄ stirpis trado. His, perin- cc
 de uti alijs prædijs, possessionibus, per manus à maioribus acceptis, cc
 quæ profani iuris tantum sunt, utantur. Quare quantum ciuitatū, præ- cc
 sidiorum, præfectorum, clientum est: quantum nobilium hominum, & cc
 humili loco natorum (quod ad profanā ditionem) qui nobis obnoxij cc
 fuerūt, ac religione obstricti, eos uinculo ac religione fidei iurisiurandi q̄ cc
 exoluo: & his quidem legibus, ut in Caroli Cæsaris fidē successorum q̄ cc
 Duc. & Comit. iurent. Cessimus autē absente Cæsare episcopatus pos- cc
 sessione apud Comit. Hochstratanum Antonium Lala. legatum ad id cc
 Ultraiec. missum: id quod tabulis ipse resolutis, eius signo Mechliniæ im- cc
 pressis, traditisq̄ v. Id. Septem. huius anni, edocuit: testatusq̄ id, se cum cc
 liberis mandatis Cæsaris iussu uenisse, manu scribæ est. Infrā in margine cc
 enim implicata subscriptum fuit, Laurentius Dublionus. Vnde liquet, cc
 eum ius ditionis, Cæsaris & Duc. Comit. que Braban. & Holla. hære- cc
 dum nomine accepisse. Placet itaq̄, ut ciuitates & castella, mortales item cc
 utriusq̄ nominis inferg ditionis Ultraiec. publicè priuatimq̄ in ditionem cc
 imperiumq̄ Caroli Cæs. ea qua diximus forma, concedant: fidei religi- cc
 one & iurisiurādi ei se obstringāt: obedientes imperio, fidelesq̄ ad officia cc
 exequenda præstent. Relinquet mihi & posteris episcopis integra, quā cc
 nomen episcopatus Ultraiectini patet, iurisditio ecclesiastica. Ædes item cc
 episcopis Ultraiec. propriæ intra urbis ipsius muros in perpetuum ser- cc
 uantur. XIII. Cal. Nouem. Cū hac translationis forma breui post lo- cc 20 orob 1528
 annes Slacheccius, postea à Cæsare archidiaconus urbis ob id factus, Ro- cc
 manam profectus est: uti ea ab episcopo & ordinibus facta, pontificis Ro- cc
 mani autoritate cōfirmarentur. Peracta itaq̄ non paulo pluribus uerbis cc
 quidem, sed in hanc planè sententiā, episcopatus traditione, è curia epis- cc
 copus & Hochstratanus basilicā D. Martini ascendere. Hos sequuta cō- cc
 cio est omnium ordinū. Hic speciosus ultimus dies Ultraiecti Henrico cc
 Palatino in speciem illuxit, sed sugillationis reprehensionisq̄ tacitæ ple- cc
 nus: post quem, episcopi inde & nomine & dignitate exutus, abitu fu- cc
 gamq̄ in patriam mœstus, deserta tædio urbe, parauit. Solenni hic preca- cc
 tionis carmine, quod inaugurationibus principum cani solet, peractō, cc
 Hochstratus omnium ordinū mortalib. stipatus, honorificè in hospitium cc
 deducitur. Postero die populus tota urbe in concionem aduocatus, in cc
 Cæsaris fidem iurauit: datumq̄ è more uicissim congiarium est. Hic dies cc
 deinceps quotannis celebratio favore hominū populariq̄ plausu ppè ha- cc
 bitus est, quā ille, quo urbs Danorū procella deformata, ab Henrico cc
 Imp. ob merita Balderici Cliuensis, mœnibus rursū cincta fuisset: addita cc
 contra barbarorum incursiones paulo supra uastatam urbem, arce: ut cc
 in ciuitate ingenua tuti ab oppressiōib. & ui sub antistitibus, suis legib. cc
 uterentur. Fuit autē hic ccccc. & i. annus à morte Adelboldi episcopi, cc
 sub quo prima odiij fax inter Ultraiec. & Holl. ardere cœperat: à pulso cc
 uerò ex

uero ex urbe Ratbodo Phrisiorum rege, D. CCC. supra XX XIII. Quo
 anno Ultraiectum Vuillibrordus reuersus, sacellum crucis primum po-
 suit. D. CCC. XXXII. ab reditu eius è Roma in urbē, Sergij pontif. aucto-
 ritate in episcopatum confirmati. Quo item anno Thomæ sacellum, po-
 stea Martini dictū, ab eodem episcopo conditum fuit, & episcopatus, &
 ab episcopis regnari coepit. A regni Hollandici origine, DC. LXXII. an-
 nus, si tempora recte à scriptoribus digeruntur. Cæterū absumptus hic
 dies est ingenti lætitia: edita spectacula, & ignes tota urbe accensi, & su-
 plicationes decretæ. Literas postridie Amorfortiam Hochstratanus de
 rebus circa urbem actis, ad senatum dedit. Lectæ sunt in frequēti curia, in
 hanc sententiam. Quæ factæ transactæq; pridem inter Cæsare & episc-
 Ultraiect. leges sint, nō dubito quin fando accepistis, uiri prudētes, et am-
 ci fideles. Inter quas episcopus ius omne profanæ ditionis, cum huius ur-
 bis, tum aliorum oppidorum, castellorum, uicorū, quantumq; locorum
 inferæ regionis est, cum illis rebus quæ eò pertinet, Cæsari assensu religio-
 nis, mancipio tradidit: uti ipse nudiusquartus in curia Magna, quò re-
 ligio frequens cum pleraq; nobilitate, & aliquāta parte plebis cōuenerat,
 publicè luculentis uerbis exposuit. Perfecta tum quidem pias ob causas
 solennibus cæremonijs translatio est: & postero die facta inauguratio.
 Eadem uia ad uos quoq; libens me conferrem, (sum enim in id legatus
 à Cæsare huc datus) uti harum rerum, quas scribo, cognitionem oculis
 uestris deferre. Sed cum per curas, quibus hic distineor, id fieri hoc tem-
 pore nequeat, legatos ad me cum liberis mandatis, autoritate et permisso
 decreto uestro Ultraiect. mittite, ut VII. Cal. Nouem. sub uesperū in ur-
 be præsto sint, & de his conueniāt: simul ut instructi ad ea quæ dis-
 paratiq; ad respondendū ueniant. Recitatis literis, placuit ueterē quoq;
 senatum & populum aduocandum, ut communiter consultarent. Legati
 Ultraiectum VII. Cal. Nouemb. decreto concilij è senatus principib.
 mittunt, homines prudentia et autoritate inter suos clari, Iacobus Delt-
 rus, Ioannes Sosius, Petrus Hardefeltius, Segerus Vuilda. His permis-
 sum à senatu est, & populo, ut id quod nuper in conuentu Delphenside
 libertate & legibus ciuitatis propositū, & in Hochstrati Ultraiectū, pro-
 ximum aduentum, integrum reiectum fuerat, ex sua sententia transige-
 rent. Postridie quàm legati Ultraiectum uenerunt, ad Comitē in collo-
 quiū sunt admisi: pepigeruntq; antiqua iura ciuitatis, ut liberi, ob pristi-
 na & recentia merita, ob singularem fidem, quam eo bello præstitissent
 episcopo & Burgundis, suis legibus perinde uterentur, atq; ad eam usq;
 diem usi essent. pacta ipsa Hochstratanus fide sanxit: cōscriptaq; sunt in
 hæc uerba. Exordium quoniā impendiō in attentione concilianda uer-
 bosum est, haud duxi è uoluptate historice narrationis esse, hic inferere.
 » Primum Cæsare eiusq; heredes censere, ut Amorfortij eorumq; circum
 » agri in infera ditione Ultraiect. liberi omnes suas leges habeant: iura iuge
 » ralia prædiorum, urbanorum, suburbanorum, clientelarum, uiarum ser-
 » uent, libertatem pristinam retineant: in possessionibus maneant: in con-
 » suetudinibus,

ſuetudinibus, uſucapionibus, uſibus rerum ſuis quicq; quibus ad hanc
 uſq; tempeſtatem honeſtè laudateq; uſi ſunt, relinquuntur. Iudici ſuo loci
 proprio, et nuſquã alibi, mortales utriuſq; nominis ſiſtantur. Hæc ita ra-
 ta ſunt. Amorfortijs, ſimulac Cæſar in principem receptus erit, eiusq;
 hæredes utriuſq; ſexus, Duces Brab. Comitesq; Holl. iuxta translationis
 hæud ita pridem perfectæ ab epiſcopo, tenorem. Si ob hanc regni in no-
 uam formam redacti uicifſitudinem populum Amorfortium, eius'ue cir-
 cum ditionem ſtatim, in poſterum'ue pontifex Ro. quis, aut alius quiuis
 infeſtauerit: ea controuerſia nullo ipſorū incommoſo iactura'ue ſuſtol-
 let: aut certè autoritate pontif. ea res, ipſius'ue, unde petenda eſt, ut com-
 probetur, ſui maxime operis ac curæ erit: & quidem nullis illorum uel
 ſumptibus, uel impenſis. Non committet Cæſar, ut in fundū, uillam, præ-
 dium iuris Amorfortij in Gelria, grauius uectigal imperetur, quàm eo-
 rum qui incolæ in ea ditione fundos, agros'ue poſſident. Quod ſi di-
 uerſum uſu ueniat, in ea re pop. Amor. tuebitur. Si in poſterum ulla con-
 trouerſia, quod'ue diſſidium inter urbem Ultraiec. & alia oppida inferæ
 ditionis exoriat: in eo certamine Cæſar, eiusq; poſteri hæredes non ultra
 ſe immiſcebūt, alios'ue q̄ integros incorruptosq; principes in populum
 par eſt et æquū gerere, præſtabunt. Si quo tempore idē populus damnū
 acceperint, prædationibus'ue euasſati fuerint: armis eos perinde ut alios
 ſuos populos Cæſar defendet. Ius item erit uolentibus, in ſuis cauſis per
 regna Burgundici nominis iudicio diſceptare, itidem uti alijs eiufdem po-
 pulis. Multis annis, præcipue uero ab XI. multi graues motus, diſſidia,
 ſeditiones inteſtinæ, ſecefſiones, bella in urbe Ultraiec. fuerant: in primis
 autē Iſelſteinenſe. Capta itē caſtella & præſidia, ut Meidenſe, & alia non
 nulla, quibus ditionem inferā populationibus & ruinis euasſarant. Qui-
 bus de cauſis Ultraiectiona res in magnum detrimentū, pernicioſum ma-
 lum, impenſas, ſumptus intolerabiles, æs alienū grande defluerat: unde
 pleriq; mortalibus obnoxij, hypothecas, tabulasq; equeſtres, & diuer-
 ſas prætere a tabulas, præſertim unas illas de C. & V. M. philipporū in uſu
 ram redimibilem communi omnium ordinum uice ſigno impreſſas de-
 diſſent. Huiuſmodi conatibus ac conſilijs quia Amorfortij ſemper ad-
 uerſati fuerant, neq; aſſenſu ſuo ea approbarant, id quod apud omnes
 mortales in ea ditione liquidò conſtabat: ſed ne ipſi Ultraiectioni quidem
 ad eam uſq; diem re ipſa refellerant. nam hi quotannis in conſtitutione
 tributaria in domos ruſticas, in exactiõibus item ſtipendiarijs alijs,
 Amorfortiorū prædia, uillas, & agros, libera reliquerant. Petiuerunt A-
 morfortij, ut Cæſaris iudicio, huiuſmodi onera, debita, impenſæ, tabulæ
 equeſtres, & ſi quæ aliæ omnium ordinum communi nomine in credi-
 torum manus obſignatæ exiuiſſent, nihil incolas ciuitatis Amorfortiæ,
 eorum'ue uel bona uel agricolas obligare cenſerentur. De quibus ita de-
 cerni placuit. Non permittet Cæſar, (quod ad hæc aliaq; debita ſine con-
 ſenſu pop. Amorfortij conſlata: quibus'ue nullo obſignationis ſuæ testi-
 monio aſſenſerit, ſe deuinxerit'ue) ut uectigal tributum'ue ullū in agros,
 fundos,

» fundos, uillas ue pop. Amorfortij, causa inaudita, lataq; nondum senten-
 » tia, constituatur. Sed ne inceptetur quidē res qua, quæ ipsis detrimen-
 » to sit, nisi ex iuris formula: aut uoluntate permisso ue eiusdē pop. Amor-
 » fortij. Cauebitur inde in posterum, ne iterum pullulet, sed uti hæc con-
 » uersia in uniuersum dirimatur. Placuit quoq; si fortē bellū (quod Deus
 » auertat) rursus foret posteris temporibus, ut Cæsar intra ciuitatem suo
 » sumptu præsidia armata equitum classiariorum, quibus tum ad eius cu-
 » stodiam opus fuerit, habeat, alataq;: uti plebes incolæq; impensarum im-
 » munes seruentur: ueluti à Cæsare & episcopo, bello aduersus Gelrorum
 » Ducē proximo factitatū fuit. Quoad cocturę cereuisiarię ius & liber-
 » tatem ab episcopis acceptam, intra secundū miliare à ciuitate: uti eadem
 » libertas intra totidem miliaria in Gelri ditione à ciuitate concederetur.
 » ubi iam Cæsar in suam potestatem redegit: ita fidem pepigit. Ciuitas
 » Amorfortia, quoniā aliquanta parte à negotiatione & mercimonio co-
 » cturę cereuisiarię celebritatem suam nundinationemq; habet, permittit
 » ter Cæsar, ne quis intra sesquimilium à ciuitate cereuisiam coquat, ultra
 » in ditione Gelrię, ubi eā sui imperij fecerit, iuxtā, ac cis in infera regione
 » Excipientur, si qui hac uetustioremmunitatem habeant. Interim uel
 » berum sit uolentibus, & ius, familię suę cuiq; citra nundinationem, co-
 » quendi. Petentibus, ut præfectus, quiq; in posterum res Ultraiectinas in
 » feræ ditionis administraturus esset, antē in has leges iuraret, quā pop.
 » Amorfortius ad iuliurandum, eumq; recipiendum, teneretur: ne ut ad
 » iurandum in Cæsaris fidem prius obligaretur, quā per legatos Bur-
 » gundionum hæc pacta Cæsaris auctoritate confirmata, tabulæq; confir-
 » gnate, iusta forma tradite essent: ita fide sancitū est. Simulatq; cum Amor-
 » fortijs Cæsari conuenerit, iusta forma tabulas signo suo impressas illis ip-
 » sis tradet. Erit & curę, uti rata seruentur pop. Amorfortio: mandabitq;
 » præfectis & rerum suarū curatoribus, ut earum pacta exequantur, et illis
 » ta habeāt: dentq; operam, ut inuiolata teneantur. Promittit Hochstraten
 » his suis tabulis pop. Amorfortio apertas tabulas à Cæsare iusta forma
 » intra mensem sequentem. Quod quidē ne pro uano habeatur, hæc sub-
 » scripsit, signumq; suū imprelsit, v. Cal. Nouem. anno xxviii. supra st.
 » D. Supplices petunt Amorfortij hæc sibi auctoritate Cæsaris affirmari
 » Hęc ego et uice hæredū meorū Ducū Comitum Brab. Holl. principum
 » urbis Ultraiect. ciuitatisq; Amorfor. aliorumq; oppidorū ditionis Ultra-
 » iectinæ, præparato consilio præfecti nostri & legati instructus, ob meri-
 » ta, pro singulari fide itē erga episcopos suos maiores, insuper propter ho-
 » nores legato meo inaugurationis die habitos, populo Amorfortio ita
 » comprobo, ut iisdem Præparata consultatione Præfectæ regnorum me-
 » orum ceterorū amittæ meæ, legatiq; priore decreto data sunt. Quare
 » ditionum præsidibus, præfectis, libellorum magistris, mortalibus omni-
 » bus à consilijs nostris per Hollandiam, Zelandiam, ditionemq; Ultra-
 » iectinam, prætori ciuitatis Amorfort. impero, ut in quiete pop. Amorfort.
 » his legibus, hacq; libertate, auctoritate mea affirmatis, uti permittant: &
 » ea quidem

ea quidem forma ac tenore, quo hic positæ sunt. Nemo cōtrā itō, aduer-
 sum ue facito: ne ue ipsi contrā fieri committunto. Sic enim mihi placet.
 Mechlinig, pridie Non. Nouem. eiusdē anni. Hæc tametsi ad hunc ma-
 ximē modum Cæsaris iussu rata esse in perpetuum pop. Amorfortio ex-
 scedere debuissent, nostra statim memoria tamen pleraq; contra fas &
 æquū Ultraiectinis impulsoribus, ab hominib. callidis magis & acutis in-
 terpretando iure, quàm doctis aut pijs, quos parū scœdera tenere uide-
 bantur, cōtempto principis decreto uiolari cœpere. Vt alia omittantur,
 in pacto tradendi se sub ius Burgundicum illud fuit præcipuū. Non per-
 missurum Cæsarem, ut ob æs alienum ab Ultraiectinis bello Iselsteinen-
 si contractū, aliam ue debitam pecuniam sine Amorfortiorum consensu
 consignatione ue conflatam, in eorū agros, fundos, prædia, uillas, causa
 indicta, ac lata nondum sententia, uectigal constitueretur. In hoc scœde-
 recum simpliciter sit positum, citra temporis designati circumscrip-
 tionem, expressaq; libertas non modò incolarū ciuitatis, sed et agrorum,
 qui fundū Amorfortij iuris colerent: postea exorti sunt, qui temporum
 non tantū et annorū metam finiuerunt, sed hominū etiam personarumq;
 rationes circumciderūt, & possessionibus intra angustias quasdam con-
 strictis, tantum interpretando declarandoq; scœdus reliquerūt, quantum
 ipsis uisum fuit. Quantum fundorū ante annum xxviii. iuris Amor-
 fortij fuisset, solum in scœdere haberetur liberum: qui uerò ab eo connu-
 biorum affinitatibus è socijs ciuitatibus accederent, uectigales cōmuni
 cum aliarum gentium eiusdem ditionis agris seruitute, deinceps forent.
 Quod quidē ne dicam quàm contra libertatis legem, sed quàm parum
 æquum sit, uel hoc unum coarguerit. Cum enim affinitatis cōiunctione
 per cōnubia cum socijs ciuitatibus, sæpe aliò homines demigrent, agro-
 rum, qui ad eam usq; diem liberi fuissent, possessiones per commigratio-
 nem libertatem pristinā exuere simul necesse esset. Si qui accederēt, quiq;
 aliò decederent, stipendiarij forent: quantum ad ultimum de ea libertate
 reliquum Amorfortijs fieret. Hac interpretatione ex ipsorum commo-
 do & bono scœdere circumciso à liberis possessoribus ad eorum agrico-
 las, tanquam de boue ad asinum descensum est: ut expressa confessione li-
 bertatis dominiorum in litem traheretur, utrum ad contribuendū dimi-
 dium, agrorum liberorum cultores tenerentur. Aliam quæstionem pa-
 rum directam ea lis secum, ut ansam ansa traxit: num ciuis qui à ciue libe-
 rum agrum conduceret, in dimidium stipendiarius esset. Negatum hinc,
 affirmatum illinc, non sine acri certamine est: resq; iudicio disceptari cœ-
 pra. Postremò in legibus non fuit expressum, ut ad conferendū clauden-
 dis fluminibus, abigendo ue è pascuis per exactores pecore, cogerentur
 Amorfortij, id quod postea fuit factitatum: sed ne quid in hac cōtrouer-
 sia inceptaretur quidē, nisi iure, aut uoluntate permissu ue Amorfortio-
 rum: simul uti ea res integra tam diu seruaretur, dum iudicum sententijs
 finita esset. Dum ea Ultraiecti, à quibus diuertit oratio, conficiuntur: op-
 pida in Gelria à Burgūdis bello capta, deductis præsidijs Duci reddun-
 tur.

tur. Foedere Ultraiecti cum pop. Amorfortio peracto, promissum legatis, datis in fidem tabulis Comitum signo impressis, Cæsare intra mensem sequentem de pacto foedere cum diserta omnium eorum amplificatione nouas traditurū. Petentibus postero die ut domum ista renunciare, potestas facta est. Amorfortiam reuersi legati, ex templo ueterē et nouum locum natum & populū conuocarunt. Lectæ foederis leges ex sententia Hochstrati & v. legatorū conscriptæ, tolerabiles & æquæ omnibus sunt uisæ. Habitæ legatis gratiæ inde sunt, quod fidelem operam pro libertate conseruanda prestitissent: placuitq; senatui, ut communi decreto, Ioannes Silius, Segerus Vuilda, Petrus Hardefeltius, legati Ultraiectum ad locum Cæsaris redirent, renunciaturi, senatui populoq; Amorfortio conditiones placere: utq; ei gratias agerent, quod se benigniter non audisse modo, uerum etiā cum ingenti fauore omnia penē sua postulata rata esse iussisset. Quare Amorfortios uicissim obnixē operā duros, ne fidei rarentur. Hac legatione Ultraiectum decreta, ad Hochstratum uenerunt. His responsum, ut quando nihil superesset amplius, domum redirent, le paucis diebus inaugurationis ergo Amorfortiam uenturū. Tercio mense Non. Nouem. cum C. equitibus eō uenit: in ciuitatē ingenti gaudio ab omni ordinis mortalib. deductus, cū solenni precationis carmine tertio plū Georgij tutelaris, septus religione & senatu, effusaq; ad spectandum triumphū speciem plebe, recipitur. Sequenti die in curiam, quō senatus & prioris anni Consules conuocati erant, agmine nobiliū septus uenit. Ibi Laurentius Dublinus: Ex uestris (inquit) legatis, quī inter Cæsaris legatum & ipsos de libertate uestra conuenit, iam pridem accepistis. Quare igitur absens Comes tum cum illis transegit, ea præsens uobis affirmat, comprobataq;. Inde tabulæ de translatione perpetrata ditionis conscriptæ, ea forma, qua supra paulo posui, à scriba sunt recitatae. Sub has lectū diploma, Comiti à Cæsare datum, de liberis mandatis permissuq; & ex auctoritate constituendi facultate. Ad postremum foedera libertatis paulo antē cū Hochstrato conscripta: quæ rursus in frequenti senatu ille & scripto et impresso signo, fide sanxit: affirmauitq; se intra mensem amplificatione, ac Cæsaris magno signo impressa, senatui traditurū. Exul quidā Arnoldus Clemens, qui propter occisum ciuem nuper, in perpetuum pulsius fuerat, noui principis beneficio confisus, ueniæ fiducia in ciuitatē redierat. De hoc Comes ita proposuit, ut, si senatui uideretur, huic homini, cōcessa ueniā admitti, reditus Cæsaris beneficio daretur. Vnum illorum supplicem esse, quo facilius noxa condonari posset. Fieri id passim in nouorum principum inaugurationibus, ne ut insolens, quod peteret, reprobetur. Possesse se quidem suo iure hic & potestate uti, sed malle id senatus arbitrio relinquere, quàm uiolare. Responsum Hochstrato est: non uideri id erē publicum esse. hoc enim exemplo alios homicidas illustribus familijs ortos, ad reditum per amicos parandum, consurrecturos: ut id, quod Cæsaris beneficium

3 die nouembris

beneficium fuisset, ab alijs in posterū ad rescissum plebiscitum traheret. *1528 in nouebis*
 Iustus extēplò exul à Comite ante occasum solis è ciuitate facefsere. Ad-
 uocatus eodem die in concionē tota ciuitate populus, postquàm consul
 causas translātē ad Burgundos ditionis paucis prēfente Cæsaris legato,
 & Abstēmio episcopi, perorasset: in fidem Caroli v. Cæsaris, & hæredū
 ducum comitumq; iurauit. Hochstratus in uestigio iurauit uicissim in li-
 bertatē populi, quam per suos legatos pepigerant. Peractum iusiuran-
 dum, tubicinum qui ex Ultraiecto acciti fuerant, cantus suscepit ante cu-
 riam. Quibus epiniciū modulantibus, sparsum sexies è sublimi cōgia-
 riū est. Reducto inde domū legato munera à senatu sunt data, boues duo
 eximia specie, & cornibus inauratis, insignia gentilitia Cæsaris & comi-
 tis Hochstratani præ se ferentes. Exceptus eo die legatus est à senatu, ma-
 gnifico luxu apparato cōuiuio, à quo uicissim sex è ciuitatis principib. cœ-
 na accepti. Varia læritia personuit ea nocte tota ciuitas. Ignes in pontib.
 & uijs omnibus ingenti laudis ac palmæ certamine sunt accensi. Musici
 et tubicines cū funalibus ardentibus cōcinnē modulantes, fossam interio-
 rem ultro citroq; nauigando iucundum spectaculum præbuerunt. Et ui-
 catim in multam lucem comessando ac potando continuatum est. Po-
 stridie sex principes consulares Comes ad se aduocauit: hos prēfentibus
 à cōsilio heroē Assendelphio, Iodoco Salbautio, & Vincentio Cornelij
 F. multa de prætura, de plebiscitis, de iure prætorio percontatur: deinde
 quas controuersias senatus, quas tribuni dijudicarent: quæ comitiōrū
 ratio esset: quo ue anni tempore ea haberentur. Ad ultimum, quibus le-
 gibus uici Amisiani uterent. Hæc diligenter à consulibus exposita, sum-
 matim illi stilo exceperunt. Dimissos domos suas, eodem die rursus ad
 se aduocat: actisq; pro munificentia gratijs, mandat illis reipub. curam:
 ut pari uigilantia & consilio, quo ad eum usq; diem fecissent, pergerent ci-
 uitatem à prodicione tueri. Data ordine inde consulibus in faustum sceli-
 cemq; abitum dextra, per Assendelphiū eos interrogari iussit, num sena-
 tui & pop. placeret, Segerum Vuildā prætorem dici. Annuentibus con-
 sulibus, Segerus per uiatorem accersitur: & exacto iureiurando, concep-
 tis uerbis, Comes Ultraiectum abiit. Latebant tum adhuc quidam ab-
 diti, qui direptis bonis ad cædem ab episcopo conquisiti fuerant. His
 in publicum prodeundi potestatē tum fecit: dimissi itē è carcere captiui.
 Edicto sub hæc publicè cautum, ne quis, oblitterata antea actarum iniuria
 rum memoria, alteri conuiciū diceret: proposita multa, ultimum sup-
 plicium, & bonorum publicatio. Inauguratur Comes ijs ipsis diebus Vi-
 cæ & Rhenis. Dublionus interim Arenacum ad iusiurandum à Duce e-
 xigendum proficiscitur. Hochstratus antequàm ex urbe in Brabantiam
 iter retro faceret, composito utcunq; eius statu, rempub. ita ordinauit,
 ut Michaelē Enkefordium Cardinalem absentem, ac multos annos *Enkefordt cardinalis*
 Romæ agentem, episcopum diceret. Præfectus urbis factus Ioannes Er- *fit Ep. ex. iur. in*
 remōdus: Cofs. dicti, Henricus Verborchius, et Petrus Merfeltius, Præ *per. e. i. u. l. a. e. t. b. m. g.*
 tor constitutus Ioannes Culenburanus. Fuerunt inde res Ultraiectinæ ~~_____~~
 y 2 à seditio

à seditionibus quietæ. Sed ut cum principibus, in defectionibus regno-
rum iura & instituta uariantur: ita non solum cum recenti Burgundo-
rū imperio, urbis consuetudines antiquæ & instituta prisca sunt abrogata,
sed noua etiam facies ædium sacrarum & ædificiorum publicorum
euerfionibus inducta: sacra profanis misceri, summa imis commutari ce-
perunt. Populo comitia antiquata: consulibus & senatorū duobus prin-
cipibus, Romanæ libertatis insignia togæ argenteæ sunt detractæ. Ius
dicendi Cofs. legendi item senatum, submouendiq; citra ordinē, quan-
do uisum est, ad principem translatum. Noua iudiciorum forma inue-
cta. Quinquuiratus ad Prætorem traductus. Cætera ut quæq; in de uir-
rio habitu domi gesta sunt, non est operę hic persequi, cum ea quæ
proprie huius nostri fuere instituti, ad exitum huius
anni, scribere uix suffecerim.

RERVM VLTRAIECTINARVM LIBRI VII.
ET VLTIMI FINIS.

ERRATA, QUAE OBREPSISSE OPERA
rum incuria, inter colligendum Indicem depræhen-
dimus, ita emendabis.

Pag. 13. 41. tum bello Iselsteinensi, commemorata, cum in nullo auxiliij spes, præter-
quam in eo uerteretur, 15. 11. uidebatur: Leodinus 27. 44. Crouerdā 46. 33. breui
accidit 67. 13. fortè legendū, iisdem abiit 115. 2. scaturigo 122. 29. ut de sistendis
exulibus 127. 4. societatem cum eo perpetuam iungere Ead. 27. pœnæ sociæ urbs
140. 16. ab illis infida 147. 11. Sombreuū 167. 3. scelere 196. 7. uobis tradā 208.
37. quod in omen fugandi 222. 1. penes se, ne fallerentur, 229. 33.
is mentis inops habitus 237. 44. quaterniones

RERVM

RERVM TOTO HOC OPERE MEMORABILIVM Index.

A

A bstemius pecuniae quam laudatae famae appetentior.	216.22	culeo insutus submergitur	229.14
Abstemiij ingenium tyrannicum	229.24	Apcanda	173.24
Adelboldi bellum cum Hollando	75.42	Apcaudani agri	173.17
Aemilius Niveldius à periculo servatus	226.23	Apelderna	121.33
Aemilius Vutenengus	135.10	Aquae veteres	197.8
Aequis conditionibus uel atrocissimum bellum componi posse	160.28	Apparatus belli apud Ultraiectinos	139.44
Albertus Colsterus	234.3	Arcis exemplū cuiusmodi Henricus Ultraiecti aedificare uoluit	125.4
Albertus Lumannus eques	202.37	Arcem Ultraiecti Episcopus condere instituit.	122.34
Alphardus Iselmundanus	177.18	Arces cur in ciuitatibus	124.30
Alena praesidium	214.30	Arenacum	126.37
Alena praesidij fuga stupenda	214.44	Argentaria opulentia	12.2
Alena funditus deleri petuit Amorfortij.	236.20	inter Arma iustitium perpetuum	143.33
Ameronga	2.2. & 187.44	Armis ocium posthabendum	184.9
Amerongae arx	178.17	Arma sani nil habere	184.10
Amisianum castellum dirui petunt Amorfortij.	9	Arnimia	101.35
Amisianum praesidium	177.16	Arnoldus Faber. 153.7. &	173.15
Amorfotia regni Burgundici cardo	236.22	Arnoldus Clemens exul, spe sua frustratus.	259.33
Amorfotia tentatur prodicione	215.32	Arnoldus Sandanus	80.9
Amorfotiae celebritas & nundinatio unde.	13	Arnoldus Vuluenus	96.29
252.		Assendelphius princeps	232.28
Amorfotiae ciuitatis suae, & dispositio	68.24	Assentatores in aulis principum frequentes	85.6
Amorfotij in collatione aeris publici quam egen- tes	114.25	Aspernates	172.6
Amorfotij quib. conditionib. Caesari se subiuga- runt	250.41	Athenienses dicti Solonis memores	131.37
Amorfotiorum à Caesare postulata	234.41	Atræ paludis ostium	202.13
Amorfotiorum aes alienum	116.32	Aulici famelici	175.3
Amorfotiorum dignitas tentatur	117.43	Aulicorum institutum	175.5
Amorfotiorum equitum facinus praeclearum.	220.34	Aureis octo quidam corruptus, ciuitatem prode- re pollicetur	215.34
Amorfotiorum in bello discretio	182.43	Author quomodo fidem sibi praec alijs pollicetur	34
Amorfotiorum legati ad Margaritam praefectam Burgundiae	233.30	1.	1.7
Amorfotiorum factum consultis.	112.21		
Amorfotios sibi conciliare tentat episcopus.	30	B	
180.		Baldericus Cliuensis, Episcopus Ultraiectinus.	249.40
Amorfotijs conditiones datae uiolantur	253.4	Barbaris fides sacrosancta	161.35
D. Andreae locus tutelaris Hattema	213.33	Barenfis agger	177.39
Animalium in retinenda libertate solertia	52.8	Bataua quae hodie quae olim	197.6 197.2
Ante causam cognitam nihil statuendum.	216.29	Bellum quomodo suscipiendum	145.16
Antiochi fumosa uerba	169.12	Bellum quid primum habeat	42.35
Antonina dicta Ultraiectum	2.37. & 3.17	Belli finis incertus	21.1
Antonius Bessandius	232.23	Belli fructus	139.5
Antonius Talaninus	175.26	Belli intestini incommoda	147.30
Antonius Triumuir Caesarianarum expeditio- num in Germania Comes	2.43	Belli Ultraiectini causae	161.16
Antonius Venrodus	226.15	Beneficia maiorum defendenda	52.2
		y 3 Beneficijs	

I N D E X.

Beneficijs plebs demerenda	144.1	Cauica 196. 433. Cattorū colonia. 144. et 2. 30
Beneualentia hosti occurrendum nonnunquam		198. 19
75.	20	Census cogendiratio.
Benscopia cohors	120.1	Censores olim ad quid constituti
Benthemenses Comites, Vltraiectini Episcopi		Cristophorus Langius
clientes	5.26	Ciuis merens patriæ pestis
Berederodiana insula	54.13	Ciuium concordiam munitijs. quæq; expugnata
Bernhardus Hacfortius	207.10	re
Bernhardus Vtenengus	141.23	Ciuium mores à maioribus formari
Beueruuerda arx	144.18	Ciuium onera
Bonorum exilia, turbatio Reip.	131.44	Ciuitas aliena difficile retinetur
Bonis ingrata præmia obueniunt	131.25	Clotharius rex Dagoberti pater
Brabantorum principes Vltraiectini Episcopi		Commeatus Vltraiectinis intercipitur
clientes	5.22	Concordiæ bona
Brederodiani ingenij ferocia	110.32	Conditiones à legatis Margaritæ
Briela	197.19	tij præscriptæ
Bruno Phocas	221.13	Conditiones inter Imp. Carolum & Transi-
Bruno Schurrerius	218.23	lanos
Bubile à Burgundionibus capitur	201.31	Conditiones quibus Amorfortij Carolo se de-
Buleteria	160.14	dunt
Burgundi quantis impensis cum Gelro pugna-		236. & 234. & 235. inde
rint	242.28	Conditiones pacis inter Gelrum et Episcopum
Burgundiaci regni cardo Amorfortia	236.22	Vltraiectinum
Burgundorū castra Hattemij oppugnāt	213.24	Coniuratio quorundam occulta apud Amorfor-
Burgundos perfidiæ accusat Gelrus	133.17	tios
Burgundis inimicus Gelrus	120.35	Conradi Imp. in Vltraiectinos liberalitas
Burgundiones cur Vltraiectinis infesti	130.34	Conscientia suspicax, si mala
Burgundionibus bellū indicitur publicè.	201.10	Consilium de recipiendo Episcopo, triumfratū
Burgundicum exercitum conscribit Episcopus	149.	221.
	7	157.
C		Contemptus hostis res periculosa
Cæsaris Caroli legatio ad Vltraiectinum Episco-		Contentio de captiuis inter Amorfortios, et eo-
pum	175.23	rum equites
Cæsaris tituli ad quid	175.32	Contentio inter Amorfortios ac eorum equite-
Callida consilia plerunq; fallunt	157.18	tum
Calumniæ fides non habenda	216.23	Cornelius Hackius
Caluus Gallorum Rex	198.21	Cornelius Organopceus
Campi ciuitas	22.20	Cornelius Vucinman
Canisus reus	91.36	Corpus totū membro cōdolet, uel minimo.
Canonici Vltraiectini capti	226.2	130.8
Canonicorū cadauera reperta	243.3 (86.7	Couerda. 27. 43. siue Couerdia
Carolus dux cognomēto Magnus, Burgundus		2.6.16
Caroli Burgundorum Ducis animus egregius		135. 41.
86.	7	192.2
Carolus Gelrorum Dux	121.43	86.16
Carol. Magnus in Vltraiectinos munificus.	5.9	151.35
Carcer ordinis ctenobium	7.1	D
Castella ciuitatibus cur imposta	124.30	Dagobertus ad superstitionē usq; religiosus prin-
Castris forum anteponendum	184.9	ceps
Catti	3.5	Dagobertus Rex, Vuilibordum Vltraiectina
Cattos primum inhabitasse oceani Germanici		ciuitate donat
latus	198.18	Dauentria
		Dauentrienses Altenam diripiunt

I N D E X.

David episcopus captus 73. 11. oppressus in urbe.	26	Episcopo Henrico Bauaro abrogatur potestas.	26
124.		148.	
Decretum Ultraiectinorum contra Episcopum.	12	Episcoporum Ultraiectinorum ambitus	8.30
149.		E P I S C O P I Ultraiectini.	
Deditio Hattemiorum	214.2	Adelboldus	6.41
in Defectione omnia mutari cum regno	256.1	Albricus	5.33
Democratia finitur apud Ultraiectum	96.39	Alfricus	6.5
Deo repugnare, fato obstare	127.1	Arnoldus Hornensis	159.7
Desultoria leuitas	90.23	Ausfridus	6.2.36
Dicacitas quantum malum. 162.38. eius incommo-		Baldericus Cliuensis, dictus Pius	6.14
da	171.21	Bonifacius	5.32
Diets etiam principes laedi	126.39	Brederodius	8.32
Drieberga	153.8	Conradus Sueuus	6.42
Diepenheima	27.43. & 130.8. & 188.17	David Burgundus	8.36
Dignitatum tituli sumosi	175.24	Diepholdius	8.36
Direptio urbis Ultraiectinae	225.36	Fredericus Marchio Badens.	8.42
Discordia florentiss. reru pestis. 75.29. et 72.33	169.8	Godebaldus Bernulphus	6.39
Discordiae causa mutatio imperij	76.41	Godefridus Rhenanus	7.7. & 158.32
Discordiae descriptio	249.44	Gregorius	5.32
Discordia inter Ultraiectinos et Hollandos qua	78.27	Gulhelmus	77.30
do incepit	114.40	Guido	77.40
Dissidia ciuitatum labes	194.18	Henricus Palatinus	14.3
Duina principib. uenalia	159.13	Henricus Viandensis	159.4
Diuitiae timidae	5.38	Hungerus	6.22
Dobbelsteinus Episcopo resistit	39.44	Ioannes	5.34
Dockheimum pagus	77.3	Otho	8.20
Doienburga	142.1	Philippus Burgundus	9.2
Dominatio multorum exitialis	197.23	Rubodus	6.9
Doranus uicus	2.27	Vuillebrordus, qui etiam Clemens dictus.	41.5.
Dordracum	178.17	&	5.6
Dordracena insula	1.40. & 2.26. & 23.29	Episcoporu regnum apud Ultraiectinos quando	
Dorestatum	216.28	incepit	250.5
Dorne arx	27.44	Equites Cliuenses Gallo auxiliantur	163.26
Draconis lex, Calumniae fidem non esse adhi-	130.8	Equites Gelren. Ultraiectini accersunt.	141.40
bendam	172.29	Equitum classis quot contineat homines.	245.36
Druentones		Erculeus Grossius	142.5 (10.2)
Druentonum satrapia		Erardus Arenburgensis Leodinorum episcopus	
Ducis casus periculosus		Ernestus Amerongus. 177.9. Cos. Vtraiecti-	
E		nus	15.42
Eberhardi Soudenbalchi autoritas	25.30	Ernestus Schenck globo occisus	213.17
Ebrietatis fructus	14.30	Euangelici fratres Ioannitae	83.18
Edmondano porta urbis munita	124.36	Euentus quare admirabiles	139.31
Elburgani Burgundionibus se dedunt	214.21	Euerhardus Donsilerus	84.16
Electio Henrici Palatini in Episcopum Ultraie-		Euerhardus Linerus concionator	233.31
ctinum	17.28	Eumenes Rex	169.12
Elsta	143.2	Eurypus inter Phocidem & Eubaeum	197.28
Emnessa oppidum	86.34	Exulum causa suscipitur	128.17
Emnessij	151.42	Exulum Ultraiectinorum conatus	97.8. eorum
Enschedea oppidum	27.43	dem impotentia. 119.31. laetitia	140.2
Episcopus castra mutat	156.2	Exulum Ultraiect. tria genera	132.12
Episcopi Henrici nomen catalogo Episcoporum	209.26	F	(16)
deradatur		Fabula de leone 169.13. de signo seruatoris.	220.
		Fac.	

I N D E X.

Factiones, ciuitatum labes	78.27	Gelrus Vltraiectinos inuadit	9.17
Factiosorum impotentia	143.21	Gelri animus praeferox	134.34
Fati uis	30.36. & 126.44	Gelri ac Florentij Comitibus clandestina consilia	10
Federicus Palatinus	173.37		193.39.
Fides etiam barbaris sancta	161.35	Gelri fortuna inuicta	121.43
Florentius Burenorum Comes. 118.39. Harder- uicæ dominus inaugurat. 218.27. odium omnium in se uertit	228.1	ingenium uastrum	
Fœdus inter Cæsarem & episcopum Henricum	175. 35	Gelri ira. 127.16. minæ	126.22. & 133.24.
Fœdus Vltraiectinorum ordinum contra episco- pum	149.12	simulatio	140.35
Forum castris anteponendum	184.9	Gelri equites ducenti Vltraiectū ueniūt	143.16
Fortunæ uicissitudo	139.26	Gelri uicti Amorfortijs se dedūt. 231. per totum	
Fortunæ uis	127.9	Gelri Vltraiectina urbe pelluntur. 224. 235.	inde
Franciscus Nienrodus	141.29	per totum.	
Franciscanorum perfidia	226.34. & 227.3	Gelrorum copiæ ab Amorfortijs fugantur	221.5
Fratrum trium de recipiendo Episcopo consiliū	221. 9	Gelrorum & Vltraiectinorum cardines	129.3
Fredericus Egmondanus	78.16	Gelrensis fides uulgo suspecta	162.25
Fredericus Regius	190.43	Gelrenses principes Vltraiectini episcopi elien- tes	5.22
Fredericus Sombrefus. magister equitum.	181.9. 147.11	Gelra religio infida	203.31
Fredericus Seldenaker	82.13. & 102.5.	Genemuda	27.43
Fredericus Voctius	190.43. & 226.17	Genemudenses	187.63
Fruentatoribus Gelris insidias ponit Episco- pus	187.42	Georgius Schenck Phrisiæ praefectus. 185.	24
Furori sese non obijciendum	129.11	Georgius Solmius	226.14
G		Gerardus Canisius	58.33. 61
Galli militari gloria clari	4.6	Gerardus Eckius	179.30
Gallia laua Rheni ripa	3.41	Gerardi Longi cædes	213.13
Galliæ ac Germaniæ diuisio fatalis	7.14	Gerardus Mulardus	175.27
Gallogermani equites Burgundionum	240.29	Gerardus Nouiomagus	80.8
Galliæ ditionis Vltraiectum	4.10	Gerardus Sofius	112.31
Gauum	9.18	Gerardus Storcius	175.41
Gauda	197.8	Gerardi Suauij magnanimum responsum	170.31
Gaudanorum sumptus in siccando uado. 197.38		Gerardus Sucherrodus	226.12
Geina oppidum	197.25	Germania dexterior Rheni ripa	3.41
Gelcomiana expugnatio	178.4	Gildenburgum	159.7
Gelcomium uicus	172.7	Gybertus Hardenbrochus	82.14
Gelrus arbiter	110.43	Gybertus Sulenus	96.29
Gelrus amicus Vltraiectinorum censetur. 148.		Gybertus Otterus	227.8
26		Gysbertus Varas	226.19
Gelrus Burgundis inimicus	120.35	Gysbertus Strabus	119.42
Gelrus Burgundiones opprimit	15.32	Glebæ pinguitudo apud Iselam	197.33
Gelrus capit oppidum Rheni	176.30	Godefridus Cunretorius	226.14
Gelrus Goiolandiam inuadit	241.7	submergitur	229.14
Gelrus parum tenax fidei	169.10	Godefridus Nouesius	135.8
Gelrus quare Amorfortijs infestus	234.17	Godefridus Rodenburgus	36.15
Gelrū quis in Vltraiectinos commouerit. 127.33		Godefridus Sapidus	177.12
Gelrus scribit pacis conditiones	128.4	Godefridus Vordius	226.23
Gelrus uocatur ab Vltraiectinis	140.30	Godefridi Vordij responsum animosum	16.35
		Goiolandia	7.40.
		Goiolandia Gelro diripenda datur	241.3
		Gorcomium	197.6
		Gosuinus Amorfortius	80.9
		Groninga	130.7
		Guido Episcopus capitur	77.40
			Guclimus

INDEX.

Guilielmus Archidiaconus Comes Hornensis		Hollandis cur Rossemus infestus	195.3
cæditur	77.39	Hollandorum incivilitas	120.10
Guilielmus à Renneberga	190.20	Hollandicum bellum quid accenderit	77.27
Guilielmus Bauarus Comes Hollandiæ	237.1	Homotechnos .180.2	☉ 35
Guilielmus Mechliniensis Episcopus captus ab	77.30. ☉ 124.8	Horesta conditur	7.8
Ultraiectinis	9.27. ☉ 184.41	Horestanum præsidium	177.8
Guilielmus Turcus		Hostis grauißimus quis	123.14. ☉ 144.2
H		Hubertus Vianensis	77.28
Hadrianus Rhedius	82.14. ☉ 181.9	Humana consilia fato superari	118.21
Hadrianus Rhenanus	99.31	Humana imbecillitas	139.27
Haga à Rossemo capta	199.6	Humana iura apud principes uenalia	114.40.
in Hagenfes obsides ☉ captiuos sæuiunt Ultra-		Humani casus incerti	125.31
iectini	201.4	in Humanis rebus nihil perpetuum	3.18
Hala	68.10	Humilia pascua	70.23
Hammense castellum deseritur	208.31	I	
Hammense præsidium	178.17	Iacobus Dolrerus	112.31
Harderuca à Burgundis obsessa	217.19	Iacobi Niuldij tyrannis	111.25
☉ capta	218.20	Iacobus Tuckius	176.31
Harmannus Oestromus	80.9	Iacobus Vuesterfeltius	215.34
Harmannus sacrificus	180.4	Iactantia militum Episcopi	135.44
Hassalia	148.12	Ignauia ad quamlibet curam inhorrescunt	195.26
Hassalam obsidet Schenkus	205.29	Imbellium militum turba ex quibus constet.	195.39
Hassalia Schenkio datur	208.17	Impensæ in milites perduntur	125.41
Hattemiorum deditio	214.2	Imperij mutatio intestinorum bellorum causæ.	8
Henricus Bauarus Episcopus excluditur ciuita-	137.38	Incendia miscentur	153.30
te.	118.13	Incognita causa, nihil statuendum	216.29
Henrici episcopatus qualis	118.16	Ingeniorum similitudine factiosos contrahi.	26.36
Henrici episcopi indoles	135.30	Ingratum appellari dedecorosum	131.19
Henricus Episcopus parat exercitum ad ingredi-	5.15	Ingratitudinis præmium bonis	131.25
endum urbem Ultraiectinam	78.1	Inimicitia æquitate pacificantur	160.28
Henrici Imp. in Ultraiectinos liberales	78.7	Inimicitijs non deesse hortatorem	80.4
Henricus Montfortius	227.8	Iniurias remittere, excelsi animi	162.24
Henricus Niuldij		Iniurias tardè senescere	113.36
Henricus Porcarius		Insidia in magistratus unde parentur	217.7
Henricus Verborchius Cos. Ultraiectinus.	15.	Insidia Rossemi	202.22
43		Insignia episcopi Henrici deijciuntur	209.24
Hereberti Episcopi autoritas, ac magnanimitas.	19	Insolentia exulum Ultraiectinorum	128.33
76.		Insolentia unde	38.28
Hinderdami aggeres	54.9	Inspector ollæ, locus sic dictus	215.6
Historia aptè conscripta ad quid cõducatur	139.	Intestina bella unde	161.6
23		Intestina discordia florentijs, imperia pessundari.	29
Historiæ huius scopus	1.7	75.	
Hœchlandij	83.20	Intestina mala externorum initia	51.41
Hœchhuerde	77.36	Inundatio Rheni	198.13
Hochstratanus Comes	229.8	Ioannis Benigni agger	54.13
Hollandia dicta, quæ nunc Hollandia, ☉ cur.	2	Ioannes Bunschotiorum præfectus	77.23
193		Ioannes Campanus	240.5
Hollandiæ chorographia	198. per totum	Ioannes Dux Cluensis	159.33
Hollandiæ Comites Ultraiectini episcopi clien-	5.26	Ioannes Fonckius	83.11
tes	6.19	Ioannes Goierus	165.14
Hollandiæ Comitatus quando incœperit	121.21	Ioannes Huchtenbrocus	97.3
Hollandi bellandi occasionem quærunt.		☿	
		Ioannes	

		I N D E X.		
Ioannes Mindenus, eiusq; res gestæ	•37. 20	Libido paucorum publicum malum	110. 39	
Ioannes Realis	226. 14	Libido principum plebi molesta	38. 44	
Ioannes Sandanus	80. 9	Libidinem pro iure habent agrarij	113. 29	
Ioannes Slacheccius	249. 25	Libra Dauentriensis quando ædificata	215. 15	
Ioannes Sofius	112. 3	Licentia, populi pestis	43. 40	
Ioannes Vordius	84. 12	Lichtenbergensium factio apud Ultraiectinos.	20	
Ioannes Vualanus	84. 13	77.		
Ioannes Varus	142. 3	Linga amnis. 172. 5.	eius ortus. 197. 4	
Ioannes Vuesterfelius proditor	215. 32	Lixæ cuiusdam facinus	153. 20	
Ioannes Vuifingus	148. 8	Lobicum oppidum	197. 1	
Ioannes Vuluenus Cos.	135. 10	Lucifer præsidium	168. 17	
Iodocus Sasbautius	185. 24	Luciferianorum fuga	215. 3	
Ira effascinari	120. 21	Ludus aulicorum	175. 7	
Isela. 3. 26. et 45.	cur contracta. 197. 29	Luedana prætura	83. 5	
Iselæ reciprocatio	197. 18			
Iselæ unde nomen	197. 11	M		
Iselmonda conditur	7. 10	Magnis magna innata esse	131. 32	
Italorum in Germanica historia error.	1. 16	Margarita præfecta Burgüdiæ. 36. 21. & 175. 36	110. 4	
Iugum liberis quam graue	125. 33	Marsorum arx	53. 44	
Ius gentium non uiolandum	110. 22	Marsorum uicus	226. 16	
Iutafium	9. 19. & 188. 33	Martinus Leuenbergus		
Iustitium non esse inter arma	143. 33	Martinus Rossemus Tribunus militū Gelrorū.	21	
K		Matthias Ketellus	155.	
Kyntkenshauen, ostium Rheni	2. 14	Matronarum pietas erga Remp. Amorfortiorum	148. 8. & 220. 32	
L		114.		
L. Antonius Germaniæ superioris præses. 2. 40		Mauricani	156. 38	
Laga	27. 41	Maximilianus Imp. Ultraiectinos oppugnati. 79.		
Lamberti Hortensij patria	197. 41	14		
Lambroca	157. 43	Memorable nihil in bello sine periculo geri.	20	
Langostratia castra	191. 35	195.		
Laterculi Iselani ubi coquantur	197. 41	Mercatorum fuga ante Tylam	240. 17	
Latrocinij infestus olim Ultraiectinus tractus.	197. 41	Merens ciuis, pestis patriæ	216. 43	
		Merita precio empta	14. 44	
Laurentius Dublionus	175. 28. & 240. 40	Michaël Encæfordius Cardinalis episcopus di-	255. 41	
Lecca	1. 40. & 2. 30. & 3. 38	citur Ultraiectinus	88. 7	
Leccæ traiectus	53. 44	Michaël pistor	7. 2	
Legatus Cæsaris inauguratur apud Amorfortios	245. 18	Midelburgum	178. 18	
Legatio Margartiæ præfectæ regni Burgüdiaci.	232. 28	Mijerdense castellum		
		Militum arbitrium, Ducum imperio in captis ar-	226. 4	
Leida Hollandiæ oppidum	10. 42. & 19. 48	bibus potentius	173. 2	
Lembus antiquus inuentus	2. 22	Milibus rustici infesti	166. 33	
Legum in bellis usus	44. 4	Militaris licentia quam perniciofa	196. 11	
Legibus cum armis nihil commune	42. 35	Militiæ labores	88. 20	
de Leone fabula	169. 13	Mindeni ferox responsum	198. 310	
Leuendala castrum	214. 13	Montfortia à quo condita	7. 7	
Leuuenpael	7. 41. & 86. 3	& quando	197. 41	
Lexmunda	243. 3	Montfortia Lamberti Hortensij patria	77. 1	
Liberi nascimur natura	52. 3	Multorum dominatio exitiabilis	114. 49	
Libertas animalib; magna	52. 8	Munera quid possint apud principes	169. 9	
Libertatis dulcedo	125. 33	Mutatio imperij discordiæ causa		
Libertatis gustus duriozem facit seruitutē. 79. 6		N		
		Necessitas fati inuitabilis	126. 4	
		Necessitati		

I N D E X.

Necessitatis vires	52.18	Petrus Hardefeltius	82.7
Necessitas quod exprimit, fraudi haud dandum.		Petrus Montanus monetarius	225.13
233.	5	Petrus Sandanus	185.25
Neoclesia	236.9	Philbertus Naturellus archidiaconus Vltraie-	
Nerda	240.6	ctinensis	7.17. et 189.5
Nero Vltraiecti author	2.36	Philippus Dux Burgundionum senior	239.10
Nerua adoptat Traianum	3.24	Phrisia Hollandis domita	7.24
Nibecam deserit Gelrus	215.17	Phrisiorum in pios immanitas	5.38
Nicolaus Gerardi F.	112.31	Pilanus Amorfortius episcopi dux	147.10
Nobilitas domestica contemptui	14.7	Pipinus Caroli Magni pater Radbodum fugat.	
Nomadum uita	77.13	4.19. &	5.6
Nortmanni Vltraiectum uastant	5.39. & 6.3	in Pifistratum Solonis dictum	131.37
Noua sylua	197.23	Plebs demerenda beneficijs	144.1
		Plebs ludibria Rosseno improporata	158.38
O		Plebis motus unde	33.13
Ocium longum luxum parere	230.18	Plebis secessio apud plures laudi data cur.	38.21
Olla inspector, locus sic dictus	215.5	Populus armatus quid. 131. 26. quomodo cicu-	
Olla nauigiorum genus	202.14	randus	122.42
Optimates cur a regimine deiecti	131.29	Populorum uoratores principes	114.41
Oppugnatio seria Hardeuicæ	217.22	Portæ occluduntur episcopo	136.20
Opum æquitas quam perniciofa	40.7	Potestate abuti principes	170.8
Opulentia ignaua	194.18	Precibus empta, magno constant	40.1
O R A T I O N E S.		Præda Vltraiectina	225.39
Amorfortiorum legati	112.9	Præmatura consilia quem exitum sortiantur.	
Gelrensis legati	162.9	110.	34
Henrici episcopi Vltraiectini	20.27	Præsidium Amorfortijs quibus rationib. imposi-	
Legati episcopi ad disceptatores pacis	160.53	tum	184.37
Martini Rosseni	158.12. & 192.41	Præsidium Hassaliense quibus conditionibus di-	
Martini Rosseni	10.7	missum	207.41
Panormitani	51.16	Præsidium in ostio Leccæ ab Episcopo erectum.	
Vuolfgangi Abstemij	137.17	147.	17
Uolfgangi Abstemij	51.16	Præsidiorum uis quam grauis	144.28
Oscutina principū arma ministrari populo.	122.1	Principes aulicorū perfidiæ mancipia	175.10
Oestbroeck monasterium	137.17	Principes & factis & dictis lædi	162.39
Ostentum in coelo uisum	213.26	Principes gurgites inexplebiles	114.41
Ostracismus unde	131.34	Principes uulgo semper suspecti	198.40
Orho Scarpefellius	172.27. & 178.4	Principum exempla tenacissima	38.16
Ochones Imp. in Vltraiectinos liberales.	5.15	cum Principibus omnia mutari	256.1
Ocium armis anteponendum	184.9	Priuata similtas quantum malum	226.9
Otio ferrox populus mansuescit	122.42	Prodigium	96.23a
Ouatia Gelrorum	200.22	& 213.	27
Oudeuicanus campus	192.39	Proditor appellatur Gelrus	125.43
P		Proditio in urbe Traiectina	97.8
Pacis inter Gelrenf. & Vltraiectinos conditio-			
nes.	61.18	P R O V E R B I A.	
Palatini Episcopi ingenium	118.16	Aduersa alea, aut secunda	150.11
Papcamera	87.42	Ad feces exhauriri	21.7
Patria, uita charior	117.22	Agitata iad arundinis susurrum inhorrescere &	
Patriæ pestis ciuis merens	216.42	195.	26
Pecunia è sacris uasis conflata diripitur	225.14	Aliquid mali propter uicinum malum	11.21
Pecuniæ uis quanta à Burgundis impensa, in bel		Animorum sumi	16.40
lo contra Gelrenses	242.28	Ansam ansa trahit	253.35
Philippi Boni uox insolens	79.3	Argus oculatus	229.38
Pellitius Buscoducensis dux episcopi.	147.10.		
eiusdem interitus	203.32		Aperto

I N D E X.

Aperto Marte	121.44	Pugna civilis in urbe Traiectina. 91. per totum.	53. 49
Bis per omnia	134.39	Putcupa	
de Boue ad asinos descendere	253.32		
Cœlum ruere	161.35	Q	
Cum asis ad focum ueru negligere	214.44	Quæstura quibus data apud Ultraiectinos.	28. 39
Dies posterior priorum magister	88. 4	Quibus cum omnino nihil agendum	161. 19
Draco peruigil	229.39	Quies tumultui anteponenda	75. 22
Ecnephas oritur	109.7	R	
Excetra malorum	116. 10	Raia	86. 8
Ex diametro pugnare	149. 39	Ratbodi Episcopi dotes	6. 19
Extremam ancoram figere	140. 19	Ratbodus Phrisorum rex, Vtraiectum	obsp
Fabas macerare	29.2	det	4. 13
Gangrenæ	92.3	Rechtera	27. 44
Gigantum fratres	246.37	Regnorum uicisitudines perniciosæ	230. 16
Iacta alea	143.17	Reip. turbatio bonorum exilia	131. 44
In nassam trahi	180. 43	Rerum pub. gubernatores uulgo semper	148. 42
Inter calicem & labra	127. 9	cti	161. 35
Irudines	92.33	Religio fidei sacrosancta	198. 42
Lautiam præbere	20.4	Religionis titulo fucato cõmendari uulgo	226. 36
Lingua petulca	122.7	dam	172. 37
Lupatum iniicere	79.35	Renoium castellum	162. 43
Mâus uicinus, pestis	10.42	Reorum supplicium exemplum omnium.	3. 40
Malorum lerna	11.16	Rhenus Germaniam à Gallijs discriminat.	4. 1
Manubrium è manibus extorquere	58. 18	Rhenus inter Vuahalim & Iselam	198. 16
Minu consertos teneri	217. 42	Rheni inundatio duplex	1. 37
Non amplius floralia	229. 40	Rheni ostia uetera ab hodiernis diuersa	196. 32
Orci fauces expugnare	196.24	Rheno olim tantū duo ostia	3. 42. & 176. 30
Parere, quod diu parturijt	121.23	Rheni oppidum capitur à Gelro	227. 25
Pollicem mordicus tenere	170. 27	Rhenos deserit Gelrus	3. 9
Punica fides	121. 44. & 162. 22	Romanorum in Germania uictoria	158. 40
Rudiarj	194. 44	Rossemius à militibus desertus	208. 14
Sanguisugæ	92.33	Rossemius cum suis à Burgundis fugatus.	174. 4
Sarta tectaq;	162. 14	Rossemij in militari disciplina seueritas	187. 29
Scorpionum catulos nutrire	94.33	eiusdem periculum	197. 9
in Sterquilinio suo multum ualere	217.3	Roterodamum	173. 22
Strigofus capus accitus ad saginam	19.3	Rustici militibus infesti.	156. 33
Sub cultro relinquere	53.16. et 140.32	Rysucani	
Sublatis pedibus altum stertere	161.34	S	25. 3
Sybaritæ	194.34	Sacerdotum luxus	132. 29
Tantalea sitis	114. 4	Sagittariorum spectaculum Vuicæ	4. 11
Terram cœlo miscere	184.3	Saxones	156. 35
Titanicus aspectus	229.25	Schalcuicani	
Tragediæ scaturigo	115.2	Schenkij alacritas & peritia rei militaris.	201. 11
Tresis agaso	184.18 (112.38)	202. per totum	206. 33
Trophonianum aliquem præ se ferre.	58.43. &	Schenkij dotes imperatoriæ	175. 35
Tylam à Tylanis circumfederi	228.21	Schcenhouia .2.27. & 86.5. &	229. 24
Vix natos nosse	163.3	Schonenbergus Episcopi à consilij	4. 11
Vox non excidit surdis	136. 2	Sclani	83. 34
Vitroq; uento nauigare	57.14	Schura oppidum	51. 17
Publica fides exulib. non deneganda	110.14	Secessiones plebis unde oriantur	
Publicorum muniõrũ apud Ultraiectinos institu		Seditio intestina apud Ultraiectinos ex præda	200. 39
tio	19. 43	Hagana	36. 2
		Seditio Ultraiectinorũ ac ad arma cõcur	Sogerus

Arhel. gnt e' fedatig nimb
huncung se 119

I N D E X.

Segerus Vuilda		Tyla oppugnata, sed frustra	230.25
Selani	148.34	Tylæ insula	172.6
Septem sylvæ	3.29	Tylam obsident Burgundi	227.36
Sergius Rom. Pont.	202.24	Tylani castra Burgundionum occupant	240.22
Sergius Vilda prætor Amorfertiorum	5.5	Togæ uestigium apud Vltraiectinos	4.25
Seruitus quando durissima	255.30	Traiectum unde dictum	3.20
Sestum uicus	79.6	Transifelani	9.5
Signum argenteum Seruatoris, Vltraiecti quinquaginta pondo	24.26	Transifelanium regnum perdit Gelrus uno die	215.17
Simon Voelius	220.2	Transifelanorū bellum cū Gelro. 21. per totum	185.37
Sylua uetus	177.3	Transifelanæ gentis tralatio	232.22
Sylvæ Ratbodi Episcopi	197.23	Triumviri Vltraiectinis constituuntur	247.11
Symbolum Henrici Episcopi	6.11	Translatio Vltraiectini episcopatus ad Burgundos, & eius exemplar	5.25
Smullingiacæ inimicitie	132.37	Tulpicum præsidium	215.17
Societas magno redempta	114.28		
Sollicitudo præsaga	15.5	V	
Susateni	132.25	Valentiniani uictoriæ de Saxonibus et Sclauis.	4.10
Solonis dictum in Pisistratum	82.21	Vasa sacra constantur apud Vltraiectinos in stipendium	219.40
Solonis lex, fidem calumniæ non adhibendam.	131.37	Vbertas Vltraiectini soli	3.1
	216.	Vechta	53.42
Soudenbalchi fortitudo	28	Vechten pagus	136.29
Specula Dauentriensis	35.3	Velania. 101.32. Vltraiectinis à Gelro abstrahitur	8.1
Spicart campus	169.29	Velitationes Episcopi cum Gelrensibus	155.6
Stephani Niueldij casus	53.40	Verbo uno ditombus duabus excidit Gelrus.	171.21
Scenauua castellum	106.32	Vicinus bonus res præclara	10.41
Suederus Montfortius	178.17	Vicisitudo rerum humanarum quanta	139.26
Suederus Sulemus	77.28	Vicisitudines regnorum perniciosæ	230.16
Suffragijs non fidendum	89.39. & 91.14	Vienna	2.26
Sualla	15.23	Vienna Herculianorum	108.38
Suollanorum bellum. 9.6. eorundem dicacitas, belli incendium	22.20	Vltraiectum	3.33
Sula oppidum	162.38	Vindicta quam suavis	67.31
Supplicium Petrus Coppius quomodo euitarit.	225.34	Virtus pressa sese erigit	76.3
	25	Virtutis excellentia	11.36
Supplicium sumptum à seditionis	228.10	Vis ubi ualeat	123.34
Susatam pagus Goulandiæ	241.9	Vita, patria charior	117.22
	68.19	Vita quomodo circumagatur	139.30
T		Vitus Munsterus	187.28
Taislica		Vlpus Traianus Germaniæ præfectus	3.23
Termeida uicus	15.32. arx. 109.11	Vlpraiectum	3.28
Tessera Episcopi, urbe Vltraiectina recepta.	25	Vltronis auidus Episcopus Henricus	174.27
	25	Vltraiectum Agrippinæ Colonia æmula	4.28.
Teutatum castellum	151.38	Agrippiensi Ecclesia & temporibus & dignitate prior	4.42
Theodebertus Rex	4.40	Vltraiectum olim Antonina dicta	2.37. & 3.17
Theodericus Hollandorū princeps	7.31. et 75.44.	Vltraiectum à Nortmannis uastatur	5.39
Theodericus Marrius	180.32	Vltraiecti direptio	225.36
Theoderico cuidam donata Vltraiectina Ecclesia.	21		
Thrasea uentus Zephyro uiolentior	198.11		
Tielreuerda	172.6		
Titulorum fumosorum usus	175.24		
Tyla à Nortmannis uastata	6.2		

INDEX.

Vltraiectum episcopis donatur	4. 15	strata	
Vltraiectum in fide à quo instituta	4. 31	Vltraiectina urbs ab Episcopo capta quando.	246. 7.
Vltraiectum in Germaniæ solo	4. 3	per totum. 223. & inde	127. 31.
Vltraiectū Maximilianus Imp. oppugnat.	78. 14	Vltraiectina urbs Gelro non inimica.	147. 40.
Vltraiectum muris denuò circumdatum	6. 17	Vltraiectinæ plebis miseria	
Vltraiectum obsidetur ab Episcopo	154. 30	Vltraiectinæ res ad alienas opes transferantur.	
Vltraiectum urbs togata	4. 22	139.	
Vltraiecti libertas. 4. 23. origo. 2. 34. ruina. 8. 8.		Vltraiectinum suburbium Episcopus incendit.	
fitus. 1. 36. & 2. 3. solitudo. 6.	8	200.	
Vltraiectina ecclesia Theoderico cuidam dono data.	193. 21	Vltraiectinis celebrari translationis diè.	249. 31.
Vltraiectinus populus Episcopo iurat	227. 26	Vollenhoa condita	2. 25.
Vltraiectini ad bellum quando efferati	8. 4	Vrceoli inuenti uisendæ antiquitatis	147. 31.
Vltraiectini auxilium Gelri implorant	140. 28	Vredenburgum	158. 41.
Vltraiectini hostes Episcopi amicos nominant.	147.	Vrelandia arx	3. 20.
	40	Vtricesium	140. 31.
Vltraiectini iugo non assueti	126. 14	Vuageninga oppidum	142. 1.
Vltraiectini senatus facinus fortiss.	64. 40	Vuesij consilium callidum	2. 23.
Vltraiectini soli ubertas	3. 1	Vuica	79. 31.
Vltraiectini tractus conditio quæ olim	197. 43	Vuica Batauodurorum arx	
Vltraiectinorum Ammianus meminit. 1. 25. &		Vuicæ celebratum sagittariorum spectaculum.	
Tacitus	eod.	132.	
Vltraiectinorum blandiloquentia	165. 6	Vuiliti	4. 44.
Vltraiectinorum calamitas omnis unde	115. 1	Vuiltamburgum. 3. 7. à quo conditum.	3. 17.
Vltraiectinorum ciuilia bella unde	8. 7	Vuiltraiectum	83. 35.
Vltraiectinorum cõtra episcopū paratus. 136. 22		Vuolfgangus Palatinus	80. 17.
Vltraiectinorum democratia finita	96. 39	Vuolterus Damiceus	
Vltraiectinorum & Gelrorum cardines	129. 3	Vuoerda. 1. 42. & 7. 8. à quo ædificata. 196. 42.	
Vltraiectinorum euersio unde	115. 1	& 198.	
Vltraiectinorum in Episcopum dieteria	229. 41	Vulgus contra principes suspicax	198. 41.
Vltraiectinorum periculum. 179. 3. à præfidiario milite	189. 1	Vulgus fato quodam odit clerum	26. 17.
Vltraiectini Imp. translationis ad Burgūdos exemplar	247. 11	Vulgi ingenium	49. 31.
Vltraiectinorum tumultus in rebus desperatis. 218.	31	Vultenaum præsidium	168. 17.
Vltraiectina res quot annos ab episcopis admini			

FINIS.

BASILEAE, EX OFFICINA

IOANNIS OPORINI. ANNO SALV-

TIS HUMANAE M.D.XLVI.

Mense Ianuario.

450 f. 70

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
5